109

UVA. BHSC. IyR_109_1

2283

445.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Deſtruxerut
Compediu theolog

109

BUVA_BHSC_IyR_109_1

UVA. BHSC. IyR_109_1

Incipit ſumula ↄfeſſionis vtiliſſima: i qua agitur quō ſe habere debeat cōfeſſor erga penitentem in cōfeſſionibus audiēdis: quaꝫ edidit reuerēdiſſimus vir ac in Chriſto pater dn̄s frater Antonius archiepiſcopus floren̄. ordinis fratrum predicatorum.

Efecerunt ſcrutantes ſcrutinio. ps. 63. Scrutiniū q dez ē ↄfeſſio vl' inquiſitio i quo ꝛ pēitēs ſcrutat̄ ↄſciaꝫ ſuā: ꝛ ↄfeſſoꝛ cum eo. Scrutans ergo eſt confeſſoꝛ: qui in hoc pōt tripliciter deficere: Quia vel per maliciaꝫ abſoluendo quem ſcit non poſſe: vl' per ignoꝛantiaꝫ neſciendo diſcernere inter lepram ꝛ lepram: ꝛ quem poſſit vel non poſſit abſoluere: vel p infirmitatem concupiſcentie inde ſumendo occaſiones maloꝛum ex auditu dum incaute ſe habet: vnde Aug. d̄ pe. di. 6ª. c. i. Caueat ſpiritualis iudex vt ſicut non commiſit crimen nequitie: ita non careat munere ſcie. Ex quibus verbis innuitur: ꝙ confeſſoꝛ ſiue ſacerdos debet habere illa tria ex auctoꝛitate Augu. preallegata. Primo poteſtatē i foꝛo cōſcie: vt. ſ. iudex ſit ſpiritualiſ. Secūdo cōſeruare puritatē vite ſue: ne cōmittat crimē neqtie. Tertio habere ſufficientē ſcie claritatem: vt non careat munere ſcientie.

Capl'm primum de ptāte ſeu auctoꝛitate cōfeſſoꝛis: ꝛ qs poſſit vl' n̄ poſſit audire cōfeſſiones.

Otandum primo ē ꝙ non ſacerdoſ: ꝛ ſi poſſit audire cōfeſſioneſ in caſu moꝛtis nō tamē abſoluere pōt: alias ſi abſoluit vt ſacerdos indicatiue ſecūdū quoſdam icurrit irregularitateꝫ: ſicut ſi celebraret. Hoc tamē ē dubiuꝫ: q2 nō ē in iure exp̄ſſum ſic de celebrante: vnde nō videtur irregularis: ex de ſē. excōi. c. is q. li. 6º. Ibi enī dicitur ꝙ nō icurrit qs irregularitatē ꝓpter aliqd̄ dlictū qn̄ nō ē in iure exp̄ſſum: ꝛ cōfeſſuſ tali nō ſacerdoti tenetur iterū cōfiteri: rō eſt q2 ſolis ſacerdotibꝰ dictum ē: quoꝛū remiſeritis peccata ꝛc̄. Jo. 20. Nec tn̄ a quolibet ſacerdote poteſt quis abſolui: ſed a propꝛio aut altero de licentia eiꝰ. Unde dicitur de peni. ꝛ remiſ. i. c. oīs. ꝙ libet ſemel in anno cōfiteatur omnia peccata ſua ꝓpꝛio ſacerdoti. ꝛ d̄ peni. di. 6. c. placuit. rō ē q2 n̄ poteſt qs ſoluere vel ligare eum: q ſibi cōfitetur niſi habeat iuriſditionem ſuper eū. Si autez ſit propꝛius p̄latus ꝛ non ſacerdos: ſicut curatus ꝛ epiſcopꝰ non ſacerdos pōt abſoluere per alium cōmittendo hoc alteri. Sed nota ꝙ ꝓpꝛiꝰ ſacerdos aliter intelligitur cū dicitur ꝙ libet dꝫ cōfiteri ꝓpꝛio ſacerdoti: ꝛ aliter cum dicitur ꝙ d̄ licētia ꝓpꝛij ſacerdotiſ poteſt alteri cōfiteri. Naꝫ p̄mo caſu dicitur p priꝰ ſacerdoſ quicūqꝫ habꝫ ptātez abſoluendi oꝛdinariam vl' delegataꝫ: ſiue ſit communis: ſiue ſit ſingularis: q2 actoꝛ ſequitur foꝛū rei: ſed ē in electione eius: queꝫ foꝛum



BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD ... VALLADOLID
UVA. BHSC. IyR_109_1

de multis ſequa͞t: niſi ſit actio real'
in qua ſequit͞ foꝝ. rei de q̄ agit͞. Et
qꝛ i foro pn̄ie idē eſt actor ꝛ reus: i/
de ē ꝙ idē ſeipſuꝫ pōt accuſare co/
rā quocū̄qꝫ ↄfeſſore de oībus q il/
luꝫ poſſit abſoluere de crimīe vbi
cū̄qꝫ cōmiſſo: qꝛ hi⁹ abſolutō nō re
ſpicit territoriū: ſicut alia ratione
rei vl' delicti. Prop̄t qđ dicit Ho/
ſti. ꝙlibet hꝫ tres ſacerdotes pro
prios ordinare. ſ. curatum de cui⁹
parrochia eſt ep̄m ſuuꝫ ꝛ papā. Sꝫ
i ſecūdo caſu ꝓpri⁹ ſacerdos ē cu
ius licētia pōt alteri cōfiteri: intel/
ligit͞ ſtrictius ille q de iure ſuo or/
dinario hoc hꝫ: nō ex commiſſiōe:
ꝛ ſic intelligit͞ .c. oīs equoce loq de
ꝓprio ſacerdote ſm oēs. Nā ↄſtat
ꝙ ad iplēdū illud p̄ceptū de cōfitē
do ſemel in anno oīa peccata ſua ꝓ
prio ſacerdoti: ita ſufficit confiteri
vicario curati: ſicut ipſimet cura/
to: ꝛ tn̄ ad cōfitendū alteri non ſuf
ficeret accipe licētiā ab eius vica/
rio ſicut ſufficeret ab ipomet cura
to. Unde reſpectu p̄mi vicarius ē
ꝓprius ſacerdos: ſed non reſpectu
ſecūdi: vn̄ ꝛ ſi poſſit qs cōfiteri vi/
cario curati: tn̄ ipſe vicarius nō po
teſt dare licētiam illi ꝙ alteri cōfi/
teat͞. hec Pe. de pal. i. iiij. di. xvij

Cap͞lꝫ. ij. de ordiario cōfeſſore q̄
ad eccl'aſticas pſonas ꝛ clericos.

Ciēdum eſt ꝙ papa qꝛ non
hꝫ ſupiorē a xp̄o: nec a con
cilio quoqꝫ hꝫ ꝓprium cō/
feſſorē quē duxerit eligēdū qui au
ctoritate xp̄i pōt eū abſoluere: vl' li
gare in foro penitētiali: nō aūt i fo/
ro exteriori: qꝛ ipſe non pōt ligari
vinculo excōicationis a quo idigeat
abſolui: ꝛ pp̄ h̄ non oportet a chri/
ſto ſibi committi: qꝛ tn̄ pōt ligari
vinculo peccati ſicut ꝛ alij: ꝓpterea
indiget remedio ſicut ꝛ alij: qꝛ nec
xp̄s dimiſit eum ſine remedio: iō h̄
conceſſit: vt ſicut a pricipio qlibet
poterat quēlꝫ volenteꝫ ſe ſibi ſubi
icere abſoluere: ita ꝛ nunc q̄ ad illū
qui nulli eſt ſubiectus ſicut papa.
Si ṽo excōicat⁹ eligatur in papaꝫ
anteq̄ꝫ cōſentiat ſupioreꝫ hꝫ a quo
abſolui pōt: ſꝫ ſi prius aſſentiat ab
ſolui poſtea nō pōt: ſed nec indiget
quia nulli legi ſubeſt. Unde lex po
ſitiua que arcet excommunicatum
a cōmunione fidelium ꝛ perceptio
ne ꝛ collatione ſacroꝝ ipſum nō li/
gat: ꝓpter qđ excommunicatio nō
ipedit electum nec electionē ipſaꝫ.

Qui ṽo ſūt de familia pape ha/
bēt ſummū penitētiariū ꝓpriū ſa/
cerdotē cum papa: qꝛ nulli alij ſub
ſunt. Secus ē autem de capellanis
eius q ꝑ modū ſunt diſperſi: q pp̄ h̄
nō ſunt ab alijs exēpti.

De Cardinalibus.

E cardinalibus aūt q ſunt
ep̄i ipſi non minus habent
q̄ꝫ alij ep̄i: q. ſ. liber͞ poſſūt
eligē. Idē ſi ſūt legati qꝛ ſt̄ p̄lati vl'
exēpti. Si ṽo ſunt ſimplices cardi
nales nec ep̄i nec legati: dicit Ho/
ſtiē. eos non habē niſi papam ꝛ ſū/
mum penitētiariū: ꝛ q̄uis imedia/
te ſunt ſub papa: ꝛ ꝑ ↄn̄s exēpti nō
tn̄ poſſunt ſibi eligere cōfeſſoreꝫ ſi
ne ipſius aut ſūmi penitētiarij licē
tia: qꝛ non ſunt p̄lati: ſed coadiuto/
res p̄lati ꝛ paſtores: licet ſint pſby/
teri cardinales: ꝛ ideo tutius ē ꝙ
habeant licentiam a papa. Fami/
lia ṽo commenſalis eorum de licē/
tia eorundem cardinalium poſſūt

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſibi eligere confeſſorem: quia d' cō
ſuetudine ſunt ſubditi eis: ſiue ſa-
cerdotes ſint ſiue non. Uel forte
ſummus penitentiarius: qꝛ eſt qua
ſi curatus reſpectu oīum maſiona
riorum curie pape: quoꝝ ipſe papa
eſt quaſi eps proprius. hec ·Pe. de
pal. in. iiij.

De ·Patriarchis ꝛ alijs.

Atriarche archiepī epī ha
bēt ꝓprios ſacerdotes ſu-
os immediate ſuperiores:
vt eps archiepm: ille primatē: ille
patriarcham: ille papam: ꝛ hoc ni-
ſi ſint exēpti: nihilominus oēs iſti
poſſunt ſibi eligere confeſſorē: ex
de pe. ꝛ remiſ. c. fi. qui poſſunt eos
abſoluere non ſolum de ocultis:
ſed ēt de manifeſtis: ꝛ notorij etiā
archiepo inuito: ꝛ etiam a vinculo
excommunicationis maioris ꝛ mi-
noris ꝛ mutare vota: ꝛ relaxare iu-
ramenta: ꝛ omnia alia ꝓpter que n̄
eēt cōſulēda ſedes apoſtolica: licet
Hoſtien. dicat ꝯtrium: ꝛ illud ꝯtra-
rium tenet frater Bartho. in piſa-
nella cōfeſſio. iij. §. xvi. Nec obſtat
ꝙ ī illo. c. fi. nō fit mentio niſi d' ab
ſolutione a peccatis: qꝛ cū intētio
pape ſit ipſis epīs quibus ē grane
ſemper ad archiepꝫ recurrē ꝛ gra-
uius ad papam: ita prouidere eis ꝑ
confeſſorē ab eis electum ſicut ꝓ-
uiſum ē inferioribus epiſcoporū
ꝑ ipſos epiſcopos: ideo de oī pec-
cato ꝛ vinculo d' quo poteſt epiſco
pus abſoluere īferiorē: ꝛ elect⁹ ab
eo pōt ipꝫ abſoluē ꝛ ī oī caſu ī quo
pōt epiſcopus diſpēſare cum infe-
riori: ꝛ ille cum epo quia ibi eadē
rō ꝛ idē ius. Et ſicut bene dic̄ Ho.
Iſtud priuilegium non perdit per
hoc ꝙ venit Romam: quia ibi nō
diſtinguitur vbicūqꝫ ſit. Sed ſi de
ſinit eſſe epus: puta quia cedit lo
co ꝛ dignitati forte perdit priuile-
gium datum epiſcopis: qꝛ ipſe non
plus habet epiſcopi dignitatem: ſi
vero cedit loco ꝛ non dignitati nō
perdit. Ratio quam aliqui pro-
bant ꝙ confeſſor ab epiſcopo ele-
ctus non poteſt eum abſoluere a
vinculo excommunicatiōis eſt: qꝛ
non habet poteſtatē niſi ex electio
ne epiſcopi. Sed ad hoc reſponde
tur ꝙ non ab epiſcopo eligente: ſꝫ
a iure committente habet poteſta-
tem ille ſicut qui eliguntur ab illis
qui per litteras penitentiariorum
habent ꝙ poſſint ſibi eligere cōfeſ
ſorem ab ipſis penitentiarijs: non
ab eligentibus habet auctoritatē.
Sicut cum epiſcopus cōmittit fra
tribus quos prior eligit: ipſi ſūt cō-
miſſarij prelatorum non eligentiū.
Et ꝙ etiam dicunt ꝙ ſi ille electus
ab epiſcopo in confeſſorem eēt ex-
communicatus minori nūqꝫ cum
eligeretur ad hoc poſſit abſoluere
qꝛ ligatus minori licet poſſit cōfer-
re ſacramenta non tamē eligi. Re-
ſpondetur ꝙ non valet iſtud quia
intelligitur d' electione ad dignita
tem: immo ꝛ ſi quādo ab epiſcopo
eligatur confeſſor: eēnt tunc ambo
ipſe ꝛ electus ligati maiori: adhuc
non impediret factum: dummodo
electus ille qui abſoluit: non ſit li-
gat⁹ maiori nec ſuſpēſus. hec ·Pe.
d' pal. i. iiij. di. xvij. q. iij. ·Prelati
exempti habēt ſimile priuilegium
cum epiſcopis in eligendo libe-
re confeſſorem: nam ex quo ſunt
exempti ꝛ prelati: ſicut multi ſunt



UVA. BHSC. IyR_109_1

abbates: ex hoc ipſo hñt iſtud ꝑui-
legiũ: qꝛ graue eẽt eis ſẽp adire pa
pã nouũ ꝓ licẽtia ↄfitẽdi. Si ãt ſic
ſi͛t exẽpti ꝙ ñ ꝑlati ñ hñt iſtõ ꝑuile
giũ: vbi grã. Oẽs ſubditi collegij
exẽpti ſeculares vel regl͛ares qd̃ ẽ
exẽptũ ĩ capite ⁊ ĩ mẽbꝛiſ: hi eñi im
mediate ſuis ꝑlatis cõfiteri pñt: ñ
alijs niſi de licẽtia ipoꝝ. Si ãt ſic
ſũt exẽpti: ꝙ citra papã nec deca-
nũ nec ꝑpoſitũ hñt q habeat curaꝫ
ipoꝝ: ⁊ ad hoc nõ pñt ſibi eligere:
ſed petunt hoc ipm a papa vel eiuſ
penitẽtiario cum al͛s nullus poſſit
eos abſoluere.

Abbatiſſa qd poſſit ĩ ſpũalib᷒.

Similiter nulla abbatiſſa q̄ꝫ
uiſ iura epalia exerceat po
nẽdo officiales: niſi ĩ h͛ ha
beat ſpãle ꝑuilegiũ: quãtũcũqꝫ exẽ
pta nõ põt hoc hr̃e. qꝛ ñ ẽ ꝑlata cũ
nõ habeat claues iuriſditiõis: ⁊ ꝙ
ei᷒ officíal͛ excõicat ꝙ ꝑ ſe ipa nõ
põt: nõ ẽ auctoꝛitas ipius: ſꝫ pape.
Sil͛r qcũqꝫ pꝛeeſt qbuſcũqꝫ ex cõ-
miſſione alti᷒: ⁊ ẽ delegat᷒ nõ põt
dici ꝑlat᷒: vñ quãtũcũqꝫ exẽptus:
qꝛ tñ nõ ẽ ꝑlatus nõ hꝫ h͛ ꝑuilegiũ:
puta ſubpꝛioꝛ ĩ religione: vl͛ ꝑoꝛ ñ
conuentualis: aut cõuentualis ſub
abbate: nõ ꝑ electionẽ: ſed ab ipſo
abbate ex conſilio ſenioꝛũ poſitus
vel inſtitut᷒: niſi foꝛte qñ moꝛtuo
abbate vel pꝛioꝛe ipi fuerint quaſi
oꝛdinarij: qꝛ tunc actio ſubꝛogata
hꝫ pꝛiuilegium eius in loco cui᷒ ſb
rogatur: ſꝫ pꝛioꝛ qui per electionẽ
canonicã inſtituit͛ pꝛelatus ẽ: ⁊ iõ
ſi eſt exẽptus habet ideꝫ ꝑuilegiũ
ꝓpter qd̃ nõ opoꝛtet ꝙ confirmãs
det ſibi ptãtem eligendi cõfeſſoꝛẽ:
ſicut nec cõfirmãs vel cõſecrans
epm. Nec obſtat decretalis ne pꝛo
dilatione. extra de pe. ⁊ re. Iſtõ. n.
pꝛiuilegium de eligendo confeſſo-
rem equaliter cõceditur epiſcopis
⁊ minoꝛibus pꝛelatis exẽptis. Un
de cuꝫ epi licet immediate ſubſint
archiepis: nihilominus ſine eoꝛuꝫ
licẽtia hoc pñt etiaꝫ qui ſunt non
exempti: ergo ⁊ pꝛioꝛes hoc poſſũt
licet ſubſint abbatib᷒ vel maioꝛi-
bus ſine licentia eoꝛum cũ ſint oꝛ-
dinarij. Si autẽ ſunt in dignitate
conſtituti: non tamen pꝛelati: ſicut
cantoꝛ theſaurarius ſacriſta ⁊ hu-
iuſmodi perſone nõ habent pꝛiui-
legium q̄ꝫuis exẽpti. Si vo eẽnt
pꝛelati: ſed nõ eſſent pꝛelati ĩ foꝛo
penitentiali: ſicut ſunt archidiaco
ni de pari concurrentes cum epis
in foꝛo cãrum: adhuc nõ puto eos
habere hoc pꝛiuilegium: ſed ſolos
pꝛelatoſ: hoc dico qui habent curã
animarum. Sicut autẽ dixi d͛ epi-
ſcopis ꝙ q̄ꝫdiu ſũt epiſcopi quo ad
dignitatẽ retinẽt hoc pꝛiuilegiuꝫ:
ita ⁊ de iſtis q̄ꝫdiu ſunt in pꝛelatio-
ne: ⁊ ſimiliter qui elect᷒ ab eis po-
teſt agere cum eis abſoluẽdo ⁊ di-
ſpenſando quicquid põt epus ſi ei
ſubeſſent. Sic electus ab epo non
põt tantum quantum archiepiſco
pus excepto in ſentẽtia lata a ſupe
rioꝛi contra eos: puta ab archiepo
contra ſuffraganeum ſuuꝫ: ab ab-
bate contra pꝛioꝛẽ cõuentualẽ ſibi
ſubditum. ab huiuſmodi. n. nõ põt
abſoluere electus talis confeſſoꝛ.

Quicũqꝫ enim põt eligere vno
electo: ſiue moꝛtuo: ſiue ñ moꝛtuo
poteſt alium mutare ad placitũ: et
eoipſo ꝙ talis qui põt eligere con-
fitetur alicui videtur ipſũ eligere:

UVA. BHSC. IyR_109_1

q̄ plus eſt factis ⁊ mētis intentiõe eligē ꝙ̄ ẏbis.iij.q.vj.c.i. ⁊ de ma.⁊ obe.c.legebatur.hec ·pe.ð pal.vbi s̄.Jnferiores p̄lati non exempti ſi ſubſunt imediate epo ipꝫ ſolū hn̄t cuꝫ ſupioribus ꝑ ꝑprio ſacerdote: ſicut abbates decani p̄poſiti ⁊ archiepi rurales: curati ẏo decanos rurales:⁊ epm qn̄ ille decanatus ē annexus cure: ſitr priores q ſt ſub abbatibus illis:ſubſunt ⁊ epiſ:n̄ p̄lati ẏo ſubſunt imediate ſuis curatis:ſiue abbatibus: ſiue prioribus: ſiue decanis qn̄ ſunt de collegio vl ſimplicibus curatis:qn̄ i parrochiis ſuis cõmorantur:clerici ẏo chorales ſubſunt ei q p̄eſt choro : ſiue ſit cãtor ſiue ſuccentor in exterioribuſ.Sed quãtū ad foꝝ ↄſcie ſol⁹ ð can⁹ vr̄ curat⁹ coꝝ:hec ·pe. ð pal. vbi.s̄.di.xvij.

Capl'm tertiuꝫ cui debeant laici ordinarie confiteri.

Jmperator ẜm hoſtien.ð antiqſſima ↄſuetudine ↄfitetur capellanis ſuis:ſꝫ ſic dr̄ ex̄ ð pe.⁊ re.c.li⁰.vj. Nulla cõſuetudine introduci põt: vt p̄ter ꝑprij ſacerdotis licētiam aliqs poſſit ſibi eligere confeſſorē niſi ð licētia pape. Rex hꝫ epm ſiue archiepm: in cuius ciuitate eſt ſedes regni:dicit̄ aūt ſedes vl metropolis regni non in qua plus morat̄ : ſed i quaꝫ iniungitur ⁊ coronat̄. Principes miores ſi hn̄t ſub ſe ciuitateſ plures:ſitr a ſede p̄ncipali ducatuſ vl comitatus domicilium ſortiuntur. Sed ſi hn̄t vnã ciuitatem alia p̄ncipaliorē ab vtroqꝫ epo vel metropolitano licētiam ↄfitēdi capiant ẜm hoſti.Sed hoc nõ ē veruꝫ quantum ad metropolitanum : qa nullus ſubditus ſuffraganeoꝝ ē ei ſubditus immediate niſi qn̄ viſitat ſed ſolum ipi ſuffraganei. Un̄ cuꝫ dn̄s illarū ciuitatū i tēporalib⁹:ita ſuberit epis in ſpūalibus:ac ſi eſſet ſeruus ſicut dn̄s caſtri ſubeſt i ſpiritualibus curato. Jõ ſicut metropolitanus nõ poſſꝫ dare licētiã ↄfitendi homi hn̄ti domos in dioceſi ſuffraganeoꝝ ita nec p̄ricipi. De illo ẏo p̄ncipe q hꝫ dn̄ium in diuerſis diocesibus:ſed.nõ.ſup ciuitateſ vr̄ ꝙ̄ ipe multo magis ab ipſis epiſcopis;petere ðbeat h̄.ſ.in cui⁹ dioceſi hꝫ p̄ncipatr dn̄iuꝫ:l'ab vtroqꝫ ſi equatr in duabus: nã abſurdum eēt:ꝙ a tot curatis haberet petere quot in ſuo dn̄io includuntur. Domini ẏo qui in eadē dioceſi i diuerſis villis hn̄t dn̄iū:ſi in vna hn̄t principale dominium in qua nõ ſit niſi vna parrochia tm̄:ſiue vn⁹ curat⁹ tm̄ illi videtur ſubeſſe. Sꝫ qn̄ nullum habet dominium in illa vila q̄ ſub ſe non continet plures parrochias:maxime ſi vna non eſt p̄ncipalior:altera:tunc nulli curato ſubeſt:ſed imediate epo.Si ẏo in vna vila ſit p̄ncipale dominium:in qua nõ ē:niſi vna parrochia tm̄:vl ſunt multe ⁊ vna p̄ncipalis:curatus illius ē ſibi ꝑpri⁹ ſacerdos citra epꝫ: Balliui ſi nullibi hr̄ent mãſionē niſi ẜm ꝙ aſiſtere reqrūtur modo huc modo illuc diſcurrūt vbiqꝫ cõfiteri poſſunt: vl epis ciuitatū: vel curatis in quoꝝ parrochijs hoſpitiū eligunt. Si ẏo p̄ncipatr alicubi degunt:ibi curatū hn̄t illum i cuius parrochia hoſpitiū ſuum ſituꝫ eſt: ⁊ ſic de p̄poſitis : licet habeant



UVA. BHSC. IyR_109_1

domos parentum extra balliuam ꝛ ſeneſchaldiã vl̃ ꝑpoſituraȝ:quia per hoc officium quaſi contrahendo ſortiuntur foꝝ. Ceteri vero burgenſes ꝛ alij laici nõ ĩ poteſtate conſtituti illis curatis ſubſunt ĩ quoꝝ parrochijs degũt ꝑncipalit̃. Uel ſi in duabus equaliter : ĩ q̃ tũc manẽt qñ cõfiteri volunt illi⁹ parrochie ſũt. Hec Pe.ð pal. Regulariter ergo cõfeſſio fiẽda ẽ ꝓpo ſacerdoti : vnde dicit Inno.in.c.oĩs extra de peni.ꝛ remiſ. Si qs aliẽo ſacerdoti iuſta ð cauſa ↄfiteri peccata ſua voluerit:licẽtiam pri⁹ poſtulet ꝛ obtineat a ꝓprio ſacerdote cũ aliter ip̃e nõ poſſ; ſoluere vel ligare:hec ibi.

Capl̃z.iiij.ĩ q̃ nõnt̃.viij.caſus ĩ q bus qs põt alt̃i ↄfiteri q̃ꝫ ꝓprio ſacerdoti ſine ei⁹ licẽtia.

Et nota ꝺm Pe. de pal.caſus octo in qb⁹ qs põt alteri ↄfiteri q̃ꝫ ꝓprio ſacerdoti ſine eius licẽtia quos ponit Hoſtien.in ſumma.Primus ꝓpter idiſcretionem ſacerdotis ꝓprij:ꝛ ſub h̃ caſu cõprehendit̃ quando ip̃e ſacerdos ꝓprius ẽ ſollicitator ad malum vel reuelator cõfeſſionis: vl̃ ẽ talis ꝙ ex cõfeſſione imminet ꝑiculum cõfitẽti vel confeſſori. In h̃ igitur caſu dicit Hoſti.ꝙ eoip̃o h; licentiam a iure aliuȝ adeũdi.ð pe. di.vj.c.placuit. Sed alij dicunt ꝙ tunc d; petere licentiam ab eo vl̃ a ſupiori:q2.c.omnis dicit ꝙ q ex iuſta cã voluerit alteri cõfiteri petat licẽtiam a proprio ſacerdote.Et q̃ꝫ uis qdã hoc itelligant niſi ex cl̃pa ſua hoc ꝓcedat : videt̃ tamen melius etiam ſi hoc ſit ex culpa ſua:q2 culpa ſua non d; alteri nocere:puta ſuperiori:ſicut ꝓprio ſacerdote mortuo:vel excommunicato : non eoipſo licet ire ad aliuȝ ſed opõtet recurrere ad epiſcopum : ſi ſupior adiri nõ põt:vel ẽt ſi eſt eque defectuoſus: tum q2 ad papam nõ ẽ facilis recurſus : eoipſo ad alium ire poteſt. Quando ergo ꝓpri⁹ ſacerdos oĩno indiſcretus ꝛ ineptus eſt ꝛ qui tunc non poteſt adiri ſine licẽtia petita:vel ſaltẽ cuȝ licẽtia petita.ꝛ ſi ñ obtẽta põt ire ad aliũ:dico aũt petita:q2 ꝛ.ſi ſit indignus audire:non eſt tamẽ impotens cõmittere:ꝛ in hoc.ſ.ꝙ d; petere licẽtiaȝ ab ipſo:vel ire ad ſupioreȝ concordat Tho. Pe.Al. Inno.ꝛ Uul.ꝙ ſi negat̃ ab eis licentia:tunc dicũt ꝑdicti ꝙ idem iudicium eſt de eo qð ꝛ de illo q non habet copiam confeſſoris. Unde magis debet elige᷑ laico cõfiteri:nec in hoc trãſgreditur ꝑcepta eccleſie:q2 ꝑcepta iuris non ſe extẽdunt vltra charitatem. nec etiam fit iniuria ſacerdoti: qa ꝑuilegiũ meret̃ amittere q cõceſſa ſibi abutitur ptãte. Sȝ Pe.de pal. dicit ꝙ tũc põt libere ire ad alium vt pȝ.ſ.Et ſi non poſſet alium hr̃e ꝛ neceſſitas ĩmineat:dicunt ꝑdicti doctores ꝙ cõfiteat̃ pcã ſua in gñe ſine eo de quo poſſ; malũ ꝓuenire.

Secũdus caſus.

Secũdus caſus ẽ quando p̃arochianus trãſtulit domicilium ſuũ: q2 tunc deſinit eẽ parrochianus ꝑmi ſacerdotis:ꝛ fit parrochian⁹ illius ad cui⁹ parrochiam ſe tranſtulit.Sed ſi in duab⁹ parrochijs haberet domum:ꝛ in vna maneret tẽpore eſtiuali: in alia vero tempore

UVA. BHSC. IyR_109_1

hyemali: vtrobiqꝫ ſortitur forum:
non ſimul ſed ſucceſſiue ſm̄ ꝙ ha/
bitat modo hic mõ illic: ꝛ hic tunc
recipiat ſacramẽta vbi tunc habi/
tat alias ibi.

Tertius caſus.

Tertius caſus eſt cũ ẽ vagabun
dus nec hñs nec petens domiciliũ:
tũc iſte põt ꝯfiteri cuilibꝫ curato vł
epiſcopo in cuius parrochia ẽ: imo
etiam non curato videtur qꝛ nulli
ſubditus: ſed ſubdit ſe cui vult.
Nã omnis ſacerdos ꝑtãtem habet
ordinis ꝛ iuriſditionis ex ſua ordi/
natione. Sed ſubditos hꝫ ſolũ eos
q ſe ei ſubmittunt: niſi ꝙ ſꝫ iura q
ſe ſemel alicui ſubmiſit: factus eſt
eius parrochianus: nec põt ſe alijs
ſubmittere quouſqꝫ ꝺ ꝑmo ſe ſub/
trabat ſimpliciter niſi ꝺ volunta/
te illius: vnde dr̄ ex̄ ꝺ pe. ꝛ re. c. ſi.
permittimus eligẽ. q. d. iure dĩno li
cebat eis eligẽ: ſed electiõe eis ſub
tracta ꝑmittimus relaxantes retẽ/
tionẽ ꝙ poſſint eligẽ. Unde ĩ dicõ
.c. placuit de peni. di. vj. dicit. Si/
ne conſenſu eius cui primo ſe com
miſit: ꝛ poſtea cui pẽitẽs ꝯfeſſus ẽ.

Quartus caſus.

Quartus caſus eſt ſi querit do/
micilium quo ſe conferat quouſqꝫ
ſe alicui ſubdat. Et de peregrinis
qdem dicẽdum eſt ꝙ ſi ſine licẽtia
curatorum ꝛ epiſcopoꝝ ꝓfecti ſũt
nil ꝑuilegij habent. ĩ hoc. cõcor ĩ h
ſ. ꝙ peregrini ꝛ negociatores ꝛ alij
viatores ſi non habẽt licentiam a
ſuis curatis vł epiſcopis: vł ſine li
cẽtia eorum iter arripiunt: nõ poſ/
ſunt ab alijs abſolui. Inno. Hoſti.
ꝛ Guil. Si autem ꝺ licẽtia epiſco
porum ꝛ curatorum profecti ſunt:
eo ipſo habent licẽtiam interpreta
tiuam confitendi cum ſine confeſ/
ſione digne peregrinari nequeant.
Si etiam ſuꝑueniat paſcha cõ/
municare poſſunt ꝓpter eandem li
cẽtiam implicitam: ꝛ de caſu ep̄ali
abſolui: qꝛ ep̄s non retinendo ſibi
auctoritatem licentiando peregri/
nos: ꝛ hoc ipſo videtur eis dare li/
cẽtiam confitendi de caſibus ep̄ali
bus: ſicut curatus de parrochiali/
bus. De mercatoribus autem ſi
nuſqꝫ haberent domicilium: niſi ſẽ
per ſequendo nundinas idem iudi
cium eſt qꝺ de vagabundis: ꝛ idẽ
ſi in loco ſuo tenent hoſpitium: ſꝫ
non declinant illuc in paſcha com/
muniter. Non enim tunc videnť
ibi habere domicilium quo ad ſa/
cramenta. Et idem de familia prin
cipis vel balliui q nunqꝫ in eodem
ſtatu permanent: ex quo licet ipſi
teneant hoſpitium alibi: nec tamẽ
illud declinant niſi ad horam: iſti
vagabundi cenſentur. Idem de fa
milia epiſcopi laica: quia nõ ſic hẽt
ius ĩ ea ſicut cardinales. Sꝫ ſi eẽnt
de dioceſi ipſa ꝺ eius licentia cõfi/
teãtur. Si aũt ꝺ alia ex q̃ eiꝰ hoſpi/
tiũ dimiſerũt: qꝛ ꝑ dioceſim vagãť
reſpectu illiꝰ dioceſis vagabũdi re
putantur vt de licentia epiſcopi il
lius: vł cuiuſlibꝫ curati: ad cꝰ parro
chiã veniũt ꝯfiteri poſſunt.

Quintus caſus.

Quintus caſus ẽ rõe delicti. vj.
q. iij. c. placuit: qꝺ qdaꝫ dicunt eſſe
veꝝ tũc ſolũ qñ ꝑꝑ h ẽ excõicatus
qꝛ ſi eſſet excommunicatus a prela
to loci illius ꝓpter illud peccatum
ſicut cõſueuit fieri ĩ futuris ꝛ hiꝰ q̃
rũ ignorantur auctores: mittẽdus



UVA. BHSC. IyR_109_1

eſt taliſ ad excōicatorē abſoluēduſ
ab eo: ſꝫ ſi pctm̄ ē occultū: ⁊ ꝓpt̄ h̄
non ſit excōicat⁹ pōt ꝯ hoc ꝯfiteri
ꝓprio ſacerdoti: vt dr̄ i ſūma piſa/
na. Fran. caba. refert Laudē. tenē
ꝙ curati: ⁊ etiā fratres admiſſi ad
audiēdū confeſſiones ſm̄ formam
clemen. dudū pn̄t audir̄ ⁊ abſolue/
re peccata cōmiſſa: non ſolū in dio
ceſi: ſꝫ etiā extra teritoriū dioceſis
dū tn̄ confitētes ſe pn̄t illiſ confite
ri. i. ꝙ ſint illius dioceſis: vel paro/
chie quo ad curatos.

Sextus caſus.

Sext⁹ ratione ſtudij vt ſchola/
res etiā ſi non ſint moraturi niſi ꝑ
annū in ſtudio: vel q̄ꝛ non hn̄t plus
de ſpacio: vel ab ep̄o: vel capitulo:
de cui⁹ licentia ibi ſūt. vel q̄ꝛ ſic di/
ſponūt: vel de pārochia i parochiā
mutant̄. De illis v̄o ſcholarib⁹ qui
veniunt de oī ꝑte regni ad ꝑlamen
tū pariſius: cū rex reputet ſe fiſcuꝫ
non cognoſcēs ſuꝑiorē i toto orbe
videtur ꝙ ibi poſſit cōfiteri ep̄o et
curato in quoꝝ parochijs domos
ꝯducunt: ſicut oliꝫ i t̄pe Impatoꝝ
Rome erat ibi cōiſ patria: ⁊ q̄cūq̄ꝫ
illuc veniebat habebat iudicē ſuū
. ſ. pretoreꝫ peregrinū. Sꝫ ꝯ̈riuꝫ eſt
verū. ſ. ꝙ non pn̄t abſolui rōne par
lamenti ſi non habēt licētiā a ſuis
ꝓ̄latis: q̄ꝛ rex Pariſius non hꝫ ꝑtā/
tem i ſpūalibus: nec i ceteris parti/
bus regni. Ep̄s auteꝫ pōt in ſpūali/
buſ ſoli ſue dioceſi: ſolū eni Rome
vbi eſt ſedes pape in ſpūalibus oī/
bus eſt patria cōis: ſicut eccleſia ca
thedralis oībus de dioceſi: vnde i
curia romana ſicut curato ſuo ſū/
mo penitentiario ꝯ oī loco mundi
pōt confiteri: ⁊ penitentiarijs ſim/
plicibus ſic̄ vicarius ſui curati.

Septimus caſus.

Septimus caſus ē ratiōe neceſ/
ſitatis: qn̄ eēt i mortis articulo: tūc
oīs ſacerdos ab eccl̄ia non ꝑ̄ciſus
auctoritate iuris fit ꝓpri⁹ ſacerdos
extra de offi. or. c. paſtoralis. ex hoc
qꝺ habetur de conſe. di. iiij. c. ſāctū
videt̄ ꝙ etiā laicus in huiuſmodi
neceſſitate poſſit etiā excōicatū re
conciliare eccl̄ie: ſi nō ē ipſe ꝑ̄ciſus
nō tn̄ pōt abſoluere a peccatis au/
diendo confeſſiones.

Octauus caſus.

Octauus caſus quē pōit Hoſti.
ē ſi ſacerdos non ꝓpri⁹ ponat ſpē
in ratihabitione proprij ſacerdoti
ſed vt dr̄ i ſūma piſana ⁊ bene: iſte
caſus cōiter non tenet̄: cuius ratio
nem aſſignat. Pe. de pal̄. nulla eniꝫ
ratihabitō confirmat ſacramentū
ꝙ nullū fuit: q̄ꝛ ⁊ ſi nō in ſacramē/
tis ratihabitō ſaltē pape valer̄ po/
teſt: q̄ꝛ illaꝫ ſolēnitatem mutare po
teſt: ſicut de eccl̄ia per non ep̄m de
dicata ſola ratihabitione pape ꝯdi
cata vel reconciliata reputat̄: ex̄ ꝯ
cōſe. cc. vel al. c. aqua. tn̄ in ſacramē
tis valere non poteſt: q̄ꝛ illa papa
mutare non poteſt: q̄ꝛ regula iuris
eſt ꝙ ratihabitio retrotrahitur: et
mādato cōparat̄: qn̄ ſolo mādato
⁊ a principio res agi pōt: i talib⁹ au
tem locū non hꝫ qn̄. ſ. eſſentia ſacra
menti deficit: q̄ꝛ tunc totum iterā/
dum eſt. De eſſentia autem abſo/
lutionis eſt poteſtas iuriſditionis:
quā ꝑtātem erga talē nō hꝫ ex h̄ ꝙ
ponit ſpem i ratihabitione.

Quis poſſit cōmittere: ⁊ q̄s nō
audientiā cōfeſſionū.

Capitulum quintum.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Ota ẜ; Pe. de pal. i. iiij. di. xvij. ꝙ oīs ſacerdos ꝓpri⸗ uſ qui iure ordiario poteſt audire confeſſionem: poteſt ẜ ipm alteri cōmittere: qꝛ habet cauſā me ri imperij: ⁊ qꝛ quicunqꝫ per electō nem habet curam aiarum eſt ordi⸗ narius: ideo oīs talis poteſt licētia re quēlibet ſubditum cure ſue alte ri confiteri. Item ordinarius eſt q cunqꝫ ex officio ſibi annexo hoc hꝫ lꝫ non ſit per electionem. Itē ge rens vicē curati per legem vel cō ſuetudineꝫ: ſicut factus prior ꝑ ab batem: qui veniēte abbate erat de legatus non potēs ſubdelegare: eo mortuo vel amoto eius vices in oī bus obtinens ē quaſi ordinariꝰ ꝺ⸗ legatus quātū ad hoc: vñ licētiare poteſt ſibi ſubditos de confeſſiōe. Idē videt̃ ꝺ ſubpriore amoto prio re: vł vicario cū ꝯueniēt̃ ñ hꝫ porē.

De archipreſbytero.

Archipreſbyter ciuitatis ꝺ quo iura loquuntur: videtur ꝙ ſit ordi⸗ narius ſicut ſi eſſet prebenda ſacer dotał: cui ex officio eēt annexū of⸗ ficium audiendi confeſſiones illo⸗ rū ꝺ dioceſi extra ciuitatem ⁊ mul⸗ tomagis ſi de ciuitate. Sed ſi peni⸗ tentiarius non habet officiū ex ſua prebēda: ſꝫ ex cōmiſſione. viue vo⸗ cis epi: qui reuocat quando vult: qꝛ iudiciuꝫ ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſſit talis eſt delegatus ⁊ non ordinarius.

De archidiacono.

Archidiaconuſ licet ſit iudex or dinarius de cōſuetudine: nō tamē in foro ꝯſcientie niſi ſit ſacerdos: ⁊ tunc audit ex cōmiſſione. vñ non poteſt ſubdelegare.

De legato.

Legatꝰ eſt ordinarius ī vtroqꝫ foro. vnde ſicut in exterioribꝰ dat iudices delegatos: ita ⁊ habet ſuoſ penitentiarios.

Sūmus penitētiariꝰ

Summus penitentiarius eſt or⸗ dinariuſ in ſpiritualibus tm̄: vnde habet penitentiarios ſuos ⁊ conce dit etiam licentiā eligendi confeſ⸗ ſorem. Sed ſimplices penitētiarij pape. ꝗuis ſint delegati pape q ſo⸗ lus eoſ ponit nō ſūmus penitētiari us: poſſunt qdē eos audire de toto mundo: ſꝫ nō pñt ſumē adiutores: nec ēt dare licētiā eligēdi ꝯfeſſorē.

Decanus.

Decanus ruralis qui etiaꝫ archi preſbyter vocatur. ſi iſte decanatꝰ eſt annexus alicui cure ſpeciali re⸗ putatur ordiarius in pārochijs ſui decanatuſ poſt epiſcopū. Supracu ratus videtur etiam ordinariuſ cu ratorum: ⁊ ſic curati de licentia eiꝰ non ſolum epiſcopi poſſunt cofite ri. Si āt epiſcopꝰ ſeu archidia⸗ conus confert illum decanatū mo⸗ do huic: modo illi curato videtur delegatio: ⁊ hoc reſpectu comuniū caſuum. Nā reſpectu caſuū epaliū tam de curato ꝙ de decano: qbꝰ ꝺ ſpeciali gratia cōmittit abſoluere: de illis videtur diſtinguendum an ſint retēti de iure vel cōſuetudie: ⁊ tunc in illis nulluꝫ ius haberet ꝺ ſe inferior epo. Unde cuicūqꝫ illoſ cōmittit auctoritate delegata illoſ abſoluit. Itē nō ꝙ qñ ptās iuri ditionis eſt vna apud plures: ⁊ nōſ apud quēlibet īſolidū: tūc non pōt qlibet ꝑ ſe eā cōmittē ſine cōſenſu alioꝝ. Sed qꝺ oēs tāgit ab oībꝰ dꝫ

UVA. BHSC. IyR_109_1

appꝛobari. Uñ ſi capitulū ſede va/
cante gerat vices epi in tēpoꝛalibꝰ
nullus de capitulo ēt decanus pōt
ponere officialē ſine ꝯſenſu alioꝝ:
ſ3 capitulū de ꝯſenſu maioꝛis ptis.
Poteſtas aūt abſoluēdi a peccatiſ
vna ꝛ eadē pōt eſſe apud plures et
nō penes vnū: ſicut penes capl'3 ſe
de vacante qñ h3 poteſtatē eiꝰ i ſpi
ritualibus dico quātū ad cōmiſſio
nē nō quantū ad executionē: qꝛ cō/
feſſio ſoli eſt fiēda: vñ totū capl'm
nō vnus canonicus ponet pñiariū.
S3 qñ iuriſditio pfecte inſolidū re
manet apd quēlibet eoꝝ ita ꝙ vnꝰ
ſine alio pōt p ſeipum de cā cogno
ſcere: tunc vnus ſine alio cui vult
pōt ꝯmittē: ꝛ mioꝛ ſine maioꝛe: ml'/
tomagis ecōuerſo. Et qꝛ ptās ab
ſoluēdi que ē apud curatū papā ꝛ
epm non ē vna: ſ3 quilibet pōt p ſe
audire ſine cōſenſu alterius: ita etiā
qlibet eoꝝ ſine cōſenſu altius pōt
cōmittē alteri. Unde vicariꝰ cura/
ti ſine licētia epi pōt audire cōfeſſi
ones illoꝝ .ſ. qui ſūt ſubditi curato
rū ꝛ nō alioꝝ: ꝛ multomagis econ
uerſo .ſ. de licentia epi audire eoꝝ
cōfeſſiones q ſunt ſbditi curatoꝝ
ſine licētia vl' cōſenſu eoꝝ. De h
erat bulata declaratio Clementi ꝛ
Alexā. poſt cuius bullatōe3 nullus
pariſius dixit ꝯriū. Qui āt ex cō
miſſiōe ſolū audit ꝯfeſſiōes nō pōt
alteri cōmittē audiētiā ꝯfeſſionū.

Quomō ꝛ qñ curatꝰ vel pſbyt
parrochialiſ poſſit dare vl' negare
licentia3 alteri cōfitēdi ſubdito ſi
petat illam

Capl'm ſextum.

Ota s3 Pe. d pal. i. iiij. di. x
vij. ꝙ ſi pārochianꝰ petat
licētiā alteri cōfitēdi indetermīna
te nō det curatꝰ: niſi ſit veriſimile ꝙ
penitēs nō eligeret niſi eque bonū
vel melioꝛē. Si vo noiat ſibi aliu3
d quo veriſimile ē ꝙ ſit eque bonꝰ
vel melioꝛ ad ꝯfeſſionem audiēdā
non neget: qꝛ foꝛte h3 pctm̄ qd eru
beſcit cōfiteri ſibi: ꝛ priꝰ moꝛeret ſi
ne cōfeſſiōe ꝙ ſibi cōfiteret. Si
vo apparet ꝙ nō ē eque bonꝰ: aut
p famā: aut p viſu3 ſue pſone p cō/
uerſatiōem pſonaꝝ ſibi ꝯfitentiu3
q minꝰ religioſe ꝯuerſāt: ꝛ tūc ſim/
pl'r d3 negare inoteſcēdo ꝙ ille nō
pōt eū abſoluere: qd tñ intellige cū
ille ad quē vult accedē parrochia/
nus nō h3 auctoꝛitatē niſi ex cōmiſ
ſione ipius curati. declarādo ēt ꝙ
ipe paratus ē eū audire: ſi tñ ē taliſ
ꝙ ad hoc ſit ſufficiēs: vl' ēt ꝙ ē pa/
ratus ſibi dare vnū aliū loco ſui: in
quo caſu bñ videat vt det ſibi ad
hoc ſufficiēte3. Nā ſi inſufficientē
daret ſibi iputaret detrimētū qd i
de ſequeret oui ſue. qꝛ ſm iura qui
parū diligenti ſocio ſuā rē cuſtodi
endā cōmiſit: facilitati ſue iputari
d3 ſi perijt. Si aūt ille petitꝰ a par/
rochiano: vel diffamatꝰ h3 ptātem
ſupioꝛis: puta qꝛ ē vicarius epi: vl'
cōfeſſoꝛ deputatꝰ i oꝛdie minoꝝ ꝛ
pdicatoꝝ ꝛ hiꝰ: nō ꝓpt hoc ꝓhibē
dus ē ſimpl'r: qꝛ iudex malꝰ oꝛdia
rius vl' dlegatꝰ non pdit iuriſditō
nem ſuam. ſed d3 dicere petenti nō
expedit tibi vt tu vadas ad illum:
vel ad alium: nec ibidem de volun
tate mea: nec aſſenſu: nec licētia: ſ3
ipſe habes poteſtatem ab alio ma/
ioꝛe: vnde non poſſum tibi ꝓhibē:
ſed paratus ſum te audire: vel per
vicarium: vel extraneu3 idoneū: ꝛ

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſm hoc ſoluitur iſtantia illiꝰ regu-
le.ſ.ꝙ nō poteſt eſſe paſtoꝛis excu-
ſatio ſi lupꝰ oues comedit:⁊ paſtoꝛ
neſcit:qꝛ hoc verū eſt qn̄ paſtoꝛ ſci
re debet:⁊ poteſt:⁊ lꝫ aliquis ſemꝑ
debeat reputare alium melioꝛeꝫ ſe
ſimpliciter:non tn̄ quantuꝫ ad oīa:
puta quantum ad officiū hoc vł il-
lud. Item ſuſpitiones habē poſſu-
mus non ad iudicandum pꝛoximū
ſed ad cauendum nobis. Naꝫ ſi vi-
deo pauperem non iudicabo furē
tamen ne foꝛte ſit fur cuſtodiā reꝫ
meam ab eo ⁊ ſic i ꝓpoſito: tamen
ſi contrarium non apparet plus ꝺ
bet homo pꝛeſumere de his q̊s pa-
pa: vel eṗs per totam dioceſim pꝛe
fecit: q̄ꝫ de ſe qui ꝺputatur ad vnā
paruam parrochiā.

De religioſis q non poſſunt au-
dire confeſſiones ſine licentia pꝛe-
lati ſui.

Capitulū ſeptimū:

Nota ꝙ religioſus non ꝺbꝫ
audire confeſſiones etiam
illoꝛum qui habent licenti
am ſibi eligendi confeſſoꝛem quē-
cunqꝫ:etiā ſi haberent a papa ſine
licētia ⁊ auctoꝛitate ſui ſuperioꝛis
qꝛ ſine ſuo ſupioꝛi velle ⁊ nolle nō
habet:patet hoc per ſimile extra ꝺ
elec.c.ſi religioſus liᵒ. vj. ad huiuſ-
modi officiuꝫ: vbi dicitur ꝙ electō
ni de ſe facte non debet nec poteſt
aſſentire ſine lcētia ſuperioꝛis ſui.
Sed vbi papa nominatiꝫ eligit re-
ligioſum ad aliquod officium pꝛe-
ſumitur noſcere perſone īduſtriā:
vnde non requiritur alterius licē-
tia:ſiue pꝛo inquiſitione:ſiue pꝛo p̄-
dicatione:ſiue pꝛo audientia cōceſ
ſionum:ſiue pꝛo pꝛelatiōe.ſiue alio
quocūqꝫ officio. Sed ex hoc ꝙ pa-
pa daret alicui licentiam ꝙ poſſet
ſibi eligere quēcūqꝫ etiam religio-
ſum pꝛo audiendo confeſſiones vł
pꝛo pꝛedicatione ex iſta tali licētia
non debet religioſus audire cōfeſ
ſiones vel pꝛedicar̄ ſine licētia ſui
ſuperioꝛis vel pꝛelati: vel abbatis:
ar. ad hoc extra de iude. c. quodqꝫ
ſit laudabile.ſi;tamen in dicto caſu
audiret religioſus ſine licentia ſui
ſuperioꝛis vel pꝛelati teneret abſo
lutio:ita ꝙ non eſſet reiteranda ta-
lis confeſſio q̄uis malefaceret ta-
lis ſic audiendo. Pe. de pal. vbi.ſ.
q. iiij.

De poteſtate audiendi cōfeſſio-
nes attributa fratribus p̄dicatoꝝ
⁊ minoꝛibus a iure ꝑ textū cle. du-
dum.§.ij.de ſepul.quō fieri poſſit ⁊
quō exponitur.

Capłm octauum.

Nota textum cle. dudum.§.
ij.de ſepł.vbi dicitur. Sta
tuimus ⁊ oꝛdinamus vt in
ſingulis ciuitatibus ⁊ dioceſibus
in quibus loca fratrum oꝛdinis p̄-
dicatorum ⁊ minoꝛum conſiſtere
dignoſcuntur:⁊ in ciuitatibus dio
ceſibus ⁊ locis ipſis vicinis in qui-
bus loca huiuſmodi non habentur
magiſtri pꝛioꝛes pꝛouinciales oꝛdi
nis pꝛedicatoꝛum aut eoꝛum vica-
rij ⁊ generales pꝛouinciales: mini-
ſtri ⁊ cuſtodes minoꝛum ad pꝛeſen
tiam pꝛelatoꝛum eoꝛundem loco
ruꝫ ſe conferant per ſe vel per fra-
tres quos ad h̄ idoneos foꝛte puta
uerint hūilit̄ pſturi: vt frēs qui ad
hoc electi fuerint in eoꝝ ciuitatibꝰ
⁊ dioceſibus confeſſiones ſuoꝛum
ſubditoꝛū confiteri ſibi volentiuꝫ

UVA. BHSC. IyR_109_1

audire libere valeant: ⁊ huiuſmõi cõfitentibus ꝓut ſm deũ expedire cognouerint pñias ĩponere ſalutares: atq; eiſdem abſolutionis bñficiũ ĩpendere de licẽtia gratia ⁊ bñplacito eoꝝ. Deide pfati magiſtri ꝓuinciales ⁊ miniſtri ordinum predicatoꝝ eligere ſtudeãt perſonas idoneas ⁊ ſufficiẽtes vita ꝓbatas diſcretas honeſtas atq; peritas ad tam ſalubre miniſterium exequendũ: quas ſic ab ipſis electas repñſentent: vel faciant repñſentari plat̃is: vt de ipoꝝ licẽtia grã ⁊ bñplacito i eoꝝ ciuitatib⁹ ⁊ diocesib⁹ hui⁹ pſone ſic electe cõfeſſiones audiãt ſibi cõfiteri volẽtium: ⁊ imponãt penitẽtias ſalutares ⁊ beneficiũ abſolutõis impẽdãt: ꝓut ſuperius ẽ expſſum ex ciuitates ⁊ dioceſes i quibus fuerĩt deputate: per quas eas ⁊ non p ꝓuĩcias volumus deputari cõfeſſiones nullatenus audituros. Numerus aũt perſonarũ aſſumẽdarũ ad hui⁹ officiũ exẽcẽdũ eẽ dz ꝓut diuerſitas cleri ac populi multitudo vel paucitas exigit eoꝝdẽ. Et ſi idẽ plati petitam licẽtiam cõfeſſionẽ audiẽdaꝝ cõceſſerint illã pfati recipiãt cũ grãꝝ actione: q̃ ſi forte dicti plati quẽcũq; ex hui⁹ frĩbus pñtatis eiſdẽ ad huiuſmõi officiũ nollẽt habere: vel nõ ducerẽt admittẽdũ eẽ: quo amoto l' ſubtracto loco ipſius: ſitr eiſdem pñtandus poſſit alius ſubrogari. Si ṽo idem plati pfatis fratribus ad cõfeſſiones vt premittitur audiẽdas electi huiuſmodi exhibere licẽtiã recuſauerint. Nos ex tunc ipſis vt confeſſiones ſibi confiteri libere volẽtiũ: liciteq; audire valeãt: ⁊ bñficium abſolutionis impendere gratioſe concedimus de apoſtolice plenitudine poteſtatis. ¶Per hui⁹ aũt ↄceſſionem nequaq̃ intendimus perſonis ſeu frĩb⁹ ipſis ad id taliter deputatis ptãtem i hoc ĩpẽdere ampliorẽ: q̃ ĩco curatis ſeu parrochialibus ſacerdotibus eſt a iure conceſſa: niſi forſan eis ecclia rum plati vberiorẽ in hac pte grãz ſpãlem ducerent faciẽdam. ¶Pe tituri ¶Pau. poteſt peti hec licẽtia a platis ex ſuum teritorium: quia eſt voluntarie iuriſditionis. Cuſtodes gl'. priores ꝗ ↄuẽtuales quo ad pdicatores ⁊ guardiani q̊ ad minores h̃ nõ pñt. Humiliter ¶Pau. ſi petatur iſta licẽtia aſpere nõ vr̃ ſatiſfactũ ↄſtitutõi: ⁊ ideo iteꝝ eẽ repetẽda pp omiſſionẽ forme.

Miniſtri glo. Nota q̃ de vicariis prioꝝ ꝓuincialiũ ⁊ de cuſtodib⁹ non repetit de q̇bus pmiſit: lz ergo illi petitionẽ poſſint facere: de qua pmiſit: nõ tñ electionẽ: de qua h̃ loq̇tur. ¶Preſentari gl'. ergo perſonalis pſentatio fieri dz: naz dr̃ pſens q̇ pbetur ſenſibus corporis. Facit de pe. di. i. i prin. Idem dicit ¶Pau. ſup ṽbo repñſentẽt. Exigit glo. Si ṽo eps cõtendat cum fratribus diceſ minoꝝ numerum ſufficere: recipiat eps numeruz q̇ ſibi videtur de reliq̇s recurratur ad arbitriuz boni viri. i. iudicis. ff. de ṽbo. ob. l. continuus. Cõceſſerũt glo. quaz licentiam ſine cã reuocare non poſſunt. c. dcet. de reg. iur. li. vj. Subrogari glo. ſi non recipitur iuſta de cauſa: q̇ ſcilicet non eſt talis qual'. ſ. dſcribitur ſibi imputent qui malum elegerunt: ⁊ ſic poſſet omnes

UVA. BHSC. IyR_109_1

recuſare:cū nō ſūt apti:ſʒ nͣ ſine cā
h̄ ſuccedit ſine licētia pape. Re/
cuſauerūt glo.ſi nō recuſat expreſ
ſe:ſʒ ñ dat nec negat. videt̄ ꝙ locū
haberet h̄ ꝑuilegiū poſt trinā mo/
nitionē vl̄ reqſitionem p.c.i.ex̄ de
ſup.ne.ꝑla. Uiolentiū glo.forte ñ
ītellexit de religioſis q ſm ſtatuta
ſuoꝝ ordinū ꝑlati ſuis cōfiteri de/
bent. Libere glo.denotat ꝙ nō ē
neceſſe hr̄e licentiā ſacerdotis par
rochialis:cui⁹ ꝯ̄riuʒ dicit Jo. mo.
ſʒ ei non ſtat̄. Impartiri gl̄.abſolu
ti q ñ hn̄t neceſſe vl̄ius cōfiteri ꝓ
prio ſacerdoti. Nec obſtat.c.oīs in
pn.d̄ pe.ꝛ re. qꝛ illud ītelligit̄ d̄ eo
q alt̄i nō ē confeſſus legitime. Jo.
mo.dicebat ꝯ̄riuʒ : ſed male dixit.
Jdē Pau.ſ.ꝙ abſqꝫ licentia parro
chialis ſacerdotis pōt quis alt̄i cō
fiteri: nec tamē ex h̄ ſeqtur ꝙ ſint
curati iſti:rō ē ſʒ glo.qꝛ nec ipi fra
tres ſūt aſtricti ad executionē:vel
exercitiū iſtoꝝ actuū:nec fideleſ ſt̄
aſtricti: vt ī his ad eos recurrāt.

Jtē non vt dr̄ ī ſumma piſana ꝛ
bene ꝙ pōt epſ acceptare frēs ad
audiētiā cōfeſſionū: ꝛ hoc ſine ſo/
lēnitate ꝑdicta ꝑſentatiōis:ſi vult
cōmittēdo eis iuriſditionē ſuā:qꝛ
ēt ſine iſto priuilegio poſſet eis da
re licentiam audiendi.

De effectib⁹ q ſequunt̄ ex cōmiſ
ſione audiētie cōfeſſiōiſ alt̄i facte.
Capitulum nonum.

Ex cōmiſſiōe aūt alt̄i facta
d̄ audiētia cōfeſſionū ſiue
ꝑdicto mō:ſiue ꝑ aliū mo/
dū ſequūt̄ iſti effectus: vt dic̄ Pe.
de pal̄.in.iiij.di.xvij. Prim⁹ qdē
qꝛ talis cōmiſſari⁹ pōt audire ꝛ ab
ſoluere alterius licētia mīme reg/
ſita:nec ille q vult cōfiteri tenetur
petere licētiā a ꝓꝓo ſacerdote: ar.
efficax ex̄ de ꝓcur.c.is qui. lib. vi.
Nec obſtat ꝙ curat⁹ dʒ cognoſcer̄
vultū pecoris ſui:nam vultū ext̄io
reʒ poterit cognoſcere ſicut ꝛ ꝑuſ
ꝛ etiā intueri ꝛ corrigere fraterna
correctione ꝛ paterna admonitōe
ſicut prius:ꝛ quantū ad exterioreʒ
vultū attinet non min⁹ honeſte vi
uūt:q cōfitētur fratrib⁹ qꝫ qui cō/
fitent̄ ſecularib⁹ curatis. Quā/
tuʒ ꝟo ad interiorē vultū meli⁹ po
terunt reddere rōem de confeſſis
fratribus ꝛ hi⁹ : qꝫ de cōfeſſis ſibi
vl̄ ſuo vicario:qꝛ de interiori vul/
tu parrochianoꝝ qui ſe reſpuerūt :
ꝛ ſine licētia ſui vicarium pape vl̄
epī elegerūt nō habēt reddere rō/
neʒ: qꝛ per eū non ſtetit quominus
eos audiret ꝛ īſtrueret:ſʒ per ſupe
riorē qui eis coadiutoreſ dedit:ꝛ ꝑ
parrochialē q eum elegit. hec Pe.
de pal̄. Dic tn̄ Tho.i.iiij.di.xvij.q.
iij.ar.3.q.v.ꝙ ſi alicui cōcedat̄ po
teſtas a ſuperiori iudice cōfeſſio/
nes audiēdi parrochianoꝝ alicui⁹
curati:ex hoc nō fit illi preiudiciū:
qꝛ poteſtas iuriſditōis nō ē cōmiſ/
ſa alicui in fauorem ſui: ſed ad vti
litatē proximi ꝛ populoꝝ ꝛ dī ho/
norem. Jdeʒ etiā tenet Jo.an.i.c.ſi
epſ.d̄ pe.ꝛ re.li.vi.ī prima glo. Jdē
ēt tenet Jo.an.ī cle. dudū d̄ ſepul.
vt.ſ.patuit.ſ.ꝙ nō teneat̄ petere li
centiaʒ a ſuo curato qui vult ipſis
fratribus cōfiteri. Jdeʒ tenet expſ
ſe Pau. vnde glo. Ber. que hoc di/
cebat dānata fuit tanqꝫ falſa ꝑ Cle
mentē.iiij.ī quodā priuilegio qd̄ ī
cipit. Quidā temere. Secūdus
effectus huiuſ cōmiſſionis ſʒ dcm̄

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝑe.ē ꝙ cōmiſſariꝰ pōt audire ꝯ ꝓ
hibitiōes altius ꝑlati:ī q̊ ē dr̄ia in-
ter ſupiorē ⁊ īferiorē:nā īferior ꝯ
īhibitiōez ſupiorꝫ n̄ pōt alicui cō-
mitē: ſic nec ꝑ ſeipm audire eū ita
ꝙ poſſit eū ſuſpēdē ab audiētia cō
feſſionū ꝑ aliū ſic pōt ꝑ ſemetipm
⁊ ecōuerſo āt ꝯ īhibitionez īferio-
ris ſupior pōt ita cōmitter ſic pōt
audir eo īuito.Silr ſi eēnt duo cu
rati de pari:⁊ vterq; īſolidū vnꝰ ꝯ
īhibitionē altius pōt audire ⁊ cō-
mittē: qꝛ par īparē nō hꝫ īperiuꝫ.
Qn̄ ergo īferior ꝓhibꝫ ne ſubditꝰ
ꝯfiteat cuicūq; ſine ſui licentia dꝫ
excipe:niſi ſupiōi vl eiꝰ vicāio:alſ
temere agit:niſi loqret talibꝰ q bn̄
ſciūt ꝙ nō ītēdit: vl nō pōt ꝓhibē
qn confiteant tales ſupiori ſuo ſic
ī religiōibꝰ: cū por ꝓhibet ne quis
ꝯfiteat de tali peccato ſine licētia
ſui.Certū ē oībꝰ ꝙ nō ītendit quin
poſſit ꝯfiteri magiſtro ordinis vel
ꝓuincialiſ:vel eoꝝ vicarijs:qꝛ ſi ꝓ
hibet ſpueremꝰ ei ī faciē : ⁊ multo
magis ſupior qui nō pōt dare licē-
tiā altri cōfitēdi : cū ſit vicariꝰ ho-
minis q̄diu prior viuit:ſi īhiberet
ne qs ſine ſui licētia cōfiteret ⁊c.ꝯ
rideret.Sꝫ mortuo vl amoto prio
re vices eiꝰ gerit ꝑ ꝯſtitutiōes : vn̄
reputat ordiariꝰ curatꝰ:ğ ꝓhibēs
ſubdito ſuo:ne alij cōfiteat : dꝫ ex
cipe epꝫ papā legatū ſūmū penitē-
tiariū ⁊ archiepm dū viſitat : ⁊ ha-
bētes ab eis ptātez.Eps vero non
debꝫ excipere omnes predictos ni
ſi ſeipſuꝫ:⁊ ſic qlibet excipiat ſuos
ſuperiores a tali probibitione.

Tertiuſ effectus huius ꝯmiſſio
nis eſt ꝙ tenetur curatus ei eucha
riſtiam miniſtrare: ⁊ etiam alia ſa-
cramēta : ex quo dicit ſe confeſſuꝫ
illi qui potuit euꝫ abſoluere . nec ē
abſurdum ꝙ det eucbariſtiaꝫ illi :
cuius tamen conſcientiaꝫ ignorat:
ſed cum eque bona ⁊ tuta conſcien
tia:immo tutiori poteſt eum cōica
re qui confeſſus eſt ſine ſui licētia
habenti poteſtatem:ſicut illuꝫ qui
confeſſus eſt de licētia ſua : vel ſi-
bi:quia nec etiaꝫ vicariꝰ curati re
uelat ſibi confeſſionem : cuꝫ idem
curatus dat illi cōionē: vnde equa
liter ſcire debet conſcientiam con
feſſi vicario ſuperioris ſic ſcit cō
ſcientiam talis cōfeſſi vicario ſuo.
Et debet curatus preſumere ꝙ me
lius confeſſus eſt:qui confeſſuſ eſt
ei quem papa vel epiſcopus eligit
in confeſſorem per totuꝫ munduꝫ
vel dioceſiꝫ ſuam:q̄ qui confeſſus
eſt illi quem eligit ipſe prouidendo
de ipō ſuis ſubditis:cum epiſcopꝰ
non debeat h̄ cōmittere niſi viris
potentibus opere ⁊ ſermone: vt ꝯ
offi.ordi.c.inter cetera vel etiaꝫ q̄
ei qui confeſſus eſt illi quem eligit
ipſe proprio arbitrio de licentia cu
rati generalis: ⁊ hoc niſi cum eſſet
excōicatus vel notorius peccator:
nam tunc anteq̄ det eucbariſtiam
debet ei clare conſtare de abſolu-
tione ab huiuſmodi. Quartꝰ ef-
fectus eſt ꝙ peccata cōfeſſa haben
ti talem confeſſionem non tenetur
iteruꝫ confiteri proprio ſacerdoti
vt declarat Jo.xxij.ī extrauagā.q
incipit.Uas electionis. Quintus
effectus eſt ꝙ per hanc commiſſio
nem fit iudex qui prius non erat.
Cum enim ad abſoluendum requi
ratur poteſtas ordinis ⁊ iuriſditio
nis:licet ab habente ordinem ⁊ iu-

UVA. BHSC. IyR_109_1

riſditioneȝ:vel iuriſditionem tan/
tuȝ poſſit hec audientia committi
habenti ordiem : licet non habeat
iuriſditionem:puta ſimplici ſacer/
doti:ita nõ curato ſicut curato: nõ
tamen ecõuerſo. Sacerdos nõ cu/
ratus poteſt hoc committere : vel
curato:vel ſacerdoti:⁊ ratio diuer
ſitatis eſt:quia nõ equaliter he due
poteſtates tranſfundunt᷑. Habẽs
enim ordinem ex ſola commiſſio/
ne non tranſfert ordinem: ſed solũ
ordinatio ſacramentalis tranſfert
ſiue ſit iudex ſiue non : ſed iuriſdi/
tio ab habente eam ordinarie ſola
commiſſione tranſfertur ĩdifferẽ/
ter priuato qui nullam habebat : ⁊
ei qui habebat aliquam:ſed nõ iſtã
reſpectu ipſius. Sextus effectus
eſt ꝙ qui audit confeſſionem nõ iu
re ſuo perdit poteſtatem ſuam:de/
legante mortuo vel amoto:⁊ idem
forte eſt ipſo excommunicato vel
ſuſpenſo:niſi confeſſione iaȝ ĩchoa
ta quaȝ audiuit:extunc quaſi ex iu/
re ſuo : ſicut etiam perdit poteſta/
tem illo reuocãte:quia ſoluitur iu/
dicium prohibente illo qui iudica/
re iuſſit. Unde ſicut epiſcopo mor
tuo vel tranſlato officialis ceſſat
in cauſis:ſic debet ceſſare peniten/
tiarius in confeſſionibus audien/
dis:niſi ꝙ abſoluere debet de pec/
catis iam auditis:glo.in.c.gratum.
⁊ relatum de of.⁊ po.iudi.d̄le.quia
mandatum expirat per morteȝ mã
datoris. Similiter ſi dedit confeſ/
ſorẽ monialibus expirat poteſtas:
niſi eſſet rector earuȝ cui ex officio
quaſi prioratus vl̄ rectorie eſſet au
dientia annexa:⁊ tũc eſſet quaſi or/
dinarius. Uideretur tamen ꝙ non

ſimiliter ita expiraret poteſtas de
legati delegante excommunicato:
vel ſuſpenſo:ſicut mortuo vl̄ amo
to:quia in primo caſu retinet dele/
gans iuriſditionem licet non vſuȝ
in ſecundo autem neutruȝ retinet.
Ad h̄ aũt ꝙ d̄legatus vtat᷑ iuriſdi/
tione requirit᷑ ꝙ d̄legatus ĩ d̄legã/
do quidem habeat iuriſditioneȝ ⁊
vſum eius:q2 delegare ẽ vſus iuriſ
ditionis:ſed poſtꝙ̄ d̄legauit nõ re/
quiritur ꝙ habeat vſuȝ:quia vſus
ei⁹ nihil fac.ergo ⁊c. Poſſet tñ dici
ꝓbabiliter ꝙ ſi eps̄ nõ exñs excõi/
catuſ:vl̄ ſuſpenſus inſtituit officia
lem vel penitentiariuȝ ⁊ poſtea ex/
cõicetur nihilominus vterqȝ põt
procedere in officio ſuo : q2 vtitur
vice eius qui iuriſditioneȝ habȝ li/
cet non vſum per ſe. Si aũt iã erat
excõicatus officialiſ nĩl agit:q2 ĩſti/
tutio vel commiſſio nõ tenuit.

De penitentiario ꝟo vr̄ ſecus:q2
ẽt non ſacerdos vel non ↄſecratuſ
qui minus habet ꝙ̄ excõicatus cõ/
mittẽ põt:q2 nõ min⁹ ẽ cõmiſſio ꝙ̄
ꝑmiſſio:quia iure ſuo ſacerdos au
dit confeſſionem.⁊ cõmitẽs tm̄ eſt
cauſa ſine quã ñ ꝓpter parrochia/
rum diuiſioneȝ ⁊ eccleſie ꝓhibitio
neȝ.qñ aũt cõmittẽs morit᷑ vl̄ amo
uetur nõ eſt differentia ĩter cõmiſ/
ſariũ ĩ foro penitẽtiali aut iudicia/
li:q2 vtriuſqȝ ptãs expirat quantuȝ
ad negotia non incepta.

Capitulum decimum de dr̄ia in
ter fratres preſentatos ſm̄ formaȝ
cle.dudũ.⁊ differentia inter ſacer/
dotes curatos

Fratres ꝑdicatores habẽt
priuilegiũ ꝙ epiſcopis mor
tuis qui ipſis ſuaȝ dederũt

UVA. BHSC. IyR_109_1

auctoritatez vel cõmiſerũt: poſſũt vti ea auctõitate quouſqꝫ fuerit ꝓuiſum eccleſie de paſtore. Itẽ nota ꝙ per iſtos effectus non hꝫ cõmiſſio effectum i perſonis ordinũ reprobatorum ꝺ quibus dicit̃ i .c. .i. ꝺ reli. do. li°. 6°. hec ⁊ Pe. de pal.

Nota vlterius differentiã inter ꝑdictos frẽs ſic pſentatos ⁊ curatos: naz ꝑdicti fratres ea tali pſentatione ⁊ commiſſione pñt audire omnes parrochiãos oĩum curatorum illius dioceſis vbi ſunt pñtati ſed non aliarum dioceſum: ⁊ nõ poſſunt hoc cõmittere alicui: Sed curati non poſſũt audire inquãtũ curati niſi parrochianos ſuos tñ alios non niſi cuz licẽtia epi vl̃ curatorum eorum. ⁊ poſſunt hoc cõmittere alteri. ſ. audire ſuos parrochianos. Nota etiam aliã differẽtiã ſꝫm Lan. ⁊ Fran. caba. in cle. dudum. Nã curati poſſunt audire cõfeſſiones: ⁊ eoꝝ vicarij ſibi ſubditoꝝ in dioceſi ſui epi: ⁊ etiaz extra dioceſim: ſed frẽs electi ⁊ pſẽtati ſꝫm formam cle. dudũ. de ſepul. ꝺ q̃ ꝰ. non poſſunt audire ſeu abſoluere ex̃ dioceſim vbi ſunt pſentati: ⁊ ſi ſecus fieret ꝗuis cõfeſſi poſſẽt ex ignorãtia excuſari: tñ quo ad eccleſiã nõ eſſẽt abſoluti: ſꝫ ſi cõſtaret eis deberent iteꝝ cõfiteri eis ⁊ infra dioceſim abſolui a ꝑdictis.

Sed ſi ſine ꝑdicta ſolẽnitate cõmitteretur fratribus ab epo vel a curati auctoritas audiẽdi cõfeſſiones ſimpliciter: tũc poſſẽt ẽt ex̃ dioceſiꝫ audir̃ ſicut alij vicarij eorũdem. De caſibus epis reſeruatis nec curati nec dicti frẽs preſentati poſſunt abſoluere niſi inquãtum fuerit a dioceſanis conceſſum. De caſibus multiplicibꝰ epo reſeruatis de qbꝰ agitur in. ſi. cle. dudũ. de ſepul. Capl̃m. ij.

Sciendũ ꝙ varie ſunt opiones doctorum in dictis caſibꝰ. Aliqui eni ponũt plures: aliqui pauciores. Unde mat̃ia ipſoꝝ caſuum non eſt bñ clara. Et in ſumma piſana dicitur ꝙ Benedictus papa. ij. i extrauagã. iter cũctas declarauit quattuor eſſe caſꝰ epales de iure. Primus. ſ. peccatum clerici: per qꝺ incurriſſet irregularitatẽ. Secundus de incendiarijs. Tertius de peccato: per quod inducẽda eſt ſolẽnis penitẽtia. Quartus de excommunicatis maiore excõmunicatiõe. Itẽ ꝺclarauit qnqꝫ eẽ caſus epis reſeruatos ꝺ approbata ꝯſuetudie. Primus ẽ pctm̃ homicide volũtarij. Secũduſ ẽ pctm̃ falſarioꝝ. Tertius ẽ pctm̃ violantium eccleſiaſticã libertatem. Quartus ẽ pctm̃ violãtium eccleſiaſticam imunitatem. Quintus eſt peccatum ſortilegorũ diuinatoꝝ ⁊ incantatoruz: ꝗuis aũt dicta extrauagãs fuerit reuocata per cle. dudũ ex̃ ꝺ ſepul: tamẽ quãtũ ad dictos caſus nil inouatum fuit: ⁊ ſi alia ibi contẽta ſint: ⁊ ſic videtur ꝙ adhuc illi remaneãt: ⁊ additur in piſanella ꝙ pñt nihilominus epi in ſuis epiſcopatibꝰ caſus eis reſeruare ꝓut videtur eis expedire: ſicut poſſũt cõſtitutiones facere. ⁊ multomagis concilium ſynodale vl̃ ꝓuinciale: a quoꝝ ſentẽtijs religioſi ñ valẽt abſoluere. Jo. an. i. c. ſi epiſcopus de peniten. ⁊ remiſ. in glo. 3ª li°. 6°.

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝑdictis caſib⁹ addit p⁹ crimē enor/
me ꝛ publicū homicidiū: ꝛ ſoꝛtile/
giū oppꝛeſſionē pueroꝝ ēt ex caſu:
īceſtū: coꝛruptionē monialiū: coitū
cū brutis: mr̄imoniū clādeſtine con
tractū vl' ꝯ īterdictū eccl'ie: piuriū:
falſū teſtimoniū: blaſphemiaꝫ dei ꝛ
ſcōꝝ. Hoſtiē. v⁰ i ſūma pōit oēs ꝑ/
dictos caſus ꝛ addit pctm̄ ꝯ nāꝫ: ꝛ
ēt quodlibet enoꝛme qd̄ pticularis
vl' generalꝯ ꝯſuetudo reſeruat ipis
epis: i qb⁹ aliqñ epi remittūt pecca/
toꝛes ad ſedē aplicā pp enoꝛmitatē
criminū: ꝛ ad terroꝛē alioꝝ hec Ho
ſtien. Ego tñ nō legi adhuc eē aliqd̄
pctm̄ ꝑciſe ita enoꝛme a q̄ nō poſſit
abſoluere eps ſubditū: dū tñ nō ha
beat aliquā ſnīam excōicatōis āne/
xā quāuis aūt poſſint abſoluē: ſi ali
qñ ad curiam mittāt bene faciunt
Guil. durā. ꝛ Speculatoꝛ i reperto
rio ſuo vltra ꝑdictos caſus addit
alios. ſ. defloꝛātes v̄gines vi oppreſ
ſas vl' ſeductas. Cōtrahētes p⁹ vo/
tū caſtitatis emiſſū. Foꝛnicatōeꝫ cū
iudea vl' ſarracena. Cōcipiētē ꝓleꝫ
ꝑ adulterium: quā vir credit ſuam.
Procurātē aboꝛſuꝫ vl' ſterilitatē i
ſe vel alio. Cōtrahētes mr̄imoniuꝫ
poſt ſpōſalia iuramēto firmata. Co
gnoſcētē carnaliter baptiçataꝫ ab
eo: vl' cui⁹ ꝯfeſſionē audiuit. Tenē
tē ad baptiſmū vl' ꝯfirmatiōem fili
os vl' filios ex̄ neceſſitatē. Baptiçā
tē ꝓꝓꝛios filios ex̄ neceſſitatē. Uer
berātē prēm vl' mr̄em: ꝛ vſurarios
ꝛ tandē ſic cōcludit. Tot caſus po/
nere nihil aliud ē q̄ꝫ ſacerdotuꝫ po/
teſtatē reſtringere: que eis plenarie
data ē a Chriſto. Uñ breuiter dico
ſacerdotes oīa poſſe quo ad foꝛum
ſpirituale que non ſūt ſpecialiter in
iure epis reſuata: ꝛ q̄ nō ſūt ipſis ſa
cerdotib⁹ directe vl' ꝑ aliquā cōſe/
quētiā īterducta: arg. c. at ſi clerici
de iudi. ꝛ c. nuꝑ d̄ ſen. excōi. Hoc tñ
fateoꝛ q̄ vbicūq; fuerit aliqd̄ gra/
ue d̄lictū vl' enoꝛme ſupioꝛis ē iudi
ciū regrendū: ꝛ idē dico i oib⁹ caſi/
bus in qb⁹ eſt generalis cōſuetudo
eccleſie q̄ ſint ipis epis reſeruati.

Cōcluſio Jo. de lignano.

Jo. de lignano i declaratiōe quā
facit ſup. c. oīs d̄ pe. ꝛ re. ꝓbat ꝛ cō/
cludit ex dictis īmediate ꝑ Guil. et
Spe. ꝛ ex cle. dudū fratres ꝑdicato
res ꝛ minoꝛes pñtatos pro audien/
tia cōfeſſionū poſſe abſoluer̄ ab oi/
bus caſibus peccatoꝝ: exceptis ꝑci
ſe illis q i iure reſeruant̄ epis. Sed
a caſibus quos epi ſibi reſeruāt: vl'
de cōſuetudine ſue dioceſis: vel ex
ſuo beneplacito vel per conſtitutō
nes ſuas ſynodales vel ꝓuinciales
poſſe abſoluere. etiam ſi epi dictos
caſus non concedāt: ꝛ ꝓbat ſic cle.
duduꝫ de ſepul. ſtatuit q̄ dicti frēs
non pñt abſoluere: niſi a caſibus a
quibus poſſunt curati abſoluere: q
eis permittuntur a iure niſi ipſi epi
vellent aliquod plus conferre eis.
Sed ꝛ Guil. dicit q̄ non obſtāte q̄
doctoꝛes ponant multos caſus epi
ſcopis reſeruatos: curati enim pñt
abſoluere ab oibus occultis q̄ non
ſunt in iure epis reſeruata ꝛ nō ſūt
ipſis ſacerdotibus directe vel per
aliquā cōſequentiam īterdicta: lꝫ g̃
epi poſſint reſeruare certos caſus
qui de iure competunt inferioꝛib⁹:
non tñ hoc poſſunt ſimpliciter: niſi
in duobus caſibus ſcōm Guil. du/
pliciter. ſ. directe. ſ. cum aliqui fue/
rint legitime in crimine depꝛehenſi

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝙ merito fuerint tali poteſtate pri/
uādi. Secūdo indirecte.ſ.ꝑ aliquaʒ
ↄſequētiaʒ: vt cū aliqs caſus euene/
rit i q̊ ad vtilitatē cōeʒ expediat ꝙ
talem caſum retineat ⁊ nō aliter. 25
q. 2. c. de eccl'iaſticis. Non aūt ex/
pedit vtilitati cōi reſeruare tot ca/
ſus: ſed h̄ eſt ponere laqueos in via
ſalutis. Sed ſi aliqs pur velit defē/
dere plures caſus poſſe epos rōna/
biliter reſeruar̄ quo ad ſacerdotes
parrochiales: cū ſint de foro epoꝝ
⁊ eoꝝ ↄſtitutōib⁹ ſubieti: tn̄ hoc nō
poſſunt facer̄ epi erga p̄dictos fra/
tres q exēpti ſunt: nec eoꝝ ordina/
tionib⁹ ſubiecti: vt ex̄ de exceſ. pla.
c. nimis praua. Cum ergo non poſ/
ſint dicti fratreſ abſoluere a caſib⁹
reſeruatis in iure epis: vt dicitur i
dicta cle. duduʒ: ergo pn̄t ab omni/
b⁹ alijs abſoluere vʒ de cōſuetudi/
ne reſeruatis particularis loci vel
ſynodali cōſtitutione: vnum negā/
do: aliud tacēdo conſentit: di. 25. c.
qualis. nea poſſunt p̄lati dictam cō
feſſionē reuocare vl' defalcare: nec
directe negādo licētiā audiendi: qꝛ
nihilominus habent eam ꝑ cle. du/
dum. nec indirecte ꝓhibendo par/
rochianos ne cōfiteatur eis ex̄ de
p̄uile. c. quanto. nec per retentionē
multoꝝ caſuum: qꝛ fieret i fraudeʒ
legis q̄d fieri nō debet: vt. c. conſti/
tutus de ↄceſ. ꝓbē. Sileat ergo Jo.
mo. h̄ qui dicit ꝙ ſi epus pōt artare
ptātem ordinariaʒ curatoꝝ: poteſt
multomagis artare poteſtatem ex
traordinariaʒ ipoꝝ fratrū: qꝛ q̄d ꝑ
ſupiorem conceditur per inferiorē
artari vel reuocari non pōt: vt diſ.
21. c. inferior. Ad ↄſtitutionē autem
cle. de p̄uile. religioſi vbi dr̄ ꝙ a ca/
ſibus ordinarijs reſeruatis quēq̄
abſoluere non p̄ſumant. Reſpōdē
dum eſt ꝙ hoc intelligendum eſt d̄
caſibus in iure reſeruatiſ ſicut intē
dit cle. dudū. nō aūt per cōſuetudi/
nē l' ſtatuta alioꝝ p̄latoꝝ qꝛ illa re/
mouet papa i dicta cle. dudū. a qb⁹
poſſunt dicti fratres abſoluere: ⁊ ꝑ
cōſequens videtur quicqd dicatur
per modernos vl' antiquos de tali/
bus caſibus per epos reſeruatis to
tum reuocatur: pec cle. dudum. ſpā
liter quātum ad dictos fratres: ſi e
niʒ conſtitutio poſterior: lʒ non fa/
ciat mentionē de priori ipſam reuo
care noſcantur. c. licet de cōſti. li. vj
multomagis r̄uocari dʒ dcā docto
rum: ſi in contrarium ꝓmulgentur
hec Jo. de ligna. Sed Frā. çaba. p⁹
Lan. dicit ꝙ de caſibus epalib⁹ nō
poteſt dari doctrinam: cū depende
at ex cōſtitutionibus ipſoꝝ epoꝝ ⁊
doctrina: ⁊ q̄uis Land. dicat ꝙ ha/
bēs irregularitatem q̄ ſolus papa
tollere pōt: non pōt abſolui a pctō
an̄ diſpēſationē. Fran. çaba. dic̄ cō
trarium. ſ. ꝙ pōt abſolui a peccato
remanente macula irregularitatis

Quia g̊ non eſt claꝝ qui ſunt ca/
ſus epiſ reſeruati in iure communi
iō tutior via eſt in hi⁹ ꝙ frēs ſi pn̄t
ſciant ab epo quos caſus vult ſibi
reſeruare: ⁊ de illis non ſe impedi/
re: oēs ꝟo alios caſus faciāt ſibi cō
cedere. Certum ē autem ſm oēs
ꝙ abſolutio ab excōicatiōe maiori
reſeruatur epis. Jtē diſpēſatio vel
cōmutatio votoꝝ. Iteʒ relaxatio q̄
rūdam iuramentoruʒ. Diſpenſatio
vero icertoꝝ: an pertineat ad epm
vl' ad alium: hēs. ſ. in. 2a parte ſum
me ti. de re. c. 4. ⁊ ibi diffuſe. Fran.

UVA. BHSC. IyR_109_1

çaba.in cle.dudū.in gl'.ſup v̄bo cō
ceſſa.dic̄ glo. Jo.an. Lād. Pa.Ste/
pha.ꝛ çençe.tenē ꝙ ep̄s poſſit reſ/
uare caſus d̄ qbus curati poterant
añ hāc cōſtitutionē dudū abſoluē:
ita ꝙ reſeruatio p̄iudicet fratribꝰ
.i.ꝙ ēt non poterūt tūc ab ipſis re/
ſeruat' caſibus abſoluere:qd̄ ē cō/
tra hoc qd̄ hic dic̄ Jo.d̄ ligna. Et i
telligit̄ iſta reſeruatio caſuum ep̄a
lium d̄ actibus exterioꝛibus cū ef/
fectu:ꝛ non de īterioꝛibꝰ:vꝫ ſiqs d̄
ſiderauit:vl' ēt q̄ſiuit aliū occider̄:
iſtud homicidiū coꝛdis non ē d̄ ca/
ſibus reſeruatis ep̄is. Dic̄ ēt Pe.
d̄ pal.ꝙ inceſtus q committit̄ a pu
eris q nō hn̄t vſū rōnis ñ ē d̄ reſer/
uatis ep̄is: qꝛ nec p h̄ tollit̄ v̄gitas
nec cātur affinitas.

Capl'm.xij.d̄ ſacerdote q abſol/
uit aliquē a caſu a q̄ ñ pōt abſoluē.

T nota ꝙ ſi ꝯfeſſoꝛ qcūqꝫ
aliquē abſoluerit d̄ aliquo
peccato a quo ñ pōt:ſiue qꝛ
ē reſeruatus ep̄o: ſiue qꝛ nullā hēt
auctoꝛitatē q̄uis grauiter peccet:
p̄cipue qñ abſoluit ſciēt' l' ex igno/
rantia iur' craſſa:tñ ex hoc non in/
currit aliquā cenſurā vl' excōicati/
onē:ſiue ſit clericus ſecularis: ſiue
religioſus talis abſoluēs ſm Frā.
çaba.ꝛ çençe.ſed tenet̄ illum queꝫ
ſic abſoluit̄ auiſare d̄ erroꝛe ſuo:ſi
cognoſcit vl' pōt īuenire:ille tamē
quo ad deū excuſat̄ duꝫ h̄ ignoꝛat.
Et ꝙ dictū eſt ꝙ cōfeſſoꝛ dꝫ illum
auiſare quē abſoluit:cū nō poſſet i
telligit̄ qñ fieri nō pōt ſine ſcādalo
notabili: vñ ī cōcilio Baſilieñ.qdā
multum periti habita ſup h̄ colla/
tiōe dixerunt ꝙ talis ꝯfeſſoꝛ petat
auctoꝛitatē a ſupioꝛi ſup h̄ caſu a q̄
non potuit abſoluer̄: ꝛ tñ abſoluit
qua habita vocet illū quē abſolue/
rat cū nō poſſet:ꝛ p aliquē modum
cooptū interroget d̄ aliqbꝰ q̄ ſibi ē
confeſſus quaſi volēs ſe melius in
foꝛmare:ac ſi plene nō ītellexiſſꝫ:ꝛ
ſi que alia criminalia poſtea ꝯmiſe
rit:ꝛ ſic ab oībus iterū abſoluat: d̄
tunc alias auditis ꝛ p̄iꝰ. Uel ſi ma
gnum ſcādalum ex hoc timeretur:
ſic ꝙ p̄dictus modus ſeruari non
poſſet abſoluat abſentē:ſi ab vltia
cōfeſſione credit̄ pſeuerāſſe talē ī
gr̄a:aut vt alijs placuit: cuꝫ ex hoc
timeret̄ notabile ſcādalum eueni/
ri:cōmittat xp̄o ſummo ſacerdo
ti:p̄ſertim qñ multitudo ē ſic negle
cta:vl' multuꝫ diſtat a loco vbi eſt
cōfeſſoꝛ. Sꝫ ſi religioſus abſol/
ueret aliquem ab aliq̄ ſñia excom/
municatōis ſuſpēſionis vl' interdi
cti in iure poſita īcideret in excom
municationē a qua nō poſſꝫ abſol/
ui citra ſedem apoſtolicam : cle.re/
ligioſi de p̄uile.ſecus ſi abſolueret
a ſententia hominis:qꝛ tunc non in
curreret ſꝫ Pau.q̄uis grauit̄ pec
caret:ſed clerici ſeculares abſoluē
do a ſentētijs iuris:q̄uis ꝛ ipſi ma
le faciāt nō tamen aliquam incur/
runt cēſuram.

Capl'z.xiij. an in gn̄ali ꝯfeſſione
cōtineat̄ ſp̄alis.

Ota etiā ꝙ vt dicit Jo.an.
ſup.c.tua nob.i gl.ex̄ d̄ of/
fi.vica.Si ep̄s dedit vicari
um gn̄alem : ꝛ in mandato aliquid
expreſſit de his que requirunt ſpe/
ciale mādatū ſecuta gn̄ali clauſula
ꝛ oīa alia que per nos poſſumus ēt
ſi mādatū exigant ſp̄ale:ſm Hoſti.
ſat' videtur ꝙ talis ēt poſſit ſp̄alia



UVA. BHSC. IyR_109_1

ad iſtar pcuratoris: ſecus ſi aliqd
de ſpālibus non fuiſſet ibi exp̄ſſuz.
hec Jo.an. Qd vr̄ intelligenduz
quātū ē de virtute verboꝝ: ⁊ in fo
ro contētioſo: nā ſi in foro conſciē
tie aliter cōſtaret de intentione cō
ferentis: auctoritatem ꝙ ille inten
derit: hoc etiā ſi nō exp̄ſſiſſet aliqd
in generali cōceſſione intelligeren
tur ſpālia. xxij.q.v.c. hūane: ⁊ hoc
idem dici poteſt de auctoritate da
ta ab epo confeſſoribus: qr.ſ. dicen
do: do vobis auctoritatē meam in
cōfeſſione nō itelligit̄ pp̄ h̄ ɔceſſiſ
ſe caſus ſuos niſi alicui cōſtaret: ꝙ
p̄ hec v̄ba gn̄alia intēdit caſus ſu
os cōcedere: ſed dicendo iſtū ⁊ illū
⁊ oēs alios meos caſus: tūc itelligi
tur totum dediſſe.

Capl'z.xiiij. qd poſſint penitētia
rij curie romane.

I nota ꝙ penitētiarij mi
nores in curia poſſunt ab
ſoluere vndecūqꝫ venietes
ab oībus caſibus peccatoꝝ ⁊ ſentē
tijs epis reſeruatis: habent eni au
ctoritatē quaſi epalē in foro p̄ñie ⁊
maiorē quo ad quoſdā caſus excōi
cationis ⁊ diſpēſationis. Sūm⁹ v̄o
penitētiari⁹ adhuc h3 maiorem in
pluribus alijs caſib⁹ excōicatōis ⁊
diſpēſationis.

Capl'z.xv. quid fiēdū qn̄ ɔfeſſor
non itelligit penitētē.

Ota v̄o ꝙ cū cōfeſſor nō ī
telligit penitentē: aut expe
rientia lingue: aut ex dōmi
tione: aut ex diſtractiōe mentis ad
alia applicate: vl' ex alia cā ſm̄ Jo.
de neapo. in quolibet: ꝙ cum ſacra
lis cōfeſſio p̄exigat cōfeſſionez: cō
feſſio v̄o iportat reuelationē que n̄
pōt eē niſi reuelatōe vnius.ſ. confi
tētis: ⁊ pceptione alterius.ſ. cōfeſ
ſoris: qr ſi alterū iſtoꝝ deficit i p̄ſa
to caſu: credo de illo peccato nō eē
factā ɔfeſſionē: ⁊ p ɔn̄s non impen
di abſolutionē: hec ille. Si tn̄ nō h̄
facit ⁊ confeſſus qdē de hoc nō p
pēdit abſolutus eſt corā deo: nec te
net iterare quouſqꝫ neſciat illū nō
percepiſſe ſeu itellexiſſe pctā ſua ⁊
hec v̄a ſunt de peccatis grauib⁹.i.
mortalibus: que ſunt d̄ neceſſitate
cōfitēda: nō autez de venialib⁹: ad
que qs nō tenetur de neceſſitate: et
vbi talia modica raro ob audiun
tur ab eo qui alias cognoſcit perſo
nam.

Explicit prima ps q̄ fuit de ptā
te ſeu auctoritate ɔfeſſoris.

Jncipit.2. ps q̄ erit de ſcia ipſi⁹:
q̄ erit duplex: primus.§.ſ. ꝙ duplex
eſt clauis ordinis ſcilicet ſcientie
⁊ potētie.

Icto de ptāte confeſſo
rum: nūc vidēdum eſt d̄
ipoꝝ ſcia. Eſt enim du
plex clauis ordis.ſ. cla
uis ſcientie: ⁊ clauis potētie. Vn̄d
xp̄s petro dixit. Tibi dabo claues
regni celoꝝ. Matth.xvi. Nō tam̄
ꝙ iſta ſcia non dr̄ clauis: ſ3 ipſa po
teſtas diſcernendi atqꝫ examinādi:
ſiue cognoſcēdi in foro cōſcie: ⁊ po
teſtas determinādi: ſeu diffiniendi
cām.i. ligādi ⁊ ſoluēdi dr̄ clauis po
tētie. Jſta v̄o duplex poteſtas eſt
vna in eētia: ſed duplex i effectu.
Scia autem acqſita non eſt clauis
ſed bene iuuat vt claui: ⁊ d̄ his cla
uib⁹ hēs di.xx. per totuz.

Quarta ſcia reqratur in confeſſi
one.§.2.

UVA. BHSC. IyR_109_1

E quātitate ſcie ↄfeſſoꝛis:
quātaʒ ſcilicet opoꝛteat eū
habere peritiam: dicit Au/
gu. ꝺ pe. di. 6. c. 1. opoꝛtet vt ſpiritu/
alis iudex ſciat cognoſcere qcq̄d ꝺ
beat iudicare. Dicit Tho. in. 4. di.
17. in expoſitione littere. Hec ſcien
tia ꝛ ſi non ſit maioꝛ: tñ debet eſſe
tanta: vt ſciat diſcernere inter pec
catum ꝛ non peccatum: ꝛ peccatuʒ
moꝛtale ꝛ veniale: ꝛ ſi in aliquo eēt
dubitatio ſciat dubitare: vt poſſit
ad peritioꝛes recurrere. Alb. auteʒ
in. 4. dicit ꝙ non tenetur ſacerdos
ſcire diſcernere: niſi in communi q̄
ſint capitalia: ꝛ que moꝛtalia com/
munia: ꝛ que venialia ex gñe. Sed
hec neſciēs dicit idem puto ꝙ pec
cat moꝛtaliter talis audiendo: ꝛ eū
inſtituens plus peccat q̄ȝ ipſe: ꝛ eū
permittēs inſtitutum miniſtrare ſi
ſua intereſt talem ꝓhibere. Dicit
etiam ꝙ in perplexis caſibus ſacer
doſ eccleſie parrochialiſ dʒ eſſe ita
diſcretuſ: vt talia difficilia eē ſciat
nec eſſe ꝓcedēdum in eis ſine ſupe
rioꝛis conſilio vel auctoꝛitate: hec
Alb. in. 4. Guil. duran. in ſūma ſua
dicit ꝙ quotiens confeſſoꝛ ſe inge/
rit ad cōfeſſiones audiēdas totiēs
ſe offert ad reſpondendū de quoli
bet ꝛ interdum de caſibus inopina
tis: ꝛ aliaſ inauditis: ꝛ queſtionibꝰ
ſeu caſibus valde perplexis. Debʒ
ergo confeſſoꝛ ſcire diſcernere int̄
peccata ꝛ differentias peccatoꝛuʒ.
Unde ſcire debʒ confeſſoꝛ ſi ea
que exprimit ſibi penitens ſint pec
cata vel nō: puta an bella principū
ꝛ ipſoꝛum exactiones ſint licita vl̄
ne: ꝛ vtruʒ ↄctus q̄ fiunt ſint liciti
vel illiciti: ꝛ quādo ad reſtitutiōeʒ
teneatᷣ ꝛ q̄n non: ꝛ an ei debeat pro
hibere communionē vl̄ cōcedere:
q2 ſi confeſſoꝛ iudicat licitum: qḋ
ē illicitum: tam cōfeſſoꝛ q̄ȝ penitēs
in foueam cadunt: niſi foꝛte ꝓbabi
lis ignorātia eū excuſet: puta ſi ha/
bet aliquē doctoꝛem autenticum ꝛ
famoſum: cuius opinioni innitit̄.
Unde ſi cōfeſſoꝛ nō ē expertus in ca
ſibus: ita ꝙ nō nouit dubitare: nec
ꝑ ſe iudicare cū periculo anime ſue
audit confeſſiones. Hec Guilel.
Pe. de pal. in. 4. di. 19. oñdit maio/
rē ſciam regri in eo qui ſe igerit: q̄ȝ
in eo qui ponitur ad hoc a ſuperio
ribus ſuis ex obedientie iniūctiōe
ꝛ de primo pōt intelligi dictum ri/
goroſuʒ Guil. duran. de ſcḋo dcm̄
Tho. ꝛ Alb. dicit enim ipſe Pe. oīſ
ſacerdos habet clauem ſcie ꝛ potē
tie. i. auctoꝛitatem diſcernēdi: ꝛ po
tentiam ligādi ꝛ ſoluendi: ſʒ multi
nō habēt ſciētiam debitā: ꝛ ecōuer
ſo. Multi non ſacerdotes hn̄t ſciē
tiam qui non habent auctoꝛitatem
diſcernēdi: ſecundi quidē ſine pec/
cato. ſʒ primi cū peccato ſuo: ſi hꝰ ꝓ
curarent: alias ſi inuiti ponerēt ex
cuſati ſunt: ſi ꝓpoſuerunt impedi/
mentū nec ſūt auditi. Munꝰ. i. of/
ficiū iudicādi neceſſariū ē: ꝛ pōt ad
hoc cōpelli. ſ. ad officiū iudicandi
ꝛ ad ꝑlationē carēs ſcia: ꝛ tc̄ ñ pec/
cat: ſicut in religiōibꝰ cōſuetū ē fie
ri. Et qḋ dicit Gre. ꝙ ſi indignus ē
non debet obedire: ꝛ ſi dignus dʒ
obedire: itelligendū ē ꝺ illo qui ha
bet defectus: qui ſunt iuris vʒ irre
gularitatis: ꝛ tunc non debet obe/
dire: niſi ab eo per diſpenſationē ꝓ
moueatur: alias tenetur religioſuſ
obedire alioqn quilibet religioſuſ



UVA. BHSC. IyR_109_1

bõuſ q̄ reputaret ſe idignũ refuge-
ret: ⁊ ſic ſoli idigni promouerẽt: ⁊
ponerent. Qui v̄o non coact⁹: ſed
ſpõte accipit ptãtem ſue p̄latõis: ſi
ue audiendi cõfeſſiones nõ hñs ſuf
ficientez ſciaz peccat. Sed q̄ inuit⁹
⁊ coact⁹ nõ accipit: ſed ſuſcipit: nõ
peccat. Uñ ſine peccato ab ĩſcio ha
beri ⁊ ſuſcipi põt: ſʒ accipi non põt
ptãs iudicandi ſine pctõ. hec ille.
Si tñ i eo eẽt tãta ignorãtia: ꝙ oĩo
ineptus eẽt q̄ꝛ nec ẽt ſcit: que Tho.
⁊ Alb. dicũt. s. credo ꝙ nõ excuſa-
ret a peccato: ẽt ſi ex obedientia in
iuncta poneret ſe ad id ad qȯ oĩo i
eptus eſt cum periculo animarum.

An ↄfeſſoꝛ teneat̄ ſcire: an pctã in confeſſione audita ſint moꝛtalia vel venialia. §. iij.

Trum aũt confeſſoꝛ tenea
tur ſcire de oĩb⁹ q̄ ſibi dicũ
tur in ↄfeſſiõe: an ſint moꝛ
talia vel venialia. Henric⁹ in quoli
bʒ ſic reſpondẽdo diſtinguit. Pec-
cata ſunt in duplici gener̄. Quedã
ſũt peccata: q̄ꝛ ꝓhibita: q̄ꝛ ſi nõ eẽnt
ꝓhibita nõ eẽnt peccata: vt ſũt oĩa
q̄ ſũt d̾ iure poſitiuo: vt audir̄ miſ-
ſam die dñico: ſemel i anno ↄfiteri
⁊ cõicare ⁊ hꝰ. Et talia tenet̄ qlibʒ
ↄfeſſoꝛ ſcire: niſi habeat cãm rõna
bilẽ que eũ excuſʒ: vt ſi foꝛte tp̄e ꝓ
hibitionis: erat in terra longinqua
vel in carcere. Alia ſt̄ peccata: non
q̄ꝛ ab hoĩe ꝓhibita: ſed q̄ꝛ d̾ natura
ſui mala ſũt: etiã ſi non ꝓhibeãtur
⁊ hoꝝ quedã ſunt capitalia: vt ſup
bia luxuria ⁊c̄. Hec .n. ſunt q̄ſi ele-
menta ⁊ p̄ncipia que de neceſſitate
quẽlibʒ ↄfeſſoꝛez ſcire opoꝛtet.
Quedã v̄o ſũt peccata q̄ ſũt ſpe-
cies peccatoꝝ capitaliũ: vt illa que
recipiunt hoꝝ p̄dicationẽ: vt foꝛni
catio ⁊ ebꝛietas ⁊ hꝰ. Foꝛnicatio
v̄o luxuria q̄dã eſt: ⁊ ebꝛietas: que-
dam gula ⁊ eoꝝ peccatoꝛum ſpẽs
quedam ſunt que impoꝛtãt malum
de ſuba ſui actus: eo ꝙ ſtatiʒ nomi
nata habeant ãnexũ malum vt foꝛ-
nicatio: ⁊ de talibus etiã confeſſoꝛ
ſcire tenetur: vtrũ ſint moꝛtalia vl̄
nõ: vt venialia. Quedã vero d̾ ſub
ſtantia ſui act⁹ non hñt d̾foꝛmita-
tẽ ſed ex libidine faciẽte: ſic̄ cogno
ſcere vxoꝛem ꝓpꝛiam non ẽ pecca-
tum de ſe: tñ poſſet qs vxoꝛem cuʒ
tanta libidine cognoſcer̄ ꝙ eẽt pec
catũ moꝛtale: vt ſi eaʒ cognoſceret
etiã ſi non eſſet vxoꝛ eius: ⁊ de tali-
bus non oʒ ꝙ confeſſoꝛ ſciat vtrũ
ſint moꝛtalia vl̄ venialia: q̄ꝛ nec cõ
fitẽteʒ frequenter ſcire oʒ. Alia ſũt
peccata que ſũt filie peccatoꝝ capi
taliũ: vt illa peccata quoꝝ fines ter
minãtur ⁊ oꝛdinãtur ad fines capi
taliũ: ſic̄ dolus ⁊ acquiſitio rei iniu
ſte: ⁊ de talibus peccatis freq̄ẽter
opiniones ſũt ↄ̄rie inter doctoꝛes:
⁊ de talibus non tenet̄ ſimplex cu-
ratus nõ oꝛdinari⁹ ſcire vtruʒ ſint
moꝛtalia vel nõ. Curatuſ aũt oꝛdia
rius: vt ep̄s ⁊ archiep̄us ⁊ certi alij
ſupioꝛes pꝛelati tenet̄ ſcire: q̄ꝛ ipſi
ſũt purgatoꝛes ⁊ tenẽtur alios pur
gare ꝑficere ⁊ illuminare purgari
facere ⁊ illuminare: ⁊ ideo tenen-
tur ſcire nouum ⁊ vetus teſtamẽtũ
hec ille. Caueat aũt confeſſoꝛ ne ſit
p̄ceps ad dandũ ſñiam de moꝛtali
q̄ñ non eſt certus ⁊ clarus: ⁊ vbi in
aliqua materia varie opiniones ſt̄
q̄ꝫ plurium ⁊ ſolennium doctoꝛuʒ:
vtrum ſit licitum vel illicitũ: ſicut
de non ſoluendo decimas: vbi non

UVA. BHSC. IyR_109_1

eſt ꝯſuetudo:parati tñ ſũt ad dādu
ſi eccleſia peteret:qđ ꝗdam dicunt
eos eē i ſtatu dānationis:vt Jnno.
Alij ꝟo dicũt ꝙ nõ:vt Tho. Jo.an.
Archidi.ꝛ de emptione iuriũ mon/
tis floꝛentie:vł impreſtit] venetoꝝ
ꝙ ꝗdā dicũt eſſe vſurā:alij licitũ di
cũt ꝛ multis hiꝰ.Conſulat tñ ſemꝑ
ꝙ tutius eſt a talibꝰ abſtinere:ex̄ d
ſpon.c.iuuenis.non tñ condemnet
ꝯ̄triũ facientes:ſeu ꝯ̄triā opinionem
tenentes:nec ꝑꝑ hoc deneget abſo
lutionez.Sꝫ vt dicit Guil.dicat cõ
feſſoꝛ ꝙ illud faciendo nõ eſt tutũ
ſed dubiũ: ꝛ iđ bñ ſibi ꝓuideat. Si
aũt oio ꝯſcia cõfeſſoꝛis dictaret il/
lud eē moꝛtale : ꝛ nõ poſſet ꝯſciam
ꝺponere qđ tñ dꝫ:ad conſiliũ ſapiē
tũ recurrat ꝛ nullo modo dꝫ face/
re ꝯ̄ cõſciam:qꝛ peccaret moꝛtalit̄.
xxviij.q.i.c.dincepſ.§.ex his iuncta
gł.Sed cũ illud tale eēt ꝯ̄ cõeꝫ opi/
nionem doctoꝝ:ꝛ cõiter ſic ſeruat̄
a ſapientõꝛibꝰ:ꝗuis aliquē docto/
rem audiret cõtrariũ tenere nõ dꝫ
illi de leui adherere. Quõ ꝟo ꝗs
debeat deponere i hoc ꝯſciaꝫ erro
neam vel ſcrupuloſam habes ſuꝑ
in pꝛima parte ti.2.ca. de cõſcia.

Qr iteranda eſt confeſſio in ſex ca/
ſibus.§.4.

Lire ēt tenet̄ ꝯfeſſoꝛ ꝗ ſũt
illi caſus in quibꝰ tenet̄ ꝗs
iterare ꝯfeſſionē:ꝛ ſunt q/
tuoꝛ ẛꝫ Pe.de pal.duo vero ſũt ex
ꝑte cõfitētis. Pꝛimus ẛm Pe.
Tho. Rai. Hoſti.ꝛ oēs alios. ſ.qñ
aduertenter tacet aliqđ qđ ē moꝛ/
tale:vel credit vł ꝓbabiliter dubi/
tat eſſe moꝛtale ex verecũdia vel a
lia cauſa iiuſta: tunc etiā moꝛtalit̄
peccat committendo fictionem in
ſacramento ꝛ notabilem irreuerē
tiaꝫ:ꝛ iterare tenetur talē cõfeſſio
nē. Si tñ talis cõfitetur eidem cui
ꝛ pꝛius:ꝛ ille habet in memoꝛia pec
cata eius: ſufficit dicere illud occł
tatũ ꝛ illam fictionez ẛm Guil. Du
ran.imo ēt ſi non hr̄et in memoꝛia
vt pꝫ in fi.v.caſus. Sed ſi dimitte/
ret ex aliqua iuſta cā:puta qꝛ ꝓba/
biliter dubitat euꝫ ſollicitātem ad
malum:de quo cõfitetur vł reuela
toꝛē cõfeſſionis:vł dicēdo id cũ ſit
cõfeſſoꝛ manifeſtaret peccatuꝫ qđ
audiuit:puta ſi iniuſte abſoluit eũ
non debeat:ꝛ in his caſibus nõ hēn
do copiam:niſi talis cõfeſſoꝛis cui
confitendo aliꝗd ꝓ̄dictoꝛum ſeq̄re
tur:tunc ſatis videtur ꝙ ſit excuſa
tus. Dicit etiam pꝛedictus Duran.
ꝙ ſi ex ignoꝛātia craſſa ꝛ ſupina ali
ꝗd retinuit moꝛtale:ꝗa noluit cogi
tare de ſuis peccatis: tenetur totũ
iterare:ſecus ſi ex ignoꝛantia ꝓba/
bili:quia tunc ſolum illud qđ dimi
ſit. Secũdus eſt ſecũdum Tho.
ꝛ Pe. qñ non impleuit pñiam ſeu
ſatiſfactionem iniunctaꝫ pꝛo moꝛ/
talibus,ex contemptu vel ex negli/
gētia ꝛ eſt oblitus eius: ſi enim eiꝰ
recoꝛdaretur adhuc poſſet perfice
re:ꝛ tũc perficiēdo iterare non te/
netur : ꝛ ꝓ̄cipue qñ non eſt ſibi ꝓ̄fi/
xus terminus:quē ñ poſſit trāſgre
di:ꝗuis ſibi ſit declaratum in quo
ipſam debeat facere vł in alio tem
poꝛe ipſaꝫ ſuplere: eoipſo aũt ꝙ fa
cit ſibi ꝓpoſitum non implendi pe
nitentiam ſibi iniunctā ꝓ moꝛtali/
bus ex negligētia vł contēptu pec/
cat moꝛtaliter:quia tenetur ad illā
ſub pꝛecepto. Secus vero eſt de
penitentia iniuncta pꝛo venialibꝰ:



UVA. BHSC. IyR_109_1

ad quã nõ tenetur de neceſſitate ſꝫ
Tho. Idē ſi pñiaꝫ iiunctaꝫ ꝑ mor/
talibus dimitteret ex ipoſſibilitate
puta infirmitate ꝛ hꝰ: poſſet tamē
pñia iniuncta ab vno ↄfeſſoꝛe mu/
tari ab alio cui confitetur: ēt ſiñ au
diētia pctōꝝ illoꝝ ꝑ qbꝰ erat ipo/
ſita ſm ·pe. de pal. ꝺ hoc infra vid.
Tertiꝰ caſus ſꝫ ·pe. Tho. ·Rai.
ꝛ hoſti. eſt ex pte cōfeſſoꝛis: qñ vi/
delicet notabiliter ē ignoꝛãs ſacer
dos: ita ꝙ neſcit diſcernē īter moꝛ/
tale ꝛ veniale ꝺ communibus pec/
catis ꝛ pꝛecipue cū penitēs hꝫ caſꝰ
ītricatos ꝛ difficiles. Cōcoꝛ. Durā.
ꝛ addit ꝛ hoc niſi penitēs ſit peritꝰ
ꝛ iſtruat cōfeſſoꝛē. Cum aūt vadit
ad cū quē ſit idiotã ꝛ ignorantē te/
net iterare: hec Durā. Qꝺ vr̄ itel/
ligēdū qñ poteſt hr̄e alium ſufficiē
tē. nam ſi alium hr̄e non pōt: ꝛ mul/
to magis qñ ē in periculo moꝛtis:
pōt ꝛ dꝫ cōfiteri ei quē hꝫ. Vñ Au
gu. dicit ꝺ pe. di. vj. qui vult ↄfiteri
vt inueniat grãꝫ ſacerdotē querat
ſciētē ſoluē ꝛ ligare. Quartꝰ ca
ſus ē ex pte cōfeſſoꝛis. Eſt aūt .i. im
potētia abſoluendi ſm ·pe. Tho.
·Rai. ꝛ hoſti. qꝺ pōt eē dupliciter
ſm ·pe. ꝺ pal. ꝛ Duran. vl' qꝛ hꝫ ptã
tē artataꝫ abſoluēdi: qꝛ. ſ. ab aliqui
bus pctis nō pōt abſoluere ſupioꝛ
reſeruãte ſibi illos: ꝛ tñ ab illis de
facto abſoluit. Et cōfeſſus illi cum
ei cōſtat: tenet iterū cōfiteri: non q
dē oīa ſm ·pe. de pal. ſꝫ illa tantum
de qbꝰ non potuit abſoluē: aut h ē
qꝛ nullã habuit ptãtē: ꝛ hoc qꝛ non
erat ſacerdos q̄uis reputaret vel
qa nō ſubditus: vl' qꝛ intruſus: aut
qꝛ excommunicatus vl' ſuſpenſus
ab officio hꝰ: ꝛ abſolutus a tali cū
illi h cōſtat: tenet iterū cōfiteri: qꝛ
realiter: nō ē abſolutus: q̄uis igno
rãtia facti excuſet eum in cōſpectu
ꝺi ac ſi eēt abſolutus: dū neſcit ſm
Tho. in quolibꝫ. Sꝫ ·pe. ꝺ pal. i. iiij
di. xvij. q. vj. ſic diſtiguit ꝛ nōbilr:
qꝛ aut impedimētū qꝺ hꝫ abſoluēſ
ē iuris diuini vl' humani. Si iurꝭ di
uini vꝫ qꝛ non fuit baptiçatus tal'
vl' nō oꝛdinatus: ꝛ i hoc caſu abſo/
lutus a tali tenet iterū cōfiteri: hoc
ſcito: nec papa poſſꝫ ꝺ ꝺrio diſpen
ſare. Si vo ipedimētum ē iurꝭ hu/
mani: puta qꝛ ſuſpenſus ē vl' excō/
municatus ꝛ hꝰ: tūc impedimentū
aut ē notoꝛium: aut occultum. Si
notoꝛiū: puta qꝛ manifeſte vl' pupli
ce. verauit clericū: pp qꝺ eſt excōi
catus notoꝛie: aut manifeſte ītruſꝰ
. ſ. pp cōceſſionē ſecl'ariū poſitꝰ i ec
cl'a curata: ꝛ nō ꝑ canonicã ↄceſſio
nē: pp qꝺ titulū nō habet nec pote/
ſtatē ſup parrochianos illiuſ eccle
ſie: ꝛ talis confeſſus iſti tenet iteꝝ
confiteri hoc ſcito. Si vo ipedimē
tum ē occultum tūc aūt confitens
ſcit illud impedimētum aut neſcit.
Si ſcit cōfitendo illi tenetur iteꝝ
cōfiteri: ꝛ peccat moꝛtal'r commu/
nicãdo illi in diuinis. Sꝫ ſi neſcit ī/
pedimētuꝫ qꝺ ēt aliiſ occultum eſt
ꝛ hoc ignoꝛantia facti: puta pcuſſe/
rat clericum nullo vidēte: tūc non
tenet ītrare. Argumentū ad hoc ꝺ
ſētētia ſerui: qui liber putabat pu/
blice q̄ rata ē. Sꝫ ſi hoc neſciret ig
rãtia iuris: puta qꝛ ſcit illū pcuſſiſ/
ſe clericum: ſed credit nihilominuſ
ipſum poſſe audire confeſſiones ñ
excuſatur ꝑpter hoc quin teneat
iterare confeſſionē ſecundum ·pe.
ꝺ pal. Quintus caſus in quo qs

UVA. BHSC. IyR_109_1

tenetur iterare ꝯfeſſionē ſecundū
·Pe. de pal. vbi. ſ. ē impedimentuꝫ
ex parte confitentis ſcitum vł ob
litum: vel ignoꝛatum pꝛobabiliter
puta qꝛ erat excōmunicatus maio-
ri vel minoꝛi excommunicatione li
cet neſciret: ⁊ cum poſtea ſciuit te-
netur iterum confiteri abſolutus:
qꝛ ligatus excommunicatione ab-
ſolui non potuit a peccatis: ⁊ ꝓba-
bilis ignoꝛantia pſeruat a culpa ⁊ a
pena irregularitatis: ſed non facit
eum non eſſe excōmunicatum: ꝑꝑ
qꝺ ſi tunc eligeretur. vel ſibi bene-
ficium conferetur ignoꝛantia non
faceret: ꝙ ſibi aliqꝺ ius acqretur.
c. apoſtolice. ex̄ ꝺ cle. ex. mi. Eſt
aūt minus capax ſacramentoꝛuꝫ a
quoꝝ participatione directe exclu
ditur ꝙꝫ quoꝛūcūqꝫ alioꝝ: ⁊ iꝺ abſo
lutio nulla. Et dicit idē ·Pe. ꝙ in h
caſu ēt in alijs in quibus quis tene
tur iterare confeſſionem ſi confite
retur eidem: nō opoꝛtēt iterare pec
cata explicite ſed ſolum implicite:
dicēdo: peccaui ī illis que aliaſ vo
bis dixi: ſicut ſi nulla fuiſſet abſolu
tio de facto. Dilata eniꝫ abſolutio
per multos dies fieri poteſt: etiam
ſi ipſe oblitus fuerit. dum tamē pe
nitentia ei pꝛius innotuerit: qꝛ ſi nō
taxaſſet penitentiam: tūc opoꝛteret
ad memoꝛiam reducere: vt mode-
reretur iuſte: ꝑꝑ qꝺ remittens ad
epiſcopum ſi non abſoluat. debꝫ pe
nitentiā īnoteſcere: quā poſt rͩditū
abſoluens iniūgit dicēs: facias qꝺ
tibi dixi: qꝛ ligari nō ꝺbuit anꝙꝫ ab
ſolueret: ita ⁊ ī ꝓpoſito. Hec ·Pe.
Guil. etiam dicit ꝙ penitentia non
requirit tantam continuitatē agen
doꝛum ⁊ dicendoꝛum ſicut alia ſa-
cramenta. Sed in vna die poteſt
fieri parſ confeſſionis ⁊ in alia die
altera: vel in vna die confeſſio au-
diri: ⁊ in alia impēdi abſolutio ⁊ in
iungi pñia peccatoꝝ. Sextus ca
ſus eſt quando qs facit cōfeſſionē
in moꝛtali ſine ꝓpoſito abſtinendi
ſꝫ quia iſte caſus hꝫ varias opinio-
nes ⁊ ſatis difficiles: ſic declarabit̄
in ſequentis. §. An valeat confeſ
ſio ab incontrito facta: vt eam ite-
rare non opoꝛteat. §. v.

Na ex conditionibus con-
feſſioniſ eſt ꝙ ſit lachꝛyma
bilis. i. cuꝫ doloꝛe ſeu diſpli
centia de peccatis ſalteꝫ ſecunduꝫ
rationem. Unde querūt doctoꝛes
vtrum confeſſio facta a non cōtri-
to: qꝛ. ſ. nō dolet ſufficienter: vel nō
ꝓponit ſe abſtinere a peccatis: va-
leat ita ꝙ non teneat̄ eam iterare.
Et rñdet ·Pe. de pal. in. iiij. di. xvij.
ꝙ ad arg. hoc eſt triplex modus di
cēdi. Pꝛimus eſt ꝙ nō valet ad
remiſſioneꝫ culpe nec pene nec tūc
nec recedente fictione: vnde ⁊ tunc
tenetur iterare: ⁊ hec opinio. Hoſ.
in quolibet: Rai. ⁊ Hoſti. ī ſumma
Bonauen. in. 4. duran. Rob. Ol-
chot. Uincen. in ſpeculo hiſtoꝛi.

Secundus modus dicēdi eſt ꝙ
talis confeſſio valeat ad remiſſio-
nem culpe: quando impenitens cō
fitetur ⁊ abſoluitur: licet tunc non
recipiat fructum confeſſionis: tam̄
recedēte fictiōe recipiet: ſicut dici
tur de baptiſmo: ⁊ ratio huiꝰ foꝛte
eſt: qꝛ ſicut in baptiſmo impꝛimit̄
character ad quem recedente ficti
one: ſequitur gratia: ita impeniten-
tia impꝛimitur quidam oꝛnatus ad
quem recedente fictione ſequitur



UVA. BHSC. IyR_109_1

gratia.Et ē opio ·Pe.Tho.·Ricar.
i.iiij.Jo.⁊ ·Ber.i gl. videtur etiam
eſſe de pe.di.i.c.menſurā.§.ſe.Dicit
enim ꝙ non eſt neceſſe ꝙ peccata q̄
ſemel ſacerdoti confeſſi ſumꝰ eadē
denuo cōfiteamur. Eſt ⁊ tertius
modus dicendi concoꝛdās ambas.
Aut enim talis nō hꝫ intentionem
cōfitendi ſacramentaliter ⁊ abſol/
uendi:ſed deridendi:aut hꝫ ītentio
nem confitendi. Jn pꝛimo caſu nō
liberatur a pꝛecepto diuino de cō/
feſſione:quia ſine intētione nō pōt
ſuſcipi eſſentia ſacr̄i qđ conſiſtit in
viſu:vnde teneť iterum confiteri.
Si aūt intendit tūc diſtinguēdū
eſt qꝛ intēdens implere pꝛeceptū ⁊
ſuſcipere verum ſacramentum qđ
eccl̄a confert:aut nullā hꝫ peniten
tiā de ſuo pctō:aut aliquam. ſi nul/
lam tūc pn̄ie ſacr̄m non ſuſcipit. qꝛ
ptās huiꝰ ſacr̄i eēntialis q̄ ɔſiſtit in
actu ſuſcipiētis ē actus iterioꝛ. vn̄
ſine eo nō eſt:ſicut nō eēt mr̄imoni
um:ſiqs itenderet veꝝ ſacr̄m ſuſci
pere:nō tn̄ cōſētire niſi i carnalē co
pulā ⁊ ad tp̄s.Sꝫ ſi aliquā hꝫ pn̄iaꝫ
de pctis ſuis: tūc iteꝝ diſtinguēdū
ē:qꝛ aut taleꝫ hꝫ pn̄iaꝫ ꝙ ſufficit cū
ſacr̄o:puta attritꝰ accedit ad cōfeſ
ſionē:ex quo fit ibi ɔtritꝰ vi clauiū
vn̄ fugatur fictio:⁊ ſic nō hꝫ dubiū
qꝛ ⁊ ſacr̄m ſuſcepit ⁊ effectuꝫ eiꝰ.ſ.
remiſſionē pctōꝝ:vn̄ nō teneť ite/
rare:⁊ ſil̄r imo foꝛtiꝰ:ſi accedit cō/
tritꝰ.Si v̄o hꝫ talē pn̄iaꝫ: ꝙ nō ſuf
ficiat cū ſacr̄o ad gr̄am:qꝛ nec etiaꝫ
attritꝰ accedit tc̄ ē v̄a opio Tho.
.ſ.ꝙ recedēte fictōe tūc icipit valē
ɔfeſſio:⁊ nō teneť ɔfiteri niſi fictō
nē ſuā:puta ſi habuit quēdā dolo/
rē iperfectū ſꝫ nō ſufficiēter diſcuſ

ſiſſet ɔſciaꝫ ſuā.putabat aūt diſcuſ
ſiſſe quantū ſufficiebat: vel ſi dole
bat de pctō p̄terito nō ꝓponens ca
uere in futuro:aut ecōuerſo:vl̄ do
loꝛ non erat maximꝰ ſicut debebat
ip̄e tn̄ ſꝫ ɔſciam ſuā nō erat fictus
lꝫ ſm̄ v̄itatē eēt ⁊ ſic nihil celauit:
qđ crederet moꝛtale:⁊ ꝑ ɔn̄ſ ſꝫ ſuū
iudicium cōcurrebāt oīa q̄ erāt ne
ceſſaria:poſtea aūt certificatꝰ đ er
rore ſue ɔſcie penitet đ illo đfectu
·Pōt igiť opinio Tho. multis mo/
dis ſaluari.Uno mō loquēdo đ eo
ꝗ fictꝰ eſt pꝛiuatiue nō poſitiue:qꝛ
.ſ.hꝫ doloꝛē ſed ita iperfectū:ꝙ nec
cuꝫ ſacr̄o actu ſuſcepto ſufficit ad
ɔtritionē:nihilominꝰ tn̄ hāc iperfe
ctionē que ē fictio non confiteť:qꝛ
credit eē ſufficiēter diſpoſitꝰ: ⁊ ſic
nō ſciēter celat pctm̄ qđ fuit i hoc
qꝛ.ſ.non examinauit ɔſciam ſuaꝫ ſi
cut debuit: ⁊ ſic ꝙ erat erroꝛ iuris
diuini nō tollit fictionem reſpectu
vltimi effectꝰ ſacr̄i:qꝛ ipꝛobabil̄r vn̄
non excuſat:ſꝫ tn̄ eo ipſo quo errō
tollit fictionē q̄ excludit eēntiā ſa/
cramēti:vn̄ veꝝ ſacr̄m fuit.tali g̊ ꝗ
veꝝ ſacr̄m ſuſcipit:oꝛnatꝰ ipꝛimiť
ſꝫ gr̄a non dať:ſed poſtea qn̄ redit
ad coꝛ ⁊ recolit ſe non bene feciſſe
debitū ſuū ex negligentia ſua obli/
tū:tūc icipit valere ɔfeſſio: ⁊ nō te/
neť ɔfiteri illa q̄ pꝛius ɔfeſſus fuit
ſicut fictꝰ:qꝛ nō fuit dimidiata ex i
tentione:ſed ſolū illā fictionē tene
tur iteꝝ ɔfiteri.Si aūt fuiſſet fictō
poſitiue:qꝛ.ſ. nō dolet:⁊ ſciēter ce/
lat:fuiſſet ɔfeſſio nulla:vl̄ ſi ɔfeſſꝰ
fuiſſet:nō debuiſſet ſibi dari abſo/
lutio:ſꝫ ſi data ei fuit:dubiū ē vtrū
oꝛnatꝰ ſit ipreſſus:quo caſu Tho:n̄
pōt intelligi. Scđo mō pōt intel

UVA. BHSC. IyR_109_1

ligi opi. Tho. qñ eſt poſitiua fictio quãtum ad hoc qđ nõ dolet: nec ꝓponit abſtinere: tũc iſta fictio non occurrit ſibi: vt cõfitẽda nec actu cogitauit ꝙ teneat eã cõfiteri: tũc eni ſicut de pctõ qđ occurrit qdem ſꝫ non credit ꝙ ſit pctm̃: aut ꝙ ſit mortale ꝛ de neceſſitate cõfitẽduꝫ pide ẽ ac ſi fuiſſet oblitꝰ ꝑ negligẽtiã: nec feciſſet debitũ ſuũ de ſcrutando ꝯſciam ſuã: in quo caſu ſolũ illud cõfitendũ ẽ: ꝛ eſt veꝝ ſacramtũ: lꝫ ſit hic ignorantia iuris diuini ꝛ hoc modo poteſt ſuſtineri dictũ Tho. xxij. di. ar. i. in ſolutione vltimi ar. vbi dicit ꝙ ignorantia iuris diuini nõ excuſat a fictione: ꝛ ſic talẽ vocat fictũ. Tertio modo põt ſuſtineri opĩo Tho. loquẽdo đ illo q cõfiteť eidẽ cui ꝑus: ꝛ tunc nõ oꝫ iterare cõfeſſionẽ primã factã ei: lꝫ fictã etiã ſi ipe ſacerdos non recoleret pctã priꝰ ſibi dicta: qꝛ nec qñ cõfeſſio integra eſt: oꝫ ꝙ recolat actu a principio vſqꝫ ad finẽ: ꝛ maxime qꝛ hoc ſufficit. ſ. abſoluere ab oĩbus: ꝛ iniungere pñiam pro fictõne ꝛ pro alijs: ꝙ tunc faciat penitẽtiam ſibi iniunctam. Jtẽ paulopoſt dicit idẽ ipe ·Pe. de paľ. ꝙ cum confitens exprimit fictionẽ ſuaꝫ: puta dicit ſe nõ poſſe: vel non velle proponere abſtinere in futurum queꝫ abſoluit ſacerdos: ꝗuis nullo mõ debeat abſoluere: aľs peccaret abutens claui: nec valeret ſibi tunc illa abſolutio: tñ ex quo intendit abſoluere: ꝛ ſacr̃m veruꝫ conferre: videtur ꝙ conferat: ꝛ ſi tunc nõ hꝫ effectum ꝑꝑ illius indiſpoſitionẽ habebit tñ poſtea qñ conteretur vel ex expectatione vel diſpoſitiõe ornatu manente. Et ſi dicať ꝙ ꝗuis ſit ibi forma non tñ mã: ergo non ẽ ſacr̃m: mã eniꝫ eſt peccator cõtritꝰ? Dicendũ ꝙ qñ ſibi ſua fictio nõ occurrit vt confitenda: tũc nõ eſt cõfeſſio dimidiata: ꝛ qñ ſuam dicit fictionẽ cum alijs peccatis eſt cõfeſſio integra. Et ſic materia perfecta cui materie poteſt imprimi forma qđ ſi fiat veꝝ ſacr̃m erit: ꝗuis fieri nõ đbeat: ſicut ſacerdos habenſ hoſtiam ſuper altare pollutum nõ deberet quidem celebrare: ſi tamẽ celebrando verba proferret eucharistia vera eſſet. ·Peccator enim eſt materia: ſed immonda: niſi ſit ſaltem attritus: vel confeſſio ſine attritione eſt materia immonda: hec ·Pe. de paľ.

De attritione ꝛ contritione.

T qꝛ dictum eſt de contritione ꝛ attritione qũo penitẽs ſuꝑ ipſiſ đbeat iſtrui a cõfeſſore. Jdeo de ea clarius dicendum eſt. Nota ergo ſm Tho. in iiij. di. xvij. ꝙ dr̃ia eſt inter attritionẽ ꝛ cõtritionẽ. Nam attritio importat quãdã diſplicẽtiaꝫ de peccatis: ſed imperfectaꝫ. Unde attritũ ideſt aliquo modo tritum: ſed contritio importat perfectam diſplicẽtiam de peccatis: vnde contrituꝫ. i. ſimul totum tritum ꝛ in puluerem redactũ. Eſt aũt cõtritio ſꝫ ·Pe. in. iiij. di. xvij. dolor volũtarie aſſũptꝰ ꝑ peccatis cũ propoſito cõfitẽdi ꝛ ſatiſfaciẽdi volũtarie: ꝛ ſꝫ eũdẽ ea. di. oꝫ ꝙ contritio habeatur de omni peccato mortali: ꝛ ratio ẽ qꝛ i oĩ peccato mortali eſt actualis auerſio volũtatis a deo. Et qꝛ ꝯ̃ria ꝯ̃rijs curantur: ideo oꝫ ꝙ in omni

UVA. BHSC. IyR_109_1

remiſſione pctõꝝ ſit actualis con
uerſio ad deũ ⁊ auerſio a pctõ: ⁊ h̃
dicit cõtritio. De pctis aũt oblitis
ſufficit cõtritio generalis cũ cona-
tu ad recordandũ ⁊ dolẽdũ: dolere
ẽt dꝫ de obliuione pctõꝝ que con-
tingit ex negligentia. ſi aũt q̃rat̃ ſi
ſpecialis cõtritio de quolibꝫ pctõ
requirat̃: vel ſufficiat vna generalˀ
pro oĩbus: ſic rñdet Tho. in. iiij. di.
xvij. ꝙ quãtũ ad principiũ ↄtritõiſ
.ſ. cũ quis de pctis ſuis cogitãs do
let: ⁊ ſi nõ dolere ↄtritiõis ſaltẽ do
lere attritiõis: oꝫ ꝙ ſit ſpãlis dolor
ꝺ pctis: que qs hꝫ in memoria: ſꝫ q̃tũ
tũ ad terminũ q eſt dolor iã gr̃a in-
format᷒: ſufficit ꝙ ſit vna cõis con
tritio de oĩbus: tũc enim mot᷒ ille
agit virtute oĩum diſpoſitionũ pre
cedentiũ: ⁊ qꝛ nemo ſcit vtrũ habe
at gr̃am que requirit̃ ad cõtritiõeꝫ
iõ nemo põt eẽ certus de ſua cõtri-
tiõe: nec per ↄñs de remiſſione. Et
dicit Ricar. in. iiij. di. xvij. ꝙ ſi ↄfi-
tens in pctõ mortali ẽ attrit᷒ ꝺ ſuo
pctõ vt ꝓbabiliter poſſit p̃ſumere
ſe eẽ diſpoſitũ nõ peccat abſolutio
nẽ recipiẽdo: imo frequenter v̾tu-
te clauiũ ꝑ ſuſpitionẽ abſolutiõis
format̃ ſua attritio: ⁊ fit contritio
Jtẽ nota ꝙ duplex ẽ ↄtritiõis do
lor ſꝫ Tho. ⁊ Pe. in. iiij. di. xvij. ſ. i-
tellectualis: q ẽ quedã ꝑfecta dete-
ſtatio pcti ſꝫ rationẽ: ⁊ dolor ſenſi
bilis: q ẽ dolor excitat᷒ in ꝑte ſenſi
tiua cũ alteratiõe ⁊ afflictione cor-
poris. Primus dolor requirit̃ ꝺ
neceſſitate ad remiſſionẽ peccati: ⁊
ille ẽt ſolus ẽ ſufficiẽs: qꝛ ſic̃ pctm̃
mortale ſufficiẽter cõmittit̃ ꝑ ſolũ
actũ volũtatis ⁊ ꝑ ↄplacentiã deli-
beratã rõniſ: ita ſufficiẽter deſtrui
põt ꝑ deteſtationẽ voluntatis ⁊ di
ſplicentiam rationis: ⁊ hec eſt ẽt in
ptãte nr̃a preſuppoſita gr̃a. Secun
dus dolor. i. ſenſibilis etiã valet ad
remiſſionẽ peccati: ſed nõ ẽ neceſſa
rius: ſed de ꝑfectione ↄtritiõiſ: nec
eſt in poteſtate noſtra ẽt preſuppo
ſita gratia. Jtem dolor intellectua
lis nõ põt eſſe nimius ſicut nec cha
ritas a qua procedit poteſt eſſe ni-
mia: ſꝫ ſenſibilis poteſt eſſe nimius
⁊ iõ oꝫ ꝙ ſumatur ꝓ mẽſura debi-
ta ad cõſeruationẽ ſubiecti: ſic̃ ex
ieiunijs ⁊ alijs corporis afflictioni
bus. Jtẽ nota ſꝫ Tho. i. iiij. di. xvij
ꝙ v̾a ↄtritio ſẽper dꝫ remanere in
habitu. i. ꝙ ſẽper dꝫ hr̃e iſtã diſpo-
ſitionẽ: ꝙ qñ recordat̃ de pctis cõ-
miſſis habet diſplicẽtiam: ſaltẽ ſm
rõnẽ. Jtẽ ſꝫ Pe. i. iiij. di. xvij. dolor
maior intellectualis dꝫ eẽ ꝺ maio-
ri peccato habitualiter non actua-
liter: ſi conſiderentur peccata i cõi
inquãtũ ſunt offenſa dei: ſed etiam
in ſpeciali dolor dꝫ eẽ maior ꝺ ma-
iori pctõ: qꝛ maiorẽ rõnem doloris
hẽt mai᷒ pctm̃. Dolõ v̾o ſenſibilis
ↄueniẽs ẽt ẽ vt ſi maior de maiori
quãuis nõ fit de neceſſitate. Jtẽ ſꝫ
Tho. in quolibet. ⁊ Jnno. Cõtrit᷒
dꝫ magis diligere deum q̃ꝫ ſeipſuꝫ
culpa ãt ẽ contra dum: pena v̾o eſt
cõtra ſeipſuꝫ. Jõ dꝫ cõtritus eliger̃
potius oẽm penã ſuſtinere q̃ꝫ deuꝫ
offendere. Deſcendere aũt ad hãc
penã vel ad aliã nõ tenet̃: imo face
ret fatue deſcendendo ad iſta pti-
cularia: vl̾ aliũ ſup h̃ ſollicitãdo.

Sexdeci conditiones que requi
runtur in omni bona confeſſione.

Onit autẽ Tho. in. iiij. di.
xvij. ꝙ ↄfeſſio bona debet

habere ſexdeciꝫ conditões q̃ his cõ
tinētur verſib⁹. Sit ſimplex hu/
milis: cõfeſſio: pura: fidel'. Atq̃ fre
quens: nuda: diſcreta: libens: vere/
cũda. Integra: ſecreta: lachꝛyma/
bilis: accelerata. Foꝛtis ⁊ accuſans
⁊ ſit parere parata.

Sit ſimplex. i. non recitet i cõfeſ
ſione niſi id qḋ ptinet ad ḋclaratio
nē ſui pcti: ⁊ etiā quātitatē ⁊ ñ alie
hiſtorie neſciantur.

Sit hũilis: vt ſe miſeꝝ ac pctõrē
cognoſcat ſine fictione.

Pura. i. recta itētiõe. i. vt ñ repu
teť bon⁹ vl' laudeť ab hoīb⁹

Fidel'. i. ṽa ⁊ ſine vlla falſitate
vt nõ dicat q̃ nõ fecit. vl' ēt hēat fi
dē de remiſſiõe pctõꝝ ſuoꝝ ſi vere
ipm penitet.

Atq̃ freqūēs. i. ſepe ↄfiteať. iſtḋ
tñ eſt de bñ eē ↄfeſſionis: ⁊ non de
neceſſitate.

Nuda: vt. ſ. ñ iuoluat obſcurita/
tem ṽboꝝ. ſꝫ dicat verba vt intelli
gať pctm̃ ſuũ cũ circũſtātijs ſalteꝫ
neceſſarijs.

Diſcreta: vt maioꝛa cum maioꝛi
pōdē dicat: vl' nõ plura ſil': ſꝫ diſtin
cte loquēdo ⁊ dicēdo numeꝝ ſi fie
ri vl' ſcire põt: vel ēt vt diſcreto ⁊
ſufficiēti ac perito ↄfeſſoꝛi ↄfiteať
peccata ſua.

Libens: voluntaria non coacta
timoꝛe ṽboꝛuꝫ: vt pueri: vel timoꝛe
penaꝝ tempoꝛaliũ vel infernaliuꝫ
pꝛincipaliter.

Uerecunda: vt erubeſcat ⁊ ñ ſe
iactet: vl' mēte gloꝛietur pp ſeculi
vanitatē aliquā: ⁊ pꝛecipue ibi ↄfũ/
datur rõe reſpectu diuine maieſta/
tis offenſe.

Integra: vt nihil retineat de his
q̃ ↄmiſit p̄cipue ꝺ moꝛtalib⁹.

Secreta: vt nõ publice ſꝫ occul/
te ſacerdoti dicat pctā ſua q cũ poſ
ſit abſoluere.

Lachꝛymabil': vt doleat de pctis
ↄmiſſiſ: ⁊ deteſteť ea ſalteꝫ intelle/
ctu rationis.

Accelerata: vt q̄ꝫ citius põt com
miſſo pctõ confiteatur: hoc tñ ē de
bent eſſe.

Foꝛtis: vt nihil dimittat pꝛe ve/
recũdia ⁊ accuſans ſe ⁊ non alios:
nec in confeſſione ſe excuſet: ⁊ ali/
os inculpet.

Et ſi parere parata. i. adimplere
pñiaꝫ ſibi iniũctā: ⁊ facē ea q̃ hꝫ ne
ceſſario facere: vt aliēa reſtituē ſi
hꝫ ⁊ huiuſmõi.

Explicit ſcḋa ps q̃ ē de ſcia: q̃ re/
grit in ↄfeſſoꝛe.

Incipit ps tertia de bonitate cõ
feſſoꝛis: Et p⁹. q̃liter confeſſoꝛ duo
ꝺꝫ hr̄e. ſ. timoꝛem dei: ⁊ çelum ani/
marum. §. i.

E bonitate confeſ/
ſoꝛis in ſe: ⁊ in exer
citõ tal' officij. Di/
cit Augu. de peni.
di. vj. c. qui vult cõ
fiteri. Sacerdos
anteq̄ꝫ ſtatuitur omnis languoꝛ in
nullo illoꝝ ſit iudicandus: q̃ i alio
iudicare eſt pꝛõptus. Judicās eniꝫ
aliũ q eſt iudicandus: condēnat ſe/
ipſuꝫ: cognoſcat igitur ſe: ⁊ purget
in ſe: qḋ videt alios ſibi offerre. Cu
ret vt a ſe pꝛoijciat quicquid i alio
dānoſum reperit: aĩaduertat qdeꝫ
quod dicitur. Qui ſine peccato eſt
veſtrum ⁊c̃. ideo eniꝫ liberauit pec
catriceꝫ: q2 non erat qui pꝛoijceret
lapidem: qũo lapidaret qui ſe lapi/

UVA. BHSC. IyR_109_1

dandum cognoſceret. Nullus enī
erat ſine peccato: in quo itelligitur
omnes fuiſſe reos. nā venialia pec
cata ſemper remittebāt̄ p cerimōi
as. Si qd ergo pctm̄ in eis erat cri/
minale erat. Deteriores ergo i hoc
ſunt ſacerdotes ſe prius non edifi/
cātes illis q dnm̄ obſeruabant inſi
diis. Augu. ẜm. n. Tho. ⁊ Alb. audi
ens cōfeſſionē cū ↄſcia mortal' pec
cati mortaliter peccat: tñ effectū ſa
cramēti cōfert cuz ſacro: ſi non eſt
pciſus vl' ſuſpēſus quātumcq; alias
malus. Unde Augu. i. q. i. c. dictum
ē a dño. Numeri ad Aarō. Uos po
nite nomen meum ſup filiis iſrael:
⁊ ego dominus benedicam eos: vt
gratiam traditam per miniſteriuz
ordinati tranſfundāt hominibus:
nec voluntas ſacerdoti pdeſſe vel
obeſſe poteſt: ſed meritum bñdcō
nem poſcētis. Qr autē dr̄ ea. q. Re
miſſionem peccatoꝝ nō dant aua/
ri ⁊ ſicia intelligit' ẜm gl'. vl' ſimpli/
citer d pciſis: vl' ſi itelligatur d tol
leratis: tales nō dāt ex merito vite
.i. non ſunt digni dare.

Duo que dz habere ↄfeſſor.

Ebet autem hr̄e ↄfeſſor p̄/
cipue hr̄e duo. ſ. timorē vn
de fiat circūſpectus: ⁊ zelū
aiarum vnde ſit ſollicitus circa ea
que neceſſaria ſunt. Quātum ad
pmum ↄſiderare dz q ipſe ē mare
eneum in tēplo dñi vbi lauabāt ſa
cerdotes ⁊ leuite aialia offerenda i
ſacrificiuz: vnde ex imundiciis a q
bus illa abluebātur efficiebant' im
mūdi. Unde Greg. in paſtorali di/
cit q fit plerunq; vt animus paſto/
ris audita tentatione ouis: ⁊ ipe tē
tet'. ⁊ iō cuz timore ⁊ timore dz po/
ni: ⁊ non ſe ingerē ⁊ cum leuitate et
cum riſibus inſtare. Uñ in figuraz
Moyſes vt dr̄ Exod. xxxviii. fecit
labiū eneū de ſpeculis mulierū in q
lauarēt ſacerdotes ſcā ſcōꝝ igreſ/
ſuri: ⁊ ſignificat ſcripturaz: vbi ſūt
exēpla ſcārum aiarum ad quā dbz
ſepe inſpicere ad vidēdum maculas
ſuas ⁊ intelligēdum iſidias diabo/
li. Uñ ſubdit Gre. vbi. ſ. hec neq̄q̄
ſunt timenda paſtori: qr deo pēſan/
te cūcta ſubtiliter: tanto facilius li
beratur quis a ſua quāto magis tē
tatione fatigatur aliena. Quātum
vero ad zelū dicit Greg. q nullum
ſacrificiū ita deo acceptū ē: vt zel'
aiarum ⁊ fructum hi' oñdit Jaco.
c. v. vbi poſt pmulgationes ↄfeſſio
nis dicit. Qui conuerti fecerit pec
catorem ab errore vie ſue: ſaluabit
aiam eius a morte: ⁊ charitas ope/
rit multitudinem peccatorū. Non
autem minus trahūt ad deū p con
feſſionem anime quādo diligenter
fit q̄z p pdicationem res moderno
tempore: vt expientia docet: dz er/
go non tardare qui vocatur ad hu
iuſmodi.

Quō ſe hr̄e dz cōfeſſor erga pe/
nitētem: ⁊ de qbus interrogādum
ē in cōfeſſione ⁊ ibi verſus decē p̄/
ceptoꝝ decalogi: ⁊ vſuſ ſeptē pctō
rum mortalium: ⁊ q i ↄfeſſiōe tria
dz obſuare intogādo ↄfeſſor. §. 2.

Icit Augu. de pe. di. vi. ca. i.
poſt mediū dicēs. Diligēs
inqſitor: ſubtil' iueſtigator
ſapienter ⁊ qſi aſtute interroget a
peccatore qui forſitan ignorat: vel
pre verecundia vellet occultare:
cognito autem crimine: varieta/
tes eius non inueſtigare dubitet

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝛ locū ꝛ tp̄s ꝛc̄. quib⁹ cognitꝭ adſit beniuolus paratus errigere ꝛ ſecū onus portare. habeat dulcedinē in affectione: pietatē i'alteri⁹ crimine diſcretōem i varietate: adiuuet cō fitētez orādo ꝛ alia ꝑ eo bona faciendo. ſemp iuuet leniēdo cōſolādo ſpem ꝓmittendo: ꝛ cuȝ opus fuerit etiā increpando: doleat loquēdo. iſtruat operādo: ſit ꝑticeps laboris. ſi vl't eē ꝑticeps gaudij: doceat pſeuerantiā. Hec Aug. Ex vbis Aug. pȝ ꝙ nō ſufficit audire confeſſionē eoꝝ que ſibi dicūtur a peccatore ꝛ ip̄m non iterrogare: niſi eēt pſona i his bene perita ꝛ ſciata: q̄ ſufficiēter ſcit dicē que oȝ. Sȝ cuȝ perſone cōiter ſint groſſe i iſtis: etiā ille que ſūt in alijs negocijs mūdi vel ſciētijs acuti: Jō ꝓmittendū eſt dicere vnicuiq̄ȝ id qd̄ vult: ꝛ eo ordie quo vult: ꝛ de peccatis q̄ per ſe ſufficiēter dicit nō ē iteꝝ interrogādus ne moleſtes eū i quo nō oportet. Sȝ ſi aliqd̄ nō bene itellexiſſet p̄cipue ꝺ mortalib⁹ faciat ſibi iteꝝ declararī vt melius itelligat. De his vo q̄ nō plene dixit: puta qꝛ non dixit circūſtantias neceſſarias: vl' numerū interroga eū ꝺ hiſ: vt plene dicat quātū ē neceſſariū. De illis vo pctis q̄ nō dixit: nec ſcit per ſe dicere interroga eum.

Quo ordie fieri ꝺbeāt iterrogationes de qbus.

Ed Rai. ꝛ Hoſti. i ſūma dicūt ꝙ iterrogatōes fieri ꝺbent de ſeptē vitijs capitalibus ꝛ eoꝝ ſpeciebus ꝛ filiab⁹ ꝺ qbus hēs. ſ̄. diffuſe i. ij. pte ꝑ totum: nō tn̄ ē interrogāduȝ de oībus: ſed plus ꝛ min⁹ ſm ꝯditiōem ꝑſonaꝝ. Sicut aūt qui ꝯfitēr non hȝ neceſſe tenere magis vnū ordinē q̄ȝ aliū dicēdo peccata ſua: ita nec ꝯfeſſor iterrogādo tn̄ ad melius memorie cōmēdādū: de quib⁹ dȝ iterrogarī: ꝛ de qbus iam iterrogauit: ne amplius habeat triplicare cōgruū ē tenere aliquem ordinē: ꝛ ſi placet interrogare de decē peccatis que cōtinentur in iſtis verſibus.

Unū cole deuȝ: ne iures vana ꝑ ip̄m. Sabbata ſcifices: habeas i honore parentes: Nō occiſor eris. fur: mech⁹: teſtis iniqu⁹. Nō vlli nuptā nec rē cupies alienā. Declarationē hoꝝ verſuum hēs ifra. Poſt vero iterrogationem ſuper deceȝ p̄ceptꝭ conueniēs erit interrogare ſup ſeptem vitijs capitalibus: que in hoc verſu continētur. Ut tibi ſit vita ſēp ſaligia vitta. Jn iſta dictiōe Saligia ſunt ſeptē littere: a qb⁹ icipiūt noīa ſeptem capitaliū vitioꝝ. Per S. vero intelligitur ſuperbia ſub qua ꝯprehenditur vanagloria: Per A. auaricia: Per L. fetida luxuria: Per J. inuidia: Per G. gula: Per J. ira: Per A. accidia. Sȝ an̄q̄ȝ iterroget de peccatis: pri⁹ q̄rat de excōicatione maiori: ꝛ ſi inuenit eū aliqua ſn̄ia irretitū: ſi hȝ auctoritatem ſuper hoc abſoluat prius. Si vero n̄ hȝ auctoritatē remittat ad eū q pōt eū abſoluere.

Jn interrogatiōibus fiēdis tria debēt obſeruari.

Ho. i. iiij. dic̄ ꝙ ꝯfeſſor tria dȝ obſeruare i iterrogationibus fiendis. Primū ē ꝙ nō interroget oēs de oibus: ſȝ iterrogētur perſone de peccatꝭ que cōſueuerūt reperiri in hominibus

UVA. BHSC. IyR_109_1

illiuſ cōditōiſ ꝛ ſtatus. Ut ſtipēdia
rij de rapinis ꝛ icendijs. Clerici de
ſimonia ꝛ horis omiſſis. Adoleſcē/
tes de luxurijs ꝛ hꝰ. Uñ a pncipio
cōfeſſionis decēs ē interrogare cō
fitenté de cōditōe ſua: de exercitio
ꝛ ſtatu: an clericus: an laicus: an ſo
lutus: vel ꝯiugatus: ꝛ hꝰ vt prudē
tius idē poſſit formare iterrogatō
nes: ꝛ quātū eſt tpis ꝙ fecerit vlti/
mā cōfeſſionē: ꝛ ſi fecit pñiaȝ ſibi i
iunctam: ꝛ vtrū i ſtatu grē vel pcti
mortalis. Scōm qd̄ dȝ obſuare cō
feſſorē vt iterrogētur ipi a remo/
tis de peccatis ꝛ i gñe nō in vltima
ſpecie ꝛ modo pcti ſubito. Ut ſi ne
ſciebat tale pctm̄ cōmittere: illud
adiſcat: ꝛ ſi ducat̄ i tentatōem: vbi
grā ſi fatetur ſe cōmiſiſſe vitiū lu/
xurie nō ſtatim iterroget cōfeſſor
ſi ſeipm̄ manibus polluit ꝛ hꝰ: ſed
ita paulatim iterroget de modo ꝛ
circūſtantijs talis peccati cōmiſſi ꝛ
hꝰ. Tertiū ē ꝙ in pctis carnali/
bus nō deſcendat nimiſ ad particu
lares circūſtantias nō neceſſarias:
qꝛ hͦ ē ſeipm̄ in tentatōem iducē: ꝛ
adinuentionē pctōꝝ docere eos q
ignorāt: ꝛ aliqñ poſtea talia referū
tur in plateis in deriſū ꝛ ſcādalū ſa
cerdotū: vbi grā. ſi vir fatetur pol/
luiſſe mulierē ex̄ vaſ debitū: nō vl
terius querāt cōfeſſores in qua pte
corpis ꝛ quō: ſic iā hȝ vltimā ſpēm
peccati: alˀs vo turpitudines q̄s mi
ſeri hoies iueniūt: ipſimet ſi volūt
exprimant.

De circūſtantiis pctōꝝ ꝛ ibi ver
ſuſ eaꝝ: ꝛ ꝙ circūſtātie ſūt i quintu
plici ſpecie. §. iij.

Ed nota ꝙ cōfeſſor ñ ſoluȝ
dȝ iterrogare ō mortalibꝰ
ſȝ etiā de circūſtantijs q̄ aggrauāt
vel alleuiāt. Unde Inno. i. c. oīs de
pe. ꝛ re. dicit. Sit diſcretꝰ ſacerdoſ
ꝛ cautus: vt more periti medici ſu/
perifundat vinū ꝛ oleū vulneribꝰ
ſauciati diligenter ingrēs peccata
ꝛ eoꝝ circūſtantias. qbus diligent̄
ꝛ prudenter ingſitis itelligat q̄le ei
ōbeat pbere conſiliū: ꝛ cuiuſmodi
remediū debeat adhibere diuerſis
vtēdo experimētis ad ſanādū egrotū
hec ibi. Ad illud facit qd̄ dic̄ Aug.
de circūſtātijs peccatoꝝ: de pe. di.
v. c. ꝯſideret qualitatē criminiſ: i lo
co: i tpe i pſeuerantia: i pſone vari
etate: qli hoc fecerit itentiōe: ꝛ ipi
us vicij multiplici executione. Oīſ
iſta varietas confitēda ē ꝛ dicēda.
Dolendū eſt nō ſolū qꝛ peccauit: ſȝ
qꝛ ſe vtute ꝛ grā puauit: doleat a/
lioꝝ vitā i ſuā fuiſſe cōruptā. ſ. ſuo
exēplo: ꝛ cōmodū qd̄ dediſſet proxio
ſuo exēplo bono: doleat ō triſticia
quā itulit bonis peccādo: ꝛ ō leti/
cia quā eis nō adhibuit: hec Augu.
Que oīa itellige ſm ꝙ declarātur
hic. Illas aūt circūſtātias q̄ trahūt
pcm̄ in alteraȝ ſpēm: oȝ neceſſario
ꝯfiteri ſm Tho. Alb. ꝛ alios docto
res. Alias enim circunſtantias ꝯfi/
teri: cū ſint peccata venialia pfectō
ris ē vtutis: non tñ ē neceſſarium.
Pe. ō pal. in. 4. di. 16. dicit ꝙ nume
rus circūſtantiaꝝ cōphenditur
hoc verſu. Quis quid: vbi p quos
quibus auxilijs: cur quō quando.
Rai. vero addit octauum. ſ. quoti
ens: ꝛ vbi in verſu dr̄ qbuſ auxilijſ
ipſe dicit per quos. Dicit̄ ergo quiſ
pro varietate perſonarum ꝛ ſtatuſ
etatis ſapientie ꝛ ordinis: ꝛ ſic fu/
it grauiſſimum peccatuȝ ade: quia

UVA. BHSC. IyR_109_1

quãto gradus altioꝛ tãtõ caſuſ gra
uioꝛ: ꝛ igratitudo maiõ. Quid: vtꝝ
malum: qꝛ ꝓhibitum: vel ex genere
ſuo: vtꝝ moꝛtale vel veniale: an oc
cultũ vel manifeſtum: ꝛ quãtuꝫ ad
hãc ↄditionẽ grauius fuit peccatũ
Cain ꝙ Ade: ꝙtitaſ enĩ gñis homi
cidij grauioꝛ ẽ peccato gule vel ſu
perbie. Ubi: qꝛ in loco ſacro graui
us peccatur. Per quos: qꝛ traxit il
los ad peccandũ: quod eſt ꝓpꝛium
diaboli: vel quos poſuit mediato
res ad malum perpetrandum: quia
peccatoꝝ illoꝛum ẽ particeps: vel
cum quibus: pꝛo quibus ꝛ ↄ̃ quos.
Quotiens: non ſolum quãtũ ad cõ
ſuetudinẽ: ſed etiam quantũ ad nu
merũ qui numerus refertur ad ac
tionem non ad obiectum actionis:
vbi gratia: Si homo in iniuſta con
trectatione accipiat ſaccum plenũ
mille floꝛenis eſt tm̃ vnum furtuꝫ.
Si aũt: tres floꝛenoſ accipiat diuer
ſis actibꝰ ſucceſſiue erunt tria fur
ta: qꝛ in ipo actu eſt pctm̃ ſemꝑ eẽn
tialiter: ꝛ ideo non põt vnũ in plu
ribus actibus. Cur: an ex infirmita
te vel ignoꝛantia vel elatione vl' q̃
li intentõe fecerit: qꝛ moꝛtalia pec
cata trahunt ſpeciem a fine: iõ hoc
diligenter eſt explicandũ. Qui eniꝫ
furatur vt mechetur magis dicen
dus eſt mechus ꝙ fur: ꝛ tñ vnũ pec
catum eſt in vno actu: ſed habens
plures defoꝛmitates. Quomõ na
turali vl' ĩnaturali: qꝛ ſemper ẽ gra
uius in eodem genere. ſ. agendo ꝙ
patiendo. Quando: ſi in ſacro tem
poꝛe: puta diebus feſtiuis: vel alio
tempoꝛe ꝛ de perſeuerantia in pec
cato.

Circũſtãtie peccatoꝝ ↄfitẽde ſẽ
in multiplici genere.

D declarationem huiuſmo
di. ſ. quando circunſtantie
peccatoꝛum ſunt confiten
de ſic dicit Pe. de pal. Circunſtan
tie ſunt in quintuplici genere. Pꝛi
me ſunt que non alleuiant nec ag
grauant: ſicut ille que nullam ĩpoꝛ
tant conuenientiam vel diſconue
nientiam ad rationeꝫ nec ex ſe: nec
ex ſuſpitione: vt furari cum manu
dextra vel ſiniſtra ꝛ iſtas confiteri
eſt ſuperfluum. Secunde ſunt que
alleuiant. ſ. que impoꝛtant conueni
entiam: vt facere malum ex bona ĩ
tentione vel ignoꝛantia: ꝛ iſtas con
fiteri eſt imperfectum: niſi timeret
ſcandalum confeſſoꝛum. Tertie ſẽ
que impoꝛtant diſconuenientiã ex
ſuſpitione: vt furari multuꝫ: ꝛ iſtaſ
confiteri eſt perfectuꝫ: quia aggra
uãt peccatum: niſi immineret peri
culum ſui vel confeſſoꝛis: vel alte
rius tertij. Sed quia non mutant
ſpeciem nec aggrauant in infinitũ
non eſt neceſſarium eas cõfiteri ſꝫ
Tho. ſed Pe. dic̃ ꝙ quãuis iſta ſit
cõis opinio. tutioꝛ tamen eſt alia. ſ.
vt confiteatur eas. ſ. cũ notabiliter
aggrauant: vt furari cẽtum multo
grauius eſt ꝙ furari vnũ. Quarte
ſunt que aggrauant ꝛ mutant ſpe
ciem: nõ tamẽ ĩ infinitũ grauãt: vt
qñ vtrũqꝫ ẽ veniale: vl' qñ pmũ eſt
moꝛtale. 2m. veniale: vt ĩ ſpeciebus
gule quaꝝ vna aduenit alteri: ꝛ ſũt
quandoqꝫ veniales ꝛ quãdoqꝫ moꝛ
tales ꝛ iſtas confiteri non eſt neceſ
ſarium: nec illud eſt contra h' quod
dicit Tho. et communiter alij. ſ. ꝙ
que mutãt ſpẽm neceſſario ſunt cõ
fitende: qꝛ loquitur de illis que ſũt

UVA. BHSC. IyR_109_1

moꝛtalia. Ratio aūt quare non eſt neceſſariū eas confiteri eſt iſta:q̄re circūſtātia ē ↄfitenda neceſſario n̄ q: mutat ſpēm: vt pꝫ in veniali:ſed q: mutat in īfinitum vt pꝫ ī moꝛtali. Sed circūſtātia nō mutās in infinitū:nunq̄ꝫ aggrauat in īfinitū: q: ītēdit penas ꝛ nō extēdit. Extenſio enī ē īfinita:nec pōt creſcere: ſꝫ ītēſio ē finita. ꝛ ſemꝑ pōt creſcere. Nulla ḡ talis q̄ nō mutat ſeu aggrauat ī īfinitū ē neceſſario cōfitēda. Qn̄q̄ꝫ mutāt ꝛ qn̄q̄ꝫ aggrauant in īfinitū:vt qn̄ veniali actui:puta ad gulā ſtudioſe ꝑpataꝫ additur ebꝛietas vel notabilis anticipatio hoꝛe ī ieiunio ſine cā. Sed vtꝝ in religioſo ſit moꝛtale qᷓ alīi ē veniale: dicendū ꝙ nō:puta dicēdo ꝟbū ocioſum ꝛ hmͦ niſi ſpēm mutaret:q: nubere vł velle nubē:qᷓ ſecularibus nō ē pcm̄: ſi h̄ fiat cā ꝓlis gn̄ande: vł veniale pp voluptatē ē moꝛtale religioſo ꝓfeſſo clerico ł oꝛdinato q: ſacrilegiū ē.nō āt ꝑmi motus luxurie furti:ł inuidie: q: nullus vouet ſe nō habituꝝ ꝑmos motͦ q̄ n̄ ſt̄ in nr̄a ptāte:hec Pe. ō pal.

Circūſtātie q̄ trahūt pcm̄ ad aliud genus ſt̄ ↄfitēde.

T nota ſm Tho. in quadā ep̄la:ꝙ ille circūſtātie dicūtur trahere pctm̄ ad aliud genͦ:ꝛ iō de neceſſitate ↄfitendi q̄ hn̄t ſpālē repugnantiaꝫ ad aliqᷓ ꝑceptoꝝ diuine legis. Sicut furtuꝫ ſimpliciter repugnat huic ꝑcepto: nō furtū facies. Si ꝟo fiat furtuꝫ ī loco ſacro circūſtātie loci illam repugnātiā hn̄t ad aliud ꝑceptoꝝ qᷓ eſt de veneratione ſacroꝛum: ꝛ ſic additur noua ſpecies peccati:ꝛ ſic de alijs.

Pctm̄ ↄmiſſū die feſto trahitur ad circūſtātiā aliā.

Jc̄ Nico. ō lyra ſup Exoō. ꝙ peccatuꝫ moꝛtale cōmiſſum die feſto hꝫ ſpiritualē repugnātiaꝫ ad illud ō ſanctificatione feſtoꝝ ꝛ ſabbati:q: magis eſt opus ſeruile opus peccati q̄ꝫ opus manuale. Opus aūt ſeruile ibi ꝓhibet:ꝛ ſic ē moꝛtale vltra ꝓpꝛiam ō formitatē ſue materie:ex h̄ ꝙ committitur ī die feſto hꝫ aliā deformitateꝫ quā opoꝛtet confiteri:ꝛ ī fine dicit ideꝫ Tho. ꝙ illud qᷓ dr̄ circūſtātias non trahentes peccatuꝫ ad aliud genus ſiue ſpēm non eſſe de neceſſitate confitēdas:non eē referendum ad numeꝝ pctoꝝ ꝛ eiuſdē ſpēi:q: numerū tenetur cōfiteri ſi pōt:q: non ē vnum ſed multa: ꝛ h̄ nota diligēter.

Nota tertio ꝙ cuꝫ cogitatio cuꝫ deliberatione rationis in actum peccati moꝛtalis: ſcilicet deliberandi illum actū agere:etiam abſq̄ꝫ opere ſit peccatum moꝛtale:ideo ad ſingulas peccatoꝛum ſpecies poſt peccata operis interroga etiam de peccatis cogitationum illius peccati tantuꝫ:ꝛ ō peccatis oꝛis:ꝛ cum opus alicuͥ peccati ꝛ deliberatio mentis: ad illud agendum abſq̄ꝫ opere ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime:ſed differt ſm maius ꝛ minus: vł perfectū ꝛ īperfectum:quia.ſ.maius peccatum eſt in opere q̄ꝫ in ſola cogitatiōe: ideo etiam de circunſtātijs huiuſmodi cogitationum interrogādum ē: puta ſi dicit penitēs ſe conſenſiſſe cogitatōnibus luxurioſis: q: pōt hoc

UVA. BHSC. IyR_109_1

eſſe multiplicit̃:⁊ in diuerſis ſpē/
bus:iō iterroget̃ de qualitate ipſa
rū cogitationū:vt ſi deliberauit ta
le pctm̄ cōmittere cū ſoluta: quia
tūc fornicatio ē:ſi ipſe ſolutus eſt:
aut cum cōiugata: q̄r tūc adulteriū
eſt:aut cū cōſanguinea: q̄r tūc ince/
ſtus ē:⁊ ſic de alijs luxurie ſpēbus
⁊ alioꝝ vitioꝝ.

Pctm̄ diuiditur i tria.

Ro aliquali declaratōe p̄/
dictoꝝ:nō q̄ dic̄ Tho.i.ij.
q.lxxij. q̄ pctm̄ diuiditur
per hec tria.ſ. peccatū cordis oris
⁊ opis:nō ſic̄ p diuerſas ſpēs cōple
tas:ſicut differūt ſpecie bos: ⁊ leo
⁊ capra:ſed ſicut p diuerſos gdus
peccati:ſicut domus in fundamen/
tum diuiditur in pariete ⁊ tectū: ſi
cut i ſpecies icōpletas. Cōſumatio
igitur peccati ē i opere:vnde pctm̄
operis hꝫ ſpēm completam. Sꝫ p̄/
ma inchoatio ei⁹ ē quaſi fundatio
in corde. Secūdus gradus eius
eſt in ore:ſm q̄ habeo prūpit faci/
le ad manifeſtādū conceptum cor/
dis. Tertius gradus eſt in cōſu/
matione operis. Patet ergo q̄ h̄
tria pertinent ad vnam perfectam
ſpēm:cū ab eodē motiuo pcedant.
Iracundus.n.ex eo q̄ appetit vindi
ctam pri⁹ turbat̃ i corde.ſecūdo in
verba cōtumelioſe prūpit:tertō p
cedit ad facta iniurioſa: vt pcuſſi/
onē ⁊ hi⁹:⁊ ſic de alijs qbuſlibꝫ de
luxuria. Nec tñ ſic intelligēdum ē
peccata cordis eē ſpēs icompletas
quaſi non ſint mortalia. imo qñ in
eis eſt ꝯſenſus deliberatiuus ad ac
tus q de ſe ſunt pctā mortalia:taleſ
cogitationes ſunt peccata morta/
lia:⁊ ſi non ita grauia ſicut peccata
operis:vt dictum ē ⁊ qñ ſunt ſimul
cogitatio cum locutōne ⁊ ope vnū
ē pctm̄:vt pꝫ de luxuria ⁊ alijs pec/
catis:qñ vero quodam tpe delibe/
rat fornicari: ⁊ alio tpe diuerſo et
diſtanti fornicatur:ſunt duo pecca
ti mortalia.

De delectatōe vero moroſa ali/
qd dicetur ſuo loco. Regule qn
que cognoſcēdi peccatū mortale a
veniali.

D cognoſcēdum vero quā
do peccatū eſt mortale vel
veniale nota qnqꝫ regulaſ.

Prima eſt qñ amō vl affectō ad
aliquam creaturam.ſ.ſe vel alia tā
tum creſcit:vel eſt tam magnus q̄
in eo cōſtituitur vltimus finis .i.q̄
nec actu nec habitu ordiat illā cre/
aturam:aut eius dilectionē: aut ēt
ſeipſum ſm deum: vt vellet cū ta/
li creatura contentari: ⁊ non cura
ret deum offendere:aut eius prece/
pta tranſgredi pp illam creaturaꝫ
ita q̄ ibi ē aliqualis contēptuſ dei:
ſi non ē formalis:tñ interpretati⁹ ⁊
ē fruitio creatur̄:q̄r p̄ponit̄ creatu
ra deo: vnde cum aliqs vellet hic
cum creatura ſemper manere non
curando de eterna btitudine:lꝫ nō
ſint ſemper rudes de hoc iterrogā
di vel tentandi:tñ talis amor crea/
ture ſemp ē pctm̄ mortale. Quā
do aūt aliqs diligit aliquaꝫ creatu
ram plus q̄ deū ſed propter h̄ nol/
let deum offendere: aut eo carere:
nec eius amicitiam perdere: talis
amor creature eſt peccatū mortale

Secūda regula ſatis concordat
cum p̄cedenti.ſ.cum notabiliter ꝯ
dilectionem pximi aliqd cōmittit̄
tunc eſt mortale peccatum qñ ve/



UVA. BHSC. IyR_109_1

ro nō tunc ē veīale qñ vo aliqd fit ꝯ dilectōnē dei pōt attēdi penes h qd repugnat charitati vl amicitie: quā dbem⁹ ad deū hr̄e ſup oīa: qñ aūt aliqd fit ꝯ dilectionē ꝓximi: poteſt attēdi penes iſta p̄cepta legi nature. ſ. qd tibi nō vis fieri: alteri ne facias: ⁊ qd tibi rōnabilr ⁊ ex debito vis fieri alteri facias: ⁊ pōt ēt attēdi penes ſcādalū actiuū qd ego inferō ꝓximo meo ꝑ mala exēpla: ſed inquātū iportat aliqd ꝯ dilectionē vl quātū ſit illud ſcandalū: ad hoc ꝙ ſit mortale nō p̄ciſe dterminatū ē: q2 i modico facere ꝯ ꝓximū nō ē mortale: aut i pūo ſcādaliçare: vnde qlz attēdat ſeipſuz ꝙ ſibi vellet fieri: ⁊ qd ſibi nollet fieri: ⁊ ꝑ qd factum ⁊ nō factum ſoluere iter ſe ⁊ amicū ſuū amicitiā quā ſimul hñt.

Tertia regula: qñ omittunt cōtra p̄ceptū di ⁊ eccl'ie l' legis nature: l ſupioris: q̄ p̄cepta ſūt de neceſſitate ſalutis: vl ꝯ votū publicū vl p̄uatū l' ꝯ iuramētū licitū: ⁊ tūc eſt mortale pctm̄: qñ vo citra: tūc nō ē mortale. Quarta regula: cuz aliqd fit vl cōmittit vl omittit ꝯtra cōſciētiā ve l' falſe dictātem aliqd pctm̄ mōtale vl ꝯ ꝯſciētiā formidātē ꝓbabiliter vel dubitatiue: an aliqd pctm̄ ſit mortale: tūc ſemꝑ ē mōtale ſi cōſcientia non ſit ſufficiēter inſtructa. Quīta regula: de actibus intus manentibus qñ qdaz hz ſolam cogitationem de aliquo quā tūcūq3 turpem: vel malaz abſq3 cōplacētia ſeu delectatōe vl cōſenſu: tūc nunq3 ē pctm̄ mortale: l' nullus vl veniale: qñ vo ē conſenſus in actum q cēt pctm̄ mortale: tunc ſemꝑ ē pctm̄ mortale: q2 de⁹ volūtatez ꝓ facto acceptat: qñ aūt cum cogitatiōe aut cōplacentia ē delectatio moroſa in aliquo turpi ſpāl'r in libidinoſis: tūc ē mortale ſm dictuz Augu. eſto ꝙ nō ſit cōſenſus i actū ſm hoc dictum Augu. iudiciuz ē d peccatis iterioribus ad qd ēt facit diſtictio ſupraposita de ſenſualitate ⁊ actione: ⁊ de peccatis p̄uenientib⁹ ⁊ ſeq̄ntib⁹ dliberationē. Applicando igitur ſeptē vicia capitalia que non ſemper ſunt mortalia: ſed ſunt male radices in hoīe ex quib⁹ oriuntur ſeptem venialia.

Que dbeat ſuare ⁊ ſcire ꝯfeſſor vtilia ⁊ neceſſaria in ipſo exercitio confeſſionis. §. 4.

Ltra excōicationē iuriſ cōmunis ſciat confeſſor ſi penitēs icidiſſet in ſententiaz cōſtitutionis ſynodalis: iō dz inueſtigare de conſtitutiōib⁹ illius dioceſis ſi quas haberet: vel ēt ꝓuincie vl legionis: vt melius poſſit penitentib⁹ ꝓuidere. Diligenter querat de numero peccati: quotiēs icidit in id vel illud: q2 hoīes ſepe trāſeunt illud leuiter: ⁊ de circunſtantijs nō neceſſarijs: ⁊ d peccato qd alteri iā rite confeſſus ē: nō queraſ cū nō teneat niſi in caſu in quo tenet ꝯfeſſionē intrare: de quo plene S. de ti. i pce. ⁊ nō ſolū de pctis opere ꝑpetratis: ſ3 ēt de pctis cordis ⁊ de numero eoꝝ: q̄ ꝑlone puipēdūt iterrogādū ē. Et q2 ſm Tho. 1ᵃ. 2ᵉ. pctm̄ cogitationis ⁊ operis i eadez materia ſunt vnius ⁊ eiuſdē ſpēi: ſ3 differunt ſz magis ⁊ minus quia. ſ. peccatum operis eſt grauius pctō cordis. Jō ēt interroganduz eſt de ſpecie ⁊ circunſtantijs neceſſarijs

UVA. BHSC. IyR_109_1

peccatorum cordis. verbi gratia.

Si dicit ſe in mente ſolum deliberaſſe mulierē cognoſcere interrogandum eſt vtrum ſolutam vel nuptam virginem vel aliam: ⁊ q ua die: ⁊ hoc quia ipſi faciunt illō peccatum eſſe diuerſe ſpeciei. Et ſi mulier facias eam ex tranſuerſo ſtare: nec faciem eius aſpicias: quia facies earum ventus eſt vrēs ait ꝓpheta. Sed nec virum decet frequenter aſpicere in facie: ne eum erubeſcere faciaſ vltra q̄ȝ oportet: viroſq; graues ⁊ ſapientes dulcius ⁊ vrbanius oportet reꝑhēdere ruſticos groſſos ac idiotas duri⁹: ne peccata ſua paruipendant ex leuitate ſermoniſ. Stimulatos vero ex dolore ⁊ deſperatione: quantūcūq; peccata commiſſa ſint grauia confortare ⁊ animare expedit inducendo exempla Dauid Magdalene. Pa. Petri. Latronis ⁊ huiuſmodi induratos: ⁊ ſe excuſātes aggrauare pctā eorum oſtēdendo pericula: exēplo Ade Saulis Jude ⁊ hi⁹ que ſeipſos deſperauerunt.

Nota ſm .m. Uber. li⁹ de of. or. ꝙ illoꝝ cōfeſſiones prius ſūt audiende ⁊ libentius q magis īdigē putātur: l' q2 raro vēire ſolēt l' q2 ſunt extranei: l' q2 ſunt i maiori ſtatu: l' d q̊rum confeſſione ſperatur vtilitas futura.

## Quomodo ſe hr̄e dbeat ꝯfeſſor audiēdo mulieres.

Dē dicit d audientibus mulieres caueāt ne niſi i publico audiāt: ⁊ niſi ab aliquo videant̄: nec mł/tum immorētur: niſi quantum neceſſitas ꝯfeſſionis requirit: ⁊ eis q̄ nimis frequēter ꝯfiteri volūt aſſignent certū tps ex q̄ ipſas non audiāt: nec alijs colloqijs ſe eis exponunt ⁊ ſemper duris verbis ⁊ rigidis vtātur circa illas potius q̄ȝ molibus. Hec ille. Et h̄ ē ꝯ illos q q̊tidie audiunt mulierculas ⁊ faciunt eis lōgas ꝑdicatōes: vn̄ amittūt mł/tū tpis ⁊ ſcādalū ſeqt̄ cōiter in ipiſ ⁊ in populis.

## Qual' ⁊ quāta debeat iīūgi ſatiſfactio ſeu pn̄ia a ꝯfeſſore pētētib⁹ ⁊ qualiter ſe hr̄e debeat penitentias iniungendo.

Ota ꝙ ꝓ quolibet peccato mortali eſſet regularit̄ ſeptēnis pn̄ia iniungēda ſeu imponēda vt habetur. xxij. q. i. c. ꝑdicādū i glo. ⁊. xxxiij. q. ij. c. h̄ ipſuȝ ⁊. §. ſe. q̄ ſeruabatur ātiqtus: ⁊ iſta ſeptēnis pn̄ia magis l' minus aſpera ſm veritatem criminum maiorū vl' minoꝝ ⁊ circūſtātiarum ⁊ cōpunctiones erat: q2 vt dicit Hiero. Apud deū nō tm̄ valet tēporis mēſura q̄ȝ doloris: nec tm̄ abſtinentia ciboꝝ q̄ȝ mortificatio criminuȝ. de pe. di. i. c. mēſurā. Sȝ hodie penitentie oēs ſūt arbitrio confeſſoris taxande cōſiderat] circūſtātijs criminum ⁊ perſonaꝝ ⁊ hi⁹: ex̄ de pe. ⁊ re. c. de⁹ q. Dicit ēt Leo pa. xxvj. q. vij. c. tēpora plēitudinis tue moderationis arbitrio ſunt ꝯſtituēda ꝑut conuerſoꝝ aīos ꝓſpexeris eē deuotos. Rai. ⁊ Huil. ⁊ Spe. in ſuo repertorio hoc tenēt ⁊ general' cōſuetudo ſic ſe habet: nec eſt contra id q̄ dicit Gre. de pe. di. v. c. falſas penitentias dicimus: que non ſecūdum auctoritatem ſcōrum patruȝ pro qualitate criminuȝ ponuntur.



UVA. BHSC. IyR_109_1

Hoc.n.itellige ſm Rai.cuꝫ ſine ne ceſſitate rõnabili dimitterent peni tentie antiqtus taxate. Nã vltra il lam cõem pñiam ſeptẽnẽ ꝑ quoli/ bet pctõ mortali i genere ponunt alie penitẽtie maiores vel minores ꝑ certis pctis ꝑut habet in diuer/ ſis capitulis decretaliũ ⁊ doctoꝝ que q2 cõiter nõ dãtur hic non po/ no que pleni⁹ habẽtur i ſũma ↄfeſ ſorũ li.3.ti.xxxiiij.q.cxxv.ti.d peni. ⁊ re.vbi ponunt caſus.xlvj. d hi⁹. Eſt aũt ſatis rõnabilis cã nõ dandi hi⁹ penitẽtias i diſpoſitiõe penitẽ/ tiũ ⁊ ẽt aliquando nõ ſufficeret tẽ/ pus vite. Nã vt Rai. ⁊ Hoſti. dicũt dꝫ cõfeſſor talẽ dare penitentiam quã verſimiliter credat illum im/ plere ne ipſam violando ↄteri⁹ ſibi cõtingat ꝙ ſi magna pctã cõmiſit ⁊ dicit ſe penitere: ſed non poſſe ali quã durã pñiam facere: animet cũ ad hoc ↄfeſſor ei oñdendo grauita tem peccatoꝝ: ⁊ ꝑ ↄñs penitentiaꝫ penaꝝ ſibi pp hoc debitaꝝ ⁊ ſic tã/ dẽ iniũgat ei pñiam quã libenter ſu/ ſcipiat: ⁊ ſi ſacerdos nõ põt gaude/ re d oĩmoda purgatiõe eius ſalteꝫ gaudeat ꝙ libatũ a gehẽna trãſmit tit ad purgatoriũ Itaqꝫ vt dicit Hoſti. cõfeſſor nullo mõ dꝫ ꝑmitter peccatorẽ deſperatũ a ſe recedere: ar.xxvj.q.vj.c.pſbyter. ſꝫ poti⁹ ipo nat ei vnũ pr nr: vl aliud leue: ⁊ alia bona q fecerit vl mala q tolerauer/ rit ſint ei i pñiam Cõcor: Tho.in 4 Hoc autẽ ſane intellige: videlicet ſi ipſum alias penitet: ⁊ dicit ſe patũ facere qd debꝫ: ſꝫ 4 bon⁹ pñie ſuffi cere non poſſe tunc pp hoc quãtũ/ cũqꝫ delinquerit nõ dꝫ dimitti ſine abſolutione ne ſe deſperet. Sꝫ ſi di cit ſe non poſſe dimittere odiuꝫ vl caſte viuere: vel alienũ nõ velle re/ ſtituere: vel arteꝫ dimittere q̃ ſine mortali pctõ exercere nõ põt: vl a/ liud huiuſmodi cũ poſſit nullo mõ dꝫ abſolui ſꝫ Tho. Pe. de pal. Alb. q2 vt dicit Grego.ii.q.i.iij.c. Tunc vera eſt abſolutio ſacerdotis: cum interim ſequitur arbitriũ iudicis.i. dei qui nunq̃ abſoluit impeniten/ teꝫ: de pe.di.i.c.neminẽ. Sacerdos aũt nullam debet cõmittere falſita tem in ſacramentis veritatis: vnd de pe.di.v.c.fratres noſtros amo/ nemus: vt falſis penitẽtijs animas laicorum decipi non patiantur: fal ſas penitentias dicit cum ſic agit de vno: vt nõ recedatur ab altero. Uer ſi talis peccatũ cur vult con/ fiteri debeat audiri eius confeſſio vt dr extra de pe.⁊ re.c.ꝙ quidam ⁊ ſi aliquid debet iniungi: non tamẽ abſoluendo eum: ſed ei declarãdo ꝙ propter hoc non eſt abſolutus: ſed tñ ſatiſfaciat precepto eccleſie annualis confeſſionis fiende: ⁊ hõ tetur eum ꝙ faciat omne bonũ qd poteſt: vt deus cor eius illuſiret ad pñiam: vt dicitur de pe.di.v. c.fal/ ſas. ⁊ ſic non eſt dimittendus ſine confeſſione ne deſperet: ꝙ ſi inſtet ꝑ abſolutione oſtendendo ſcãda/ lum ⁊ deſperationem ſi non abſol/ uatur: nullo modo debet ei aſſenti re: licet tamen ei declarare: ꝙ fieri non poteſt: nec iuuaret eum. Et ſi ꝑmanet in ſcandalo non ẽ curãdũ: q2 eſt ſcandalum phariſeoruꝫ.ij.q. iij.c.inter verba.

Qualiter ſe habere debeat con/ feſſor penitentias iniungendo pe/ nitentibus.

UVA. BHSC. IyR_109_1

N imponēdo pēitētias: ne vileſcat auctoritas eccleſie arbitretur ↄfeſſor ⁊ ne poteſtas clauium contemnatur. ꝯ pe. di.i.c.ſunt q arbitrantur.l. di.c. ab ſit:⁊.c.ſiqs ꝑpoſtera:nimiꝰ malum ē ſi pur ↄtigat errare ꝙ erret dādo nimis puam ꝙ̄ nimis magnā: vt dicit Chryſo.xxvj.q.viij.c.alligāt. qꝛ vt ibi dr:Meliꝰ ē ꝺo reddē rōez ꝺ nimia miſericordia ꝙ̄ ꝺ nimia ſeueritate:ſi.n.benignꝰ ē deꝰ: vt qd ſacerdos vl't eē auſterꝰ:exēplū hēmꝰ a Chriſto vt dicit Rai.qui nulli nūquā grauem impoſuit penitētiam: ſed dixit. Uade ⁊ ampliꝰ noli peccare:⁊ ad hoc maxie debet attendere cōfeſſor excidere ab eo cās ⁊ occaſiones peccatoꝝ: puta ſi ↄuerſatio eius cū aliquo vel aliqua ē occaſio ei alicuiꝰ ruine dꝫ imponere ſibi qꝺ dimittat ſi pōt ⁊ hiꝰ de pe.di. iij.c.ſatiſfactō.aliqñ imponere pōt es loci mutationē:qui ei eſt ad ſcandalum ſi fieri pōt:di.lxxxj.c. valet. aliqñ tñ res ſic ſe hñt: qꝺ fieri non poteſt.

Cōtraria pñia dꝫ īponi ꝺlicto.

Tē īponēda ē pñia ↄ̄ria ad malū qꝺ cōmiſit ꝓm Rai. videlicet ſupbo opa humilia:guloſo ieiuniuꝫ: auaro elemoſyne ⁊ hiꝰ:qꝛ ↄ̄ria ↄ̄rijs curant: ꝺ pe. di.ij.c.i. Qꝺ intellige ſi creditur illū velle ⁊ poſſe pficē. Hoc.n. ē ad bñ eē impōnē magis iſtam ꝙ̄ illā. Itē ſi ē negligēs ad audiēduꝫ ꝟbum ꝺi ſibi pōt iniūgere ꝓm Jo. ꝙ audiat certum numerum predicationum: Debet tñ cauere ↄfeſſor ne det talē pñiam p quam fiat alteri ꝑiudicium: puta ſi ſeruo iniūgat lōga peregrinatio vl' ieiuniū ꝓlixū ita ꝙ eius dñs recipet ꝺtrimētū de ſeruitio ſuo:ſi ēt imponeret vxori vt darꝫ m'ltas elemoſynas:dabit ꝺ bōis viri ſi pafrenalia nō hꝫ.

Pro pctō occl'to nō dꝫ dari maniſeſta pñia.

Tē ꝓ pctō occl'to nō ē maniſeſta pñia iniūgēda.ſ. tal' vt poſſit inde oriri aliq̄ ſuſpicio pctī commiſſi.

T nota ꝓm Jo.an.ſup cle. dudū.de ſepul.ſup ꝟbo audire : ꝙ prius dꝫ ſacerdos imponē pñiam ꝙ̄ facere abſolutionē a peccatis:quod ꝓbat ex īpo textu cle.q̄ prius loqtur ꝺ pñia iniungenda:poſtea ꝺ abſolutōne:tum ēt ex ratione:quia cum abſolutio ſit cōplemētum ⁊ forma in pñia:prius dꝫ eē ſatiſfactio que ē pars materialis pñie:ſaltē in propoſito actuali vt expſſa ſatiſfatione q̄ dꝫ imponi p ſacerdoteꝫ acceptet eam penitēs ſicut confeſſus ē:⁊ doluit: ⁊ inde ſequitur abſolutio. Sꝫ ↄ̄riuꝫ dicitur eē de cenſi.c.fi. vbi dicitur ꝙ archiepiſcopi poſſunt in viſitatiōe abſoluē:⁊ pñias imponē : ꝰ hoc de neceſſitate non ꝑcedit:quia tñ cōiter fit contrarium:vt.ſ. prius abſoluatur ⁊ poſtea iniungatur penitentia:quōcunq̄ fiat vel ante vel poſt ſufficit. Preſupponit enim confeſſor illum hr̄e ꝓpoſium eā faciendi qꝺ ſibi iniunget cū īpum peniteat.

Secūdum Joh.ſi penitentē abſoluis:cuius gñalem cōfeſſionē audiuiſti abſoluas euꝫ: ⁊ a penitētijs oblitis iniunctis ab alijs ſacerdotibus:⁊ ſi aliquarum penitentiarum iniunctarū memor ſit ꝙ ñ ipleuerit



UVA. BHSC. IyR_109_1

eas ſi iudicauer[is] expediēſ cōmitteſ eas niſi cēt i caſu a q̄ nō poſſes abſoluere:

De pmutatione pn̄ie habes.s̄.ti. p̄cedēti.c.fi.vbi et̄ multa de ſatiſfactione. Memoriale dicenduz penitenti circa penitentiam fiendam.

Antū ē et̄ ſibi dclarare ꝛ p mittere ꝙ ſi aliqua die ex obliuione vl̄ negligētia dimitteret pn̄iam ipoſitā:puta ieiunium vel orōnes ꝛ hi⁹: ꝙ poſſit alia die remittē. Et ſꝫ Pe.d̄ pal.ꝯſulēdū ē diuitib⁹ ꝛ nobilibus ꝙ q̄rāt pticipationē bonoꝝ q̄ fiunt i religionibus i qb⁹ ſunt ꝛ plures penalitates q̄̄ alibi:ꝛ magis deo acepte ꝛ ꝙ in pn̄iam iponaᷣ eis ꝙ nō ſolū q̄ faciēt per ſeipſos:ſed et̄ q̄ ꝓcurabūt ab alijs:ꝛ oīa quoꝝ ſpāliter ſē participes. Dicit et̄ Pe.d̄ pal.i.iiij. ꝙ dꝫ cōfeſſor cū minorē pn̄iam debito iponit inoteſcere ei ꝙ illa penitentia ſibi impoſita non ē digna ne dcipiatur putās ſufficere:ſed ꝙ deberet ꝓ quolibet mōtali ſeptēnē agere pn̄iaꝫ:quā ſi hic nō pficiet in purgatorio luet. Si tn̄ per illā d̄ dclarationē crederet eū incidē i deſpationē:nō dꝫ ſibi hoc dicere.

Quid fiendū qn̄ penitēs nō ꝯfiteᷣ pctm̄ aliqd̄ mortale qd̄ confeſſor ſcit eſſe in eo.

E confitente aūt qui nō cōfiteᷣ aliqd̄ mortale:qd̄ nouit de eo confeſſor ex eo ꝙ non reputet illud peccatum. Dicit Hoff.in quolibet.ix.ꝙ ſi eſt certū illud eē mortale:tūc qcūqꝫ confeſſor dꝫ ei facere ꝯſciaꝫ d̄ eo:cū cōfeſſor ordineᷣ ad vtilitatē eius. Sꝫ vtilitas ei⁹ eſt ꝙ ſciat ſtatum ſuū: nec dꝫ eū abſoluere:ſed reputare eū indignum ꝛ idiſpoſitū ad recipiendū abſolutionē dū manet in tali ſtatu Sed ſi dubiū ē vtrū ſit mortale: et opiones doctoꝝ ſūt diuerſe: videlicꝫ vtꝝ ſit licitū emere reddit⁹ ad vitā:tūc aut cōfeſſor eſt ordinarius eius:ita ꝙ tenetur cōfeſſionez eius audire ꝛ tunc ſi ſit opionis illius ꝙ illud non ſit peccatum dꝫ eū abſoluer ſimpliciter. Si aūt credit ꝙ ſit pctm̄ dꝫ ei facere ꝯſciam ꝙ cōfitēſ ſe diligēter informet de illo facto vtrū ſit peccatū:ſed dato ꝙ ille nō vellet recognoſcere illud eē peccatum:nihilominus ex quo ē ordinarius teneᷣ eū abſoluere:nec dꝫ euz reputare inhabilē ad abſolutionē: qꝛ h̄ ex errore ꝛ non ꝓterua opinione ꝓcedit. Ordinarius aūt abſoluēdo dꝫ ſeq commune iudiciuꝫ eccleſie nō ſuum. Si aūt ſit confeſſor delegatus q in nullo tenetur confitēti niſi velit:ſi credit illud eē mortale non dꝫ eū abſoluere:qꝛ ex mera voluntate depēdet vt abſoluaᷣ vel dimittat:dꝫ eni ſeq̄ ꝓprium iudiciū i abſoluēdo: ꝛ peccaret ſi abſoluēt. Hec Hoff..

Sacerdos dr̄ ſoluere l̄ ligaᷣ tripliciter ꝛ de modo ꝛ forma abſoluendi.§.vj.

Ota tandem ſm̄ Ral.ꝙ ſacerdos dr̄ ſoluere vel ligare tripliciter. Uno modo per oſtēſionē.i.oſtendendo ſolutum vel ligatum:dico cū abſoluitur:lꝫ enim ſit peccator per cōtritōnem a deo abſolutus:tn̄ in facie eccleſie adhuc manet ligatus:ꝛ ſic intelligitur.c.quātūlibet. de pe.di.i.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Alio modo ligat ſacerdos dan/do pñiam ad quã obligat peccato/rem: ⁊ ſoluit cũ penã ſibi debitam dimittit: vl'ad ſacramẽta admittit de pe. di.c.multiplex. Tertio mõ per excommunicationem ⁊ abſolutionem ab ea.ij.q.iij.c.nemo fit.tamen fit ſecundum Pe.abſolutio a peccatis realiter per myſterium ſacerdotis: non quidem p̃ncipaliter ⁊ auctoritatiue:qui hoc eſt propriũ dei de pe.di.i.c.verbum. Nec ſolum oſtenſiue:quia ⁊ hoc faciebãt ſacramẽta veteris legis ſiue teſta/mẽti: nec ſolum deprecatiue q: ſic magis abſolueret bonus laicus: q̃ malus clericus:nec solũ p̱ cõtritionẽ cõfitentis:q: tunc nunq̃ qs efficeret ibi de attrito cõtrit⁹.Sȝ operatur inſtrumẽtaliter abſolutõ ad remiſſionem diſponendo ad grãm et niſi opponatur obſtaculum fit õ attrito contritum:⁊ iam contritio adauget gratiam. Hec Pe.õ pal. cui concor.Tho. ⁊ fit hoc virtute clauium que dicuntur plures in effectu:quia vna eſt poteſtas diſcer/nendi:alia diffiniendi. Una tam̃ eſt eẽntialiter ſcilicet poteſtas iudicãdi ĩ foro anime collata a deo ⁊ ĩ anima impreſſa delebitur per ſu/ſceptionem ſacerdotij. Hec Pe. ſecundum vero Rai.nota q̧ triplex eſt iudicium ſcilicet dei Petri ⁊ celi. In primo abſoluitur peccatõ per contritionem. In ſecundo ſcilicet iudicio petri.i.confeſſionis per abſolutionem: ſi tamen prius ſit abſolutus a deo:ſaltem ordine: alioquin non:vnde dicitur.xxiiij. q.i.c.manet Petri priuilegiũ: quã/do ex equitate fertur iudicium.

In tertio.i.iudicio celi.i.curie celeſtis abſoluitur per approbationẽ de pe.di.i.nunquid caiȝ. Alio modo ⁊ alijs verbis dr̃ triplex iudici/um. Primum dei.Secundum Petri in eccl'a militãti.Tertiũ ſurſuȝ in eccl'ia triũphãti: Primũ ẽ q̃ de⁹ mũdat aĩaȝ ĩ contritione ⁊ h̃ prece/dit: reliqua duo. ſ.tpa dignitate ⁊ effectu.ẽ n.ille qui claudit ⁊ nemo aperit:aperit ⁊ nemo claudit. Secũdũ qd̃ ſequitur poſt illũ eſt iudi/ciuȝ ſacerdotis:qui auctoritate clauium ligat vel ſoluit eo modo quo paulo ante dictum ẽ. Tertiũ qd̃ ſequitur eſt iudiciũ approbationis .ſ.celeſtis curie ⁊ angelorum. Nota ẽt ẜ Pe.de pal.q̧ eſt triplex clauis regni celorum. Prima ẽ auctoritatis:⁊ hãc hȝ ſolus deus:q: cum clauis ſit ptãs aperiẽdi celũ ⁊ deus ſolus p̃ncipaliter poſſit r̃mittẽ peccata qbus ſolus claudere celum ⁊ grãm infundere q̃ aperit̃: iõ habet hãc ipſe ſolus. Secunda ẽ excellentie hãc habet ſolus chriſtus in/quantum homo:ipſe.n.merito paſſionis aperuit celum:tollens ĩpedimentum nature qd̃ null⁹ tollẽ po/tuit. Tertia ẽ clauis miniſterial' hãc hñt ſacerdotes qui miniſteria/liter ⁊ diſpoſitiue agunt ad ãmotioneȝ obſtaculi.i.vectis ſeu peccati: ⁊ aperitionẽ in collationem gratie. Clauis autem miniſterialis eſt duplex: vna dicit̃ ordinis: alia iuriſditionis: ⁊ forte ſunt realiter diſtincte:quia licet clauis iuriſditõnis non ſit aliquid reale: tñ clauis ordinis ẽ aliquid reale ⁊ ĩdelebile:



UVA. BHSC. IyR_109_1

⁊ clauē ordinis hꝫ oīs ſacerdos: ſꝫ clauē iuriſditōis nō hꝫ niſi hēat ſb ditū: vn̄ ⁊ curat⁹ nō ſacerdos hꝫ claue iuriſditōis ⁊ nō clauem ordinis Itē clauis ē duplex. ſ. clauis ſciētie ⁊ clauis potētie: vna tn̄ eſt eēntialr

Forma verborū abſoluendi penitentem.

Icit Pe. d̄ pal. ꝙ hō q̄ ignorat vtrū vnq̄ꝫ fecerit vnā ꝑfectā ꝯfeſſionē expedit ꝙ ī oī ꝯfeſſiōe ſacramētali poſt oīa ſua peccata ſpāliter enumerata ſeq̄tur gn̄alis clauſula. ſ. d̄ oib⁹ alijs mortalib⁹ ⁊ venialib⁹ cōfeſſis ⁊ nō cōfeſſis ac oblitis: dico meā culpaꝫ ⁊ ſic ſequitur abſolutio: ⁊ ſic valebit ad remiſſionē culpe ⁊ pene ēt mortalis ⁊ ſcite ac etiā oblite ad quā tn̄ nō tenebat̄ al's ī ſpāli cōfiteri iteꝝ quia. ſ. ſufficienter cōfeſſus eſt.

De forma ⁊ vi ꝟboꝝ que requirunt̄ in abſolutione.

Orma aūt abſolutiōis ſm Tho. in tractatu de forma abſolutōis ē hec quātū ad ſubāꝫ. Abſoluo te: ⁊ cōſueuit addi ego ⁊ a pctis tuis ⁊ ſi nō diceretur ſubītelligeret̄: q̄ n. ī ſacris ꝟba habēt efficaciā ex īſtitutiōe diuina tenēda ſunt d̄terminata ꝟba cōſonātia inſtitutōi diuīe dicēti. Quecūq̄ꝫ ſolueritis: ⁊ iſta ꝟba cōueniūt ego te abſoluo. Idē Inno. ⁊ Hoſt. ⁊ melius addit̄ ſm Pe. de pal. ab oībus pctis tuis q̄ꝫ dicē a pctis tuis ꝯfeſſis ⁊ oblitis. et meli⁹ d̄r ab oib⁹ peccatis q̄ cōfeſſus ī gn̄ali vl' ſpāli d̄ q̄bus intēdis. De iſta ⁊ alijs formis diuerſis abſolutōis ab excōicatōe ⁊ pctis dicetur īfra in fine interrogatorij. Solet aūt papa aliq̄n tantā facē gratiam q̄buſdā vt ab oībus cēſuris ⁊ pēis ſimplicit̄ iuris: ⁊ ab hoīe latis poſſit abſolui in foro ſalutē conſcie: ⁊ tunc confeſſor pōt iſta forma vti quaꝫ a curia romana habui ⁊ viſus ſum.

Forma abſolutionis ab oib⁹ cēſuris ⁊ penis tam a iure q̄ꝫ ab homine latis.

E plenitudine ptātis apoſtolice: cuius auctoritatem ꝑ pn̄ti gero abſoluo te am omnibus cenſuris eccleſiaſticis ſētentijs ⁊ vinculis excōicationum ſuſpenſionum ⁊ interdicti tam ab homine q̄ꝫ a iure latis: nec nō ab oib⁹ negligentijs ⁊ defectibus commiſſis in ſacramētorum adminiſtratione officijs actibus tuis: vel nomine tuo factis ſupplēdo d̄ ſolita apoſtolice ſedis clementia omnes defectus eorundem aboleo ⁊ oēm maculam infamie ⁊ inhabilitatis vndecūq̄ꝫ cōtractis: diſpenſoq̄ꝫ tecū ſuper oī irregularitate: ſimonia in ordine ⁊ bn̄ficio actiue vl' paſſiue quacunq̄ꝫ occaſione vel cā: etiaꝫ circa te in collatione ordinū ⁊ aliorum ſacramentorum cōtractis ſeu cōmiſſiſ. Reſtituo ⁊ habilito te ad ſtatum famē honorē ⁊ executioneꝫ officiorum eccleſiaſticorum quoꝝcunq̄ꝫ: ac ad omnes gradus dignitatum ⁊ honorum: ad beneficia eccleſiaſtica habita ⁊ hn̄da ⁊ tibi ⁊ his que habes de nouo prouideo relaxando tibi fructus quos male pcepiſti ſeu leſa cōſcia ex eiſdē: ac alia q̄ in ludo ex ſucceſſione ac alias ad te ſupuenerūt q̄ ſubiacēt reſtitutōni vage ī forma pleniſſima. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti

UVA. BHSC. IyR_109_1

amen. Si aūt aliquis dubitat an ꝓ iſtis ſpecialis exigatur forma ab ſoluendi neceſſaria: q a ſede apoſto lica hñt priuilegium ꝙ in articulo mortis dūtaxat ſemel poſſunt ab/ ſolui ꝛ hr̄e plenam remiſſionē oīuʒ ſuoꝝ peccatoꝝ. i. a culpa ꝛ a pena vt alij exprimunt. Rn̄detur ſm ꝙ a magiſtris tā in concilio conſtan/ tinenſi ꝗꝫ baſilienſi dictū fuit ꝙ nō Sʒ ſufficit ꝙ ea oīa ꝛ ſingula faci/ at ꝓ qbus prefata indulgentia dat̄ ꝓut in bullis vel priuilegijs taliuʒ exprimitur. Nec putet aliqs ꝙ qn̄ in articulo mortis fuit ſemel abſo/ lutꝰ plenarie: ꝛ vſus eſt ſemel illo ꝓ uilegio ꝙ poſtea ī alio articulo mō tis vti illo iteꝝ valeat: niſi papa la tiorē auctoritatē daret: quā dat qn̄ ponit ꝙ ī articulo mortis dūtaxat ſemel: ꝛ ita ꝛn̄ſū eſt in concilio cō ſtantienſi alio a clariſſimiſ virↄ plu ribus de hoc reqſitis. Nec mirū qꝛ priuilegiuʒ de indulgentijs tm̄ va/ lʒ vel dat quantū ſonat: nō aūt ex/ tendi debet vltra.

Quid fiēdū qn̄ ꝯfeſſor abſoluit penitentem de quo non debuit.

Ed quid ꝺ confeſſore q ab ſoluit cōfitentē: ꝺ quo nō debuit aut ex ignorātia vel verecundia vel feſtinatōne vl' hiꝰ ꝛ cōfeſſor poſtea experit̄ ſe erraſſe nunquid tenetur ꝯfitēti hoc dicer̄ Reſpondet̄ ſm oēs ꝙ confeſſus excuſatus eſt: ꝛ coram deo abſolu/ tus interī ꝙ neſcit: licet ꝯfeſſor nō dicat. quid ergo faciet. Collatio fa cta fuit de hoc cuʒ multis notabili bus doctoribus theologie in cōci/ lio baſilienſi. Nam quidā dixerūt ꝙ confeſſor dʒ auctoritateʒ a ſupe/ riore impetrare abſoluendi eū: ꝛ ſi ſine magno ſcandalo fieri pōt: vo/ care non abſolutum: ꝛ ſibi dicere ac eum abſoluere poſt auditam cō/ feſſionē vl' ſi magnuʒ ſcādalū time ret̄ abſoluat eū abſentē: ſi ab vlti/ ma cōfeſſione adhuc ſperatur eſſe in gratia. Adhuc aūt ꝛ alijs placu/ it ſi notabile ſcādalū timeret̄ ſūmo ſacerdoti deo cōmittat ꝛ ſolaʒ cō/ dignam penitētiam ꝓ eiꝰ negligen/ tia pagat cōfeſſor: preſertim qn̄ mlt titudo ſic eſt neglecta: vel multi eo rum diſtant a loco vbi ē cōfeſſor.

Quid de confeſſore qui non in/ telligit penitentem.

Uuid etiā ſentiendū ē ꝺ eo q ꝯfitetur ꝛ cōfeſſor non ī/ telligit eū: aut ex dormitōe aut ex ímpitia vl' diſtractōe nimia vel ſimili cā. Rn̄det Jo. de barthe bergis antiquus doctor in quolibʒ ſuis. Sacramētalis abſolutio ꝑexi git confeſſionē. Oīs vero ꝯfeſſio ī portat reuelationē que non poteſt eſſe ſine relatione vnius ꝛ ꝑceptō/ ne alterius: cū ergo alterū iſtoꝝ de ficiat. ſ. ꝑceptio ſacerdotis in prefa to caſu de illo peccato nō credo eē confeſſionem: ꝛ per ꝯſequens nec ipendi abſolutionem. Hec ille. Sʒ iſtꝺ videtur debere ītelligi vbi ob audita ſunt peccata grauia que ſūt de neceſſitate ſalutis cōfitenda: nō de alijs que cadunt ſub conſilio: ꝛ vbi talia modica obaudiuntur ra/ ro ab eo q alias noſcit perſonam ꝺ bet confeſſor facere iterare ea que ex ſono non intellexit. An penitenſ teneatur iterare penitentiā ei iniū/ ctam ipeccato mortali factā ī toto vel in pte: ꝛ an dicta pn̄ia talit̄ fctā

UVA. BHSC. IyR_109_1

ei valeat ī foro militātis eccľie.§.7
Trū ꝟo pñiam ſeu ſatiſfa
ctionem īpoſitam per abſo
lutōeꝫ ōbitā ī peccato moꝛ
tali factā:vel ī toto vel ī ꝑte tenea
tur hō iterare. Suꝑ hoc ſūt varie
opiniones. Jn hoc tñ oēs cōcoꝛdāt
ꝙ ſatiſfactio facta ī moꝛtali nō va
let ita ſic̄ nec alia opa facta ī moꝛta
li valēt ī foro dei ad tollēdū vel mi
nuēdū ōbitū pene ꝓ pctis ad qͦ oꝛ
diaт̄ ōis ſatiſfactō:qꝛ cū nō ſit ami
citia cū deo nō pōt eē acceptū tale
opus ipi deo ſic factū. Sꝫ vtrū va-
leat ī foro eccľie militātis:ita ꝙ nō
teneaт̄ eā iteraꝛ̄. Jn hoc ē varietas
opinionū:⁊ aliq̄ dicūt ꝙ teneт̄ ite-
rare:qꝛ cū ñ potuerit ſatiſfacē deo
nec ēt potuit ſatiſfacē ſacerdoti:q̄
in pſona dei illud ſibi iniūxit. Sed
Pe.tarā.⁊ Jo.ꝑi.videnт̄ ſimplr̄ di
cere ſine diſtictiōe ꝙ talis nō teneт̄
iterare tales ſatiſfactiōes:qꝛ ſatiſ-
fecit ī foro eccľie militātꝰ ī quo da
te ſt̄:⁊ vbi nō iudicaт̄ ꝺ diſpoſitōe
īteriori. Jdē videт̄ ſentire. Vincē.ī
ſpeculo hiſtoꝛiali li.vj.⁊.d.Anibal.
i.4.Et ꝓ iſta opinione videт̄ ſatiſ
facere īpoſitio ſeptēniſ pñie que re
gulariter fiebat ꝓ quolibet mōtali
antiquitꝰ:vt.xxij.q.i.c.ꝑdicādū.Et
ꝟiſimile ē ꝙ ī tāto īteruallo aliqͦ
moꝛtale cōmittebāt:vñ ſi opoꝛtuiſ
ſet iterare fuiſſet laqueū īponē ani
mabus. Tho.ꝟo cū Alb.i.4.diſtin
guūt de ſatiſfactōe dicit eni ꝙ q̄dā
ſūt ſatiſfactōes ī q̄bus remanet ali
quis effectꝰ ī ſatiſfacientibꝰ etiam
poſtq̄ actus ſatiſfactiōis trāſit vt
ieiunio remanet coꝛpoꝛis macera-
tio vel debilitatio: ⁊ ex elemoſyna
ſubſtantie diminutio: ⁊ tales ſatiſ-
factiones in peccato non oꝫ iteraꝛ̄
qꝛ quātū ad illō qͦ ex eis remanet
per penitentiā ſequentē accepte ſt̄
Alie vero ſatiſfactiōes ſunt q̄ non
relinquūt effectum in ſatiſfactiōe:
poſtq̄ tranſit actus ſicut in oꝛ̄one
⁊ huius. Actus eni īterioꝛ q̄ totalit̄
tranſit nullo mō viuificaт̄:vñ oꝫ ꝙ
tales ſatiſfactiones iterētur Eādē
opinionē tenet Pe.de pal.magis ꝺ
clarans:dicit enim ꝙ in ſatiſfactōi
bus habentibus effectuꝫ derelictū
poſt opus:vel elemoſyna priuatio-
nem eris. Jeiuniū coꝛpoꝛis debilita
tionem ⁊ huiuſmōi:ſi poſtea penite
at ⁊ perſeueret. Sicut baptiſmalis
character habet effectum receden
te fictione:ſic ⁊ iſtud derelictuꝫ ex
ſacramento qͦ operatur ex opere
operato incipit valere ex ſequenti
eius approbatione ⁊ ſacerdotis ra
tihabitione:cuꝫ illum vere penitet
⁊ non ex ſimplici viuificatione: q̄a
opus operans moꝛtuum nunq̄ vi-
uificatur:⁊ ſic illa pñia ſatiſfac̄: nō
ſolum in foro eccleſie:ſed etiam in
foro dei quātū ad illud derelictum
vt non opoꝛteat iterare ſicut ieiuni
um elemoſyna ⁊ huiuſmodi. Sed
ſi nō hn̄t effectū ꝺrelictū:vt oꝛ̄o:ta
lis pñia facta ī moꝛtali nullo mō ſa
tiſfacit:q̄n hic vel alibi opoꝛteat ſa
tiſfacere:qͦ videт̄ ītelligēdū in fo
ro dei.qꝛ nec rōne ipius operis cuꝫ
faciat:nec ratione derelicti cuꝫ po-
ſtea penitet eū cū nō habeat effectū
derelictū: ſꝫ ī foro eccľie ſatiſfacit
qꝛ non ē neceſſe eā iterare ſi vult eſ
ſe ī ſtatu ſalutꝰ:poſtea penitēdo ſic̄
neceſſe hēbat ipaꝫ iplē cū fuit ſibi ī
poſita. Vñ idē Pe.dic̄ paulo ſuꝑiꝰ
ꝙ qñ hō ē de oībꝰ contritus ⁊ con

UVA. BHSC. IyR_109_1

feſſus.ꝛ accipit pñiam cum abſolu
tione:ſi recidiuans pagat eã ĩ mor/
tali:ipſe quidem ſe liberat ab iniũ/
ctione ſacerdotis nec incurrit pec
catũ in obedientie:quod ĩcurreret
ſi eam nõ perfeciſſet:qꝛ non eſt for/
tius vinculũ cõfeſſionis ꝙ̃ dei vel
eccľe.Sed in mortali exñs implẽ/
do preceptum dei.ſ.de bonore pen
tum: vel preceptum eccleſie : vt de
ieiunio ꝛ de elemoſyna ab illo ab/
ſolute ſe liberat : ergo ꝛc̃. hec ·Pe.
Cum ergo penitentia iiuncta ordi/
netur ad tollendum vel diminuen
dum debitum pene tpalis:talis qui
pñiam ſibi impoſitam non habẽtẽ
effectum derelictum: vt orões p/
ficit in mortali:ſi reuertiť ad pñiaꝫ
ꝛ tandeꝫ moritur in ſtatu gratie ex
quo illam nõ iterauit:cũ p ipam nil
ſit ſolutũ de debito pene tempora/
lis:ſoluet eam in purgatorio:niſi p
alia bona hic ſatiſfaciat:ꝙ ſi nõ re/
uertatur ad pñiam:qui penitentiaꝫ
perficit in mortali qõcũꝫ:ſiue ba/
bentem effectum ſiue non babẽteꝫ
derelictum ſoluet illud debituꝫ in
inferno ſemper:ſicut ille qui moriť
cum mortalibus ꝛ venialibus de
vtriſꝫ ſoluet penam eternam in i/
ferno.Quis enĩ pro veniali d̃beať
pena temporalis que finẽ babet:tñ
per accidens eſt ꝙ veniale puniať
in inferno pena eterna .ſ. ratione
ſtatus qꝛ in inferno nulla eſt redẽ/
ptio.Non enim eſt ille ſtatus expi/
andi culpam ad quam ſequiť pena
ꝛ ideo ſemper remanente culpa ve
niali durat ꝛ pena. Jta tenet Tho.
i.iiij.di.xxij.Sed de pena tẽporali
debita pro mortali poſt contritio/
nem.·Pe.de pal.ſic declarat in.iiij.

·Peccator poſtꝙ̃ eſt deo recõcilia/
tus eſt debitor pene finite:nõ quali
litercunꝫ ſoluẽde:ſed in ſtatu gra
tie in quo ſolũ ẽ deo accepta . Alio
quin eſt debitor pene tante:quãtaꝫ
meretur culpa:ꝛ illa eſt infinita.
Unde peccatori p ſe d̃bebatur qui/
deꝫ pena infinita ſi erat in mortali
ſed mutata fuit in temporaleꝫ ſup/
poſito ꝙ perſeueraret in amicitia.
Acceptauit.n.deus abſolutioneꝫ a
pena eterna : ꝛ impoſitionem pene
finite ſub cõditiõe ſi in grã fieret.
Et ſi queratur quare deus magis
acceptauit abſolutioneꝫ a culpa ſi/
ne conditione ꝙ̃ abſolutionem a
pena.dicendum eſt ꝙ culpa tranſit
ꝛ macula tranſit:ꝛ gratia in momẽ
to aduenit:ſed ſatiſfactõ futura ẽ.
Futuris autem ſolet conditio ap/
poni non autem pñtibus nec prete
ritis: vel ſi apponatur: certa eſt: qꝛ
ſi eſt in gratia pro tunc non põt eẽ
ſine gratia. Jdeo remiſſio culpe fit
ſine cõtraditõe:vel fit ſimpliciter
quia cõditio exiſtit. Unde ſicut p
ſacramentuꝫ non remitteretur cul
pa niſi adeſſet gratia:ſic nec poſtea
per ſatiſfactionem remittitur pe/
na niſi adſit gratia. Talis ergo di/
miſſa culpa punietur in inferno pe
na infinita:non ꝑpter cõmutatõeꝫ
finite in infinitũ.ſed qꝛ debitor eſt
pene infinite:ex quo non ſoluit pe/
nam finitaꝫ ſub conditione qua de
buit:ſicut perdens priuilegium cle
ri incidit de foro meriti ad forum
ſanguinis:ſic q declinat forũ eccľie
ĩcidẽs in mortale ad forum iuſticie
exterminantis inuenit penam eter
nam. Hoc quod dicit ·Pe. videtur
intelligendum de eo qui penam in/

UVA. BHSC. IyR_109_1

iunctam non habentem effectuz ꝺ relictum factam ī moꝛtali: ſcito ab eo vl' ꝺ quo dubitabat ꝯtēnit itera re vl' ēt credit vel dubitat ſe debe/ re iterare ex negligētia dimittit et ex laboꝛe recuſans hic ꝛ in purga/ toꝛio facer̄ emēdā ꝺo. Sed ſiqs dimittit iterationē talis pn̄ie ex im poſſibilitate: qꝛ ei deficit tēpus: vl' credit ſe eam feciſſe ī ſtatu gr̄e: vel ſi fuerit in moꝛtali cognito ab eo: l' ēt ſi ſcit ſe eā feciſſe ī moꝛtali: itera re facit ꝑ aliū quē credit bonū: vel ēt ſi nec ꝑ ſe nec ꝑ alium iterat cre dit ſibi ſufficere ad ſalutē qꝺ īple/ uit ſibi iniunctam ītēdēſ ꝙ h̄ minꝰ fecit ſatiſfacere in purgatoꝛio: ꝛ ſic ꝺo facere emēdā ꝑ hiꝰ omiſſionem talis nō dānatur. Un̄ ꝛ ipē pe. dic̄ di. xlv. q. ij. ꝙ q facit pn̄iam iniūctā ī moꝛaali ꝓ ſe ꝓ tāto nō tenet̄ itera re: qꝛ pōt ī purgatoꝛio ſatiſfacē: ꝛ ſi dicat̄ ꝙ vr̄ ī conueniēs ꝙ tm̄ qs pu niat̄ ꝓ pctō dimiſſo: ſic̄ ꝓ n̄ dimiſ/ ſo qꝛ pena eterna: ꝛ ſic nō vr̄ in ali/ quo ꝓfuiſſe ꝯtritio ꝛ cōfeſſio. Rn̄ det pe. ꝙ lꝫ tāte puniat̄ extenſiue nō tn̄ intēſiue ſicut ꝓ vno pctō: ita diu ꝙ̄ ꝓ mille: ſed nō tā acerbe. Si ēt ꝑtem pn̄ie fecit. ſ. in ſtatu gr̄e: et vnꝰ dies remāſit ꝓ illa die eternaꝫ luet penā: ſi nō penitet: tn̄ non tam acerbe: ac ſi nūꝙ̄ ꝯtritus nec ꝯfeſ/ ſus eēt: nec in aliq̄ ſatiſfeciſſet al's pctm̄ rediret. Hec pe.

Remediū tutiꝰ ſiue ꝯſiliū dā/ dū penitēti q̄lr̄ ꝑficere debeat pe/ nitētiā ſibi iniūctā: ꝛ q̄ pn̄ia debeat ſibi dari ſecurioꝛ.

Nota tamen ꝙ duꝫ qs facit pn̄iam ſibi iniūctā: ſi labat̄ ī moꝛtale: quāuis bonuz ſit ꝙ̄ citius cōfiteri: tn̄ cū ꝑ ſolā ꝯtritō nē pctm̄ dimittat̄ ꝛ gr̄a reſtituat̄: ꝙ̄ cito ipſe conterit̄: ēt anteꝙ̄ con/ fiteatur ꝓſeq̄ndo dictam pn̄iaꝫ: ēt ſi ſit talis pn̄ia que non relinq̄t ef/ fectum poſt ſe ī foꝛo dei realiter ſa tiſfacit qꝛ in ſtatu gr̄e ē: vnde ī nul/ lo tenet̄ iterare. Ad tollēdum autē omne dubiū tutiꝰ vr̄ ꝙ ꝯfeſſoꝛ ꝛ ſi dat penitētias diutinas: det pn̄ias vt ieiunioꝝ elemoſynarum ꝑegria tionum ꝛ hiꝰ: ꝓut req̄rūt pctā: non tn̄ iniungat diuturnas pn̄ias oꝛatō nū: ꝛ p̄cipue his ꝺ qbꝰ pōt dubitari de recidiuo.

De celatione ꝯfeſſionis: ꝛ de pe/ nitētia ſacerdotis cōfeſſionē reue/ lātis. §. viij.

Notat Tho. in iiij. di. xxj. ꝙ audiēs confeſſionem tene/ tur celare audita in ipſa: qꝛ in ſacramētis id qꝺ gerit exteriꝰ ē ſignum eiꝰ qꝺ gerit īterius: vnꝺ ſi/ cut deus hōī cōfitēti tetigit pecca/ tū īterius: ita ꝛ ſacerdos dꝫ celare exterius: vnde tanꝙ̄ violatoꝛ ē ſa/ cramēti reuelatoꝛ ꝯfeſſionis. Eſt ꝛ alia rō: qꝛ. ſ. hoc per homines mag/ trahūtur ad cōfeſſionē ꝛ ſimpliciꝰ cōfitētur: vnꝺ ꝛ ſi ex hoc aliquod ꝑiculum futuꝝ īmineret: ꝛ h̄ ſoluꝫ ſciret ꝑ ꝯfeſſionē: vt de heretico q corrūpit fidelē vl' ꝺ matrimonio il licito: qꝺ aliqd volūt ꝯhere: vel de ꝓditiōe ciuitatis fiēda nō ꝑꝑ hoc dꝫ reuelari ꝯfeſſio ad īpediendum malum: vt qdā dixerunt: ſed falſū ē. Debet aūt mouere eos qui ꝯfiten tur vt obuiēt l' deſiſtāt: ꝛ p̄lato di/ cere ꝙ diliget ſup gregē ſuuꝫ: ꝛ hiꝰ ſi vlla reuelatione. Hec Thom. Et ſi iudex īq̄reret ab aliquo: an ſciat

UVA. BHSC. IyR_109_1

aliqd de illa mã p ɔfeſſionē: vl' per aliū modū dicit Guil. ꝙ ſi non pōt alio mō declinare iniquū iudicē poteſt rn̄dere nihil inde ſcio: qꝺ ſubītelligit' vt homo vel ēt nihil ſcio p confeſſionē: qꝛ ſubintelligit' tibi reuelādū: ſic exponitur illud Matt. xxiiij. c. de die illo ꝛ hora nemo ſcit: nec filius hoīs: ꝛ ſubītelligit' reuelandū vobiſ. Poteſt ꝛ hoc variare hō cū nō adducit' ī teſtimoniū niſi vt hō. Et iō abſqꝫ leſione ɔſcīe pōt iurare ſe neſcire id qꝺ ſcit tm̄ vt hō vs. Sꝫ neqꝫ ēt ſm Pe. de pal. in. iiij di. xxj. p licētiā vl' pceptū cuiuſcunqꝫ ſupioris factū ēt pape ſub pena excōīcationis n̄ lꝫ reuelare ɔfeſſionē: qꝛ ſigillū ɔfeſſionis ē ꝺ iure diuino ꝛ de neceſſitate ſacramēti. Papa āt lꝫ aliqn̄ diſpēſet ī pceptl diuinis: vt ī votis: quoꝝ redditio eſt ꝺ iure diuino non tn̄ poteſt diſpēſar' ī ſacramētis. ſ. vt qs non baptiçet' vel ɔfirmet': vel non ɔfiteat' ꝛ ꝙ dictū ē celationē ɔfeſſionis eē de neceſſitate ſacramenti non ſic intelligit' qn ſit veꝝ ſacramētū: ēt ſi ipſa ɔfeſſio non celaret'; qꝛ vtriqꝫ eēt ſacramētū ēt ſi ſacerdos reuelaret qꝛ nec ſic eſt de neceſſitate ꝙ deus tegat: ꝙ ſi non ſatiſfaciat deꝰ non tegit: ſꝫ reuelat ad penā aut ſi accedat fictꝰ deus non tegit: ꝛ nihilominꝰ ſacerdoſ tenet' celare: ſꝫ dr̄' celatio ɔfeſſionis ꝺ neceſſitate ſacramēti: qꝛ nā ſacramēti neceſſitat eū ad celandū: nā dico ꝛ quantū ad id qꝺ ē ſacr̄m: ꝙ fit ī occl'to ſolꝰ cū ſolo: ꝛ quātū ad id qꝺ ē ſacr̄m ꝛ res. ſ. lꝫ pn̄ia iterioꝛ q̄ ēt ē occl'ta: ꝛ quātū ad rē tm̄ q̄ ē remiſſio peccatoꝝ p que tecta ſūt peccata. Nō ſꝫ Pe. de pal. qꝛ qꝺ dicit Tho. ꝙ occultatio ɔfeſſionis ē de eēntia ſacr̄i: non ſic eſt ītelligendū ꝙ ſit eius mā vel forma eius: ſꝫ ꝙ ē de nā eius obligatio ad occultationē ſicut ſi dicerem' de eēntia leuis ē ferri ſurſuꝫ vel ꝺ eēntia matrimonij eſt reddere debitum. i. obligatio ad ipſum. Et autem peccatum moꝛtale reuelare confeſſionem: qꝛ eſt contra iuſ diuinum ꝛ poſitiuum: vn̄ ꝛ grauit' ponit' ab eccleſia.

Pn̄ia ɔfeſſiōis ɔfeſſionē reuelātl

Acerdoſ reuelās ɔfeſſionē ꝺ iure antiq̄ dꝫ ꝺponi ꝛ toto tpe vite ſue ignominioſus pegrinari. de pe. di. vj. c. ſacerdos. Sꝫ ſꝫ. c. oīs de pe. ꝛ re. dꝫ ꝺponi ꝛ ad agendā ppetuam penitētiā ī monaſterio arto detrudi: ſed ſm Hoſti. faciet pn̄iam certo tpe ꝛ exīde aliā. Sed h pn̄ia iponēda eſt qn̄ qs in iudicio ɔuincit' de h vel fatetur de iure. nā alias in foro pn̄ie videt' eē arbitraria ſicut p alijs peccatis. Quāuis āt poſſit ɔfeſſoꝛ ꝺ licētia penitētis manifeſtare eiꝰ peccatū alteri ſm Tho. ꝛ Pe. non tn̄ ꝺbet vti licētia tali: niſi ad euitāduꝫ aliqꝺ maluꝫ: tenet' tn̄ ille cui aliqd reuelat' de lı̄ia penitētis illud celare niſi foꝛte peccatoꝛ velit ꝙ ille abſolute ꝛ libere ſciat. Licētia tn̄ quā dat penitēs ɔfeſſoꝛ de reuelatione peccati quātūcūqꝫ generalis non ītelligitur niſi ad bonū ɔfitentis ſꝫ Pe. de pal. Sꝫ nō ſm eundē ꝙ ſi iudex diceret alicui capto p maleficio dat licētiā ɔfeſſori ꝙ dicat: ſi tu es ɔfeſſus de hoc vel de illo non tenet' dare: nec ex hoc ꝯ eum dꝫ haberi ſuſpitio ꝺ delicto: qꝛ foꝛte hoc

UVA. BHSC. IyR_109_1

facit ꝓpter vitādū ſcādalum: ſʒ ⁊
ſi daret lñiaʒ: ſic licentiatus non dʒ
dicere pctm̄ illud ſi ē cōmiſſū. Jteʒ
ſi p̄ciperet p̄latus alicui confeſſori
ꝙ diceret ſibi peccatū alicuiꝰ qđ eſt
oīo occultū: etiā ſi cōfeſſus dediſſʒ
licentiā illi ꝙ diceret non tenet̄ di-
cere neqꝫ obedire vt reuellet illud:
qꝛ p̄latus non ē iudex occultoꝝ: im
mo etiā ſi ↄfeſſus eſſet diffamatꝰ đ
illo peccato: ⁊ per īfamiā ꝑueniret
illud ad cognitioneʒ iudicis: q̄uis
ip̄e ↄfeſſus iterrogatus. a iudice ſi-
ue p̄lato tenet̄ ſe manifeſtare: tñ cō
feſſor eiꝰ ēt habita licētia ab eo di-
cendi: nō tenet̄ dicere iudici ſibi p̄-
cipienti: vt dicat etiā ſi ſcit nec đbʒ
qꝛ fori nō ſunt cōmiſcendi. ſ. pñiaľ.
⁊ ↄtentioſus. Sʒ ſi ↄfeſſor ſcit pec-
catū alicuius non ſolū ꝑ ↄfeſſioneʒ
ſed etiā ꝑ alium mōʒ puta qꝛ vidit
vel audiuit ꝑ talem ⁊ talē modum
poteſt dicere ꝙ illud vidit vľ audi-
uit: dūmodo nō dicat ſe ſcire illud
ꝑ ↄfeſſionē: nec refert vtꝝ p̄us per
ↄfeſſionē audiuerit: ⁊ poſtea ꝑ aliū
modū ſciuerit ⁊ ecōuerſo. Jn q̄ ca-
ſu. ſ. ſi prius ſciuit peccatuʒ añ. ↄfeſ
ſionē. non oʒ ꝙ ꝓteſtet̄ ſe non re-
cipere illud ī confeſſione: qꝛ ſine ꝓ-
teſtatiōe poteſt dicere quātū ſit ex
ↄfeſſionē: nec tñ dʒ hoc dicere ſine
magna cā ⁊ rōnabili. Jtē ſʒ eundē
Pe. cū ↄfeſſio nō auferat cōfeſſori
iuſ ſuū: nec ↄferat ei iuſ nouū ī alio
foro qcqd videt̄ ↄfeſſori faciendū
vel omittendū ꝓ bono ip̄ius ↄfitē
tis: vel ꝓ bono cōi poteſt facere vľ
omittere: dūmodo ꝓpter hoc nō re
uelet̄ ↄfeſſio ad qđ ſolum obligat̄.
lʒ alias illud non eēt facturus. Un
de ſi ꝑ ↄfeſſionem prioriſ vel alteri

us ſcit abbas ꝙ non expedit priori
tenere monaſteriū: ⁊ ſcit talē q̄ alias
ad libitū poteſt amoueri: expectet
quouſqꝫ ſine nota reuelatōiſ poſſit
eum amouere: ⁊ tūc ſtatiʒ amoueat
cū. n. ex audientia ↄfeſſionis nō ob
liget̄ ad aliqd niſi ad celanduʒ: ⁊ ſi
obligaret̄ ad aliqd hoc eēt ad me-
dēduʒ aīe penitentis: ſicut medicꝰ
abſqꝫ tñ reuelatōe ↄfeſſiōis: ex quo
aliquem in cura ſuſcipit tenet̄ ſibi
dare remediū ↄ̄ recidiuum: ⁊ ſic ī ꝓ
poſito q̄cito poteſt amouere a mo
ueat quē etiā ſine hoc amouere po-
terat. Si aūt talis erat qui nō ſi-
ne iuſta cā amoueri poterat cuʒ au
dientia ↄfeſſionis nullū ius ſibi pre
beat ī alio foro in quo non ↄſtet ſi-
bi vt iudici amoueri non pōt. Ideʒ
Tho. Jtē qꝛ prelatus licentiam ī
trandi ciuitatē ſiue vilā ſb̄dito da-
re pōt ad libitū vľ negare: lʒ alꝭ nō
eēt negaturus propter periculū qđ
ex ſola ↄfeſſione nouit: negare pōt
dum tñ ex hoc ſuſpicio non oriat̄.
Jn occulta tñ ſēꝑ mouē poteſt illū
q̄ ↄfeſſus ē: qꝛ hoc non ē reuelař cō
feſſionem. Silr̄ curatus ꝓpter cō-
feſſionē pōt negare cōionē qñ eam
dare alias tenet̄: vt in paſchate: alſ
ſic dicens. Tibi nō teneor nunc da
re non obijciens de crimine cōfeſ-
ſor non ꝓpter hoc dr̄ reuelare cō-
feſſionē. Sed ſi alicui conquerenti
ↄ̄ ſuum parrochialem ſacerdoteʒ:
qꝛ non vult ſibi dare eucharestiaʒ:
ip̄e ſacerdos coram alijs diceret ꝙ
hoc facit: qꝛ hʒ peccatuʒ a quo non
pōt abſoluere: ⁊ ipſe nō vult ire ad
ep̄m: hoc eēt releuare cōfeſſionē q̄
uis ipſe nō intēderet hoc: qꝛ graui-
tatem peccati expreſſit. hec Pe.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Exidem eſt cũ dicit ſe audiuiſſe quẽdã nominando eũ:⁊ nõ abſoluiſſe. Similiter de epiſcopo q̄ p̱ cõfeſſionẽ nouit corruptionẽ moniał que petit benedictionem: quia aut eſt caſus in quo tenetur ⁊ tunc negare non dꝫ:q̄ꝛ ſi per confeſſioneꝫ eiuſdem ſibi cõſtat:non tñ ſibi conſtat vt iudici in illo foro in quo ſic ab ordinario monaſterij petit monialibus bñdictionẽ:⁊ quilibet pro ſe ipſa. Si autem hoc ſcit per cõfeſſionem eius qui vidit: vel qui eam corrupit:non ſufficiẽter conſtat:ẽt ſi extra ↄfeſſionẽ dicat: vnde negare non dꝫ. Si autem aliter ſcit non tenetur benedictionẽ impartiri: ⁊ poteſt ſine reuelatione confeſſiõis negare ita confitenti:ſicut non confitenti. Et qd dictum eſt de benedictione monialium.ſ.virginum: idẽ eſt de benedictione abbatiſſarum: vbi virgines cõiter benedicuntur ſm quoſdam qui dicunt q̄ licet aliqua poſſit eẽ abbatiſſa vidua ſicut Paula mater Euſtachij:tamen abſurdum eis videtur q̄ monialibus benedictis poſſit abbatiſſa preeſſe carens illa benedictione: ſicut etiã ſm iura profeſſis non debet nouitia preferri in abbatiſſam: imo nec profeſſaꝫ tacite nec expreſſe. de elec. c.indẽnitatib⁹.i prin.li.vj. q̄ꝛ tñ qd non eſt prohibitum conceſſum eſt: ideo videtur q̄ benedictio abbatiſſarum quarũcunqꝫ nõ requirat virginitateꝫ magis q̄ꝫ abbatũ cuꝫ non ſit iure cautum:ſicut de benedictiõne virginum. Petrus de pal. Sił q̄ꝛ homo habet liberã electioneꝫ p̱ ſolam confeſſionem:ſꝫ per ſolaꝫ cõfeſſionem ſciat aliquem indignum ad prelationem ad quaꝫ eligit̃ quẽ alias putabant dignum non dꝫ eligere ex cõſcientia ſibi ſic dictante: q̄ꝛ eligendo ſcienter dignum vel indignũ negocium gerit inter ipſuꝫ ⁊ deum. Unde poteſt etiã ex his que ſcit vt deus iudicare:ita ⁊ in ꝓpoſito:ſed bene putareꝫ q̄ pateretur penas iuris:puta q̄ eſſet priuat⁹ iure eligendi:⁊ a fructibus per triennium ſuſpenſus:qui eligeret illum quem ſcit vt deus indignum:ſꝫ neſcit vt homo:quia de his que ſcit hõ vt deus ſolum deus hꝫ vltorẽ:non hominem ⁊ huiuſmodi. Pe. Quis autem dimidiando confeſſionem non ſit ibi ſacramentum tenetur tamen ſacerdos celare:quia pars eſt ſacramenti. Pe.

Qui teneatur ad ſigillum confeſſionis.§.8.

Jcit Pe. de pal. vbi.ſ. q̄ ad celandum confeſſionem tenetur is qui confitetur licite vel illicite mediate vel ĩmediate. Unde ⁊ non ſacerdoſ qui in caſu neceſſitatis audit de mortalibus ⁊ venialibus. Item interpres quem pro ſe penitens adhibet. Iteꝫ qui caſũ audit. Item cui de licentia confitẽtis reuelatur. Item qui ſe confeſſorem fingit. Item qui laten ter abſconditus confeſſiones audit:quod eſt ſacrilegium: ⁊ iniuriam facit ſacramento. Item confeſſor anteq̄ꝫ abſoluat:⁊ etiam quando non abſoluit tenetur celare. Item nota q̄ cum quis recipit aliquid ſub ſigillo confeſſionis: quãuis ei non fuerit confeſſus dicens illud:tamen debet ita ſecretum tenere:ac ſi haberet in cõfeſſiõe:non

UVA. BHSC. IyR_109_1

qdem rõne sacri qd ibi nõ ē: sȝ rõe pmissi si promisit illud sic celare. Hec sm Tho. ⁊ Pe. d pal. Dicūt tamē Tho. ⁊ Pe. q homo ñ dȝ aliud defacili recipere in ɔfessione. Addit quoqȝ Pe. d pal. q q tradidit ł accipit i ɔfessione aliqd qd nõ ē cõfessio: vł facere irreuerentiā sacro cū nil fit eque celādum eo q scit in ɔfessione. Siliter cū qs accipit ab aliquo ɔsilium recomēdans vt illd teneat secretū tenetur ad celādum ⁊ frangens quodlibȝ istoꝝ sigilloꝝ siue secreti siue cõfessionis: peccat mortalr. Et tñ que qs recipit sub sigillo ɔfessionis ⁊ ñ in ɔfessiõe: non plus obligāt q̄ȝ si qs iurat tenere secretuȝ aliqd. Vñ cū aliqs qñ iurat celare aliqd malū qd manifestādo cum alijs possit impediri. illud malum aufert. vt ꝓditio aliqua ⁊ huiusmodi: tenet manifestare ñ obstāte iuramēto. xxij. q. iiij. c. iter cetera. Ita ⁊ qd accipit sub sigillo ɔfessionis: ⁊ non i ɔfessione.

Ad que se extēdat sigillum ɔfessionis. §. fi.

Icit Tho. i. iiij. q directe ñ nisi ad illa que cadunt sub sacrali confessione. Indirecte aūt non solum se extendit ad ea q̄ audiuit sub confessiõe vt peccata: sed oīa alia per que possit peccator vel peccatū deꝑhēdi: vt si diceret q non absoluit eum vel talis cuius impedimētum cognouit per confessionuȝ solū: nõ est tali vxor: nihilominus alia etiam que in confessione dicunt non pertinentia ad cõfessionem summopere sunt celāda: tum propter scādalum: tum ꝓpter pronitatem que ex consuetudine: seqtur ad dicēdum audita in cõfessione. Tho. Pe. d pal. melius prosequtur istam materiam dicens q directe ⁊ ꝑncipaliter peccata cõfessa ⁊ circūstantie inquantū hui⁹modi ⁊ ꝑsona tertia cū qua qs ɔfitetur se peccasse cadunt sub sigillo cõfessionis: lȝ qdā hoc negēt d persona cū qua qs confitet se peccasse: qd tñ ipse reprobat: ⁊ qñ per locutionem de peccatis cõfessis põt deueniri per se vel per accñs dirēe vel indirecte: vel per quēcūqȝ aliū modum in aliquam cognitionē vł dubitationem vel opinationē vel suspitionē de cõfessione: vł inquātum põt ei eueniri detrimētuȝ i aīa siue in corpore siue in fama possessionibus vel amicis: vel põt propter hoc scādalum i populo generari: ł cõfessio magis odiosa vł nimis dilecta: vel magis onerosa: vel min⁹ ꝑciosa reputari: dȝ cõfessor ⁊ hui⁹modi locutionibus abstinere: ⁊ qr raro vel nūq̄ȝ põt cõtingere: qn ex reuelatione peccatorū in cõfessiõe scitoꝝ: ⁊ ñ per aliā viā possit sequi aliquod d ꝑdictis incõuenietibus: q̄ȝuis forte nulluȝ contingat: debet multū cauere q non dicat pctā audita i cõfessione quātūcūqȝ gñalit loquatur: vel quomodo dicat hec Pe. Et magister Vmbertus dic q cauēdum ē ne vnq̄ȝ dicat qs i smone vel alia locutione. Ego audiui hūc casum in confessione: nec vnq̄ȝ etiam debet dicere q in illa abbatia vel castro vel villa vel ciuitate in quibus audiui confessiones fiūt multa peccata ⁊ huiusmodi: qr propter hoc credunt simplices q h sit reuelare confessionem: q̄ȝuis non

UVA. BHSC. IyR_109_1

reueletur per talia verba ſm Pe. Niſi ex hi⁹ locutione poſſet pctm̄ alicui⁹ dephēdi: dicēdo aūt iſte eſt mihi cōfeſſus ſua peccata: nō eſt reuelare: q nihil ponit i palā: q ſi dixerimus: q pctm̄ nō habemus ⁊c. ſed dicēdo ſibi fuiſſe confeſſum de magnis ⁊ multis peccatis: hoc ē reuelare ꝯfeſſionē ſm Pe. Bona aūt alicuius opa q̄ qs ſit ex confeſſione: puta q eſt virgo: ꝟ q nunꝙ peccauit mortaliter ⁊ huiuſmodi: lꝫ dicere: niſi q ex h̄ ꝙ vnus laudat̄ de hi⁹ q̄ſi alteri⁹ pctm̄ reueletur cum non laudat̄ de eodem: q qđ đ. vno dr̄ de alio negat̄. di. xxv. c. qlis. vnde ſi de duobus ꝯfitentibus dic̄ cōfeſſor ꝙ ē ꝟgo eſſet stati ſuſpicio ꝯ aliū ſi idē n̄ diceret: hec Pe. đ Pal. Unde ⁊ magiſter Umbertus dicit ſimpl̄r abſtinēdū ab hi⁹ locutionib⁹ addens ēt ꝙ ꝯfeſſor dꝫ cauere: ne vnꝙ ꝑ aliqđ gen⁹ peccati oſtendat cōfitēti minorē familiaritatē ꝟ ſignum minoris dilectōis. Alia q̄ dicunt̄ in ꝯfeſſione nec pctā nec valētia ducē in manifeſtationē ꝯfitentis: puta ꝙ in tali terra ſūt bona vina nō cadūt ſub ſigillo ꝯfeſſionis.

Quid fiēdū qn̄ ꝯfeſſor idiget ꝯſilio ſuꝑ vno caſu.

Nota ēt ꝙ qn̄ cōfeſſor idigꝫ ꝯſilio alterius: niſi habeat licētiaꝫ a ꝯfitente de pſona manifeſtāda dꝫ loq ita obſcure et caute ⁊ a remotis: vt nullo mō conſulens vnꝙ poſſit imaginari de pſona. Unde dꝫ conſiderare pſonaꝫ ⁊ tp̄s idoneū: nā ſiqs audierit vnū clericū aduenientē: ſi ꝯfeſſor vadat ſubito ad iterrogādū de aliqua ſimonia ⁊ hi⁹: nōne ſatis ꝓbabiliter: ⁊ quaſi violēter habebit ille ſuſpicari đ illo clerico: ⁊ iō i hi⁹ magna cautela ē adhibēda: ꝙ ſi cōfeſſor neſciret: vel non poſſet caſū exꝑmere ſuꝑ quo idiget ꝯſilio: qn ille cōſultor intelligeret pſonā ⁊ illa nō vult ſciri dꝫ ire ad aliū ꝑ cōſilio: ꝙ ſi aliū ſufficiētem hr̄e nō poteſt n̄ ſe itromittat. Unde Pe. đ Pal. dicit. Si nō poſſet ꝯfiteri pctm̄ ꝓpriū: niſi dicendo aliqđ pctm̄: ꝑ qđ manifeſtat̄ cōfeſſio alterius: nō dꝫ illud ꝯfiteri: ēt ſi eēt mōtale q ſufficit tūc cōtritio cuꝫ ꝓpoſito cōfitendi qn̄ ipſe hēbit copiā talis ſacerdotis: cui illud pctm̄ ſuum cōfitendo nō manifeſtet̄ alteri⁹ cōfeſſio. Rō ē q fortior ē obligatō ad celandū ꝙ ad ꝯfitēdū. Siqs aūt reuelat in ꝯfeſſione đbita ſua ⁊ credita ſua ⁊ hi⁹ et qn̄: ⁊ an ſacerdos poſſit alias reuelare: vide: de hac materia plene i 3ª parte ſūme.

Explicit tractat⁹ đ ꝯfeſſore.

Incipiūt. xxxvj. excōicatiōes reſeruate ſed apl̄ice tā a iure: ꝙ ꝑ ꝓceſſum: ſiue ꝑ extrauagantes: ſꝫ breuiter recollecte. Deīde ſequūtur excōicationes reſeruate epī vniuſcuiuſꝙ dioceſis.

E inijciētib⁹ man⁹ violentas vl̄ temerarias in clericū vl̄ religioſuꝫ vl̄ monialē vl̄ alteram religioſā pſonā: papalis ē abſolutio: ſi iniuria ē enormis: h⁹ tn̄ declarationē vide in 3ª pte i ti. de excōicationib⁹: ⁊. xvij. q. iiij. c. ſiqs ſuadēte diabolo i decretis.

De icēdiarijs eccleſiaꝝ vl̄ alioꝝ locoꝝ ſacroꝝ vl̄ religioſoꝝ vel cimiterioꝝ ē papalis excōicatō: poſtꝙ ſunt denunciati: ſed ꝑ epiſcopuꝫ

d

UVA. BHSC. IyR 109_1

poſſunt abſolui añ denũciatiōꝫ: de hac vide i.c.cõqueſti.⁊ i.c.tua nos. ex̄ de ſentē.excōi. De effractoꝛib⁹ p̄dictoꝝ locoꝝ ſacroꝝ q ēt p⁹ꝗ̄ fuerint denũciati: ē abſolutō papalis: ſed añ d̄nũciationē ep̄alis abſolutio ex̄ de.ſenten.excō.ca. d̄qſti.

De incendiarijs alioꝝ locoꝝ nō ſacroꝝ: de d̄ſulētib⁹ aut fautoꝛib⁹. q tales nō ſunt excōicati a iure cōi ſed ſunt excōicandi. Si tñ fuerint excōicati aliquo iure p̄ticulari: puta excōicatione ſynodali vł ab homine: fuerint denunciati eſt papał abſolutio. Uide de hoc in.c.tua de ſenten.excom. De falſantib⁹ litteras papales: vł falſis ſciēter vtētib⁹: ex̄ de crimine falſi.c. dura.

De apponētibus manum ad coꝛrigendum etiam minimam litteraꝫ vel pũctũ minimum in his litteris: exceptis his qibus eſt commiſſuꝫ eſt papalis abſolutio ſ̄m Hoſtienſem per ſententiā curie lataꝫ. De fingentibus nouā hereſim vel iam d̄nātā ſequētib⁹.xxiiij.q.i.c.i. ⁊.ij. ex̄ de here.c.ad abolēdũ: ⁊ nunc eſt caſus papalis per extrauagantem Martini q̄nti vt pꝫ in p̄ceſſu ipi⁹ ānuali. De ſciſmaticiſ ⁊ p̄cipue de ſeq̄ntibus ſciſma Petri de luna.et ſucceſſoꝝ eius ⁊ fautoꝝ ipius ſciſmatis ē papalis abſolutio p̄ p̄ceſſũ curie. De credētib⁹ receptatoꝛibus d̄fenſoꝛibuſ ⁊ fautoꝛib⁹ hereticoꝝ ē papalis abſolutio: ⁊ q̃uo ītelligant iſta noīa: vide in ſum.ti.d̄ excōicationibus i 3ᵃ p̄te ſum. De cōmittētibus ſimoniam ſiue p̄ oꝛdinibus ſiue p̄ b̄ñficijs ⁊ officijs: vel p̄latauris eccleſiaſticis: vel p̄ ingreſſu ī religionē: vł p̄ alijs ſp̄ũalib⁹ ē abſolutio papalis p̄ extrauagantem: Martini q̄nti: vide de hac in.ij. p̄te ſum.ti. de ſimonia. De facientib⁹ vł p̄miſſionē recipiētib⁹ ex pacto vł p̄miſſione occulta vł manifeſta aliq̄d ēt p̄uum p̄ aliqua iuſticia vel grām p̄ alio vł p̄ ſe ī cauſis iudicialibus ſeu p̄ litteris obtinēdis ab apoſtolica ſede eſt papalis abſolutio p̄ extrauagantē Bonifacij octaui. De ſcienter vtentibus talibus gratijs vel litteris ſic obtentis eſt abſolutio papalis per ex̄uagantem Bonifacij. De pirratiſ ⁊ q̄buſcũq̧ alios in mari d̄p̄redantib⁹ ē papał abſolutio p̄ p̄ceſſum curie. De īpediētib⁹ dep̄dantib⁹ vel inuadentibus adducētes victualia ſeu alia ad vſum romane curie neceſſaria: vł ne talia deferant̄ aut adducantur ad curiā: ⁊ de defendentibuſ talia facientes eſt abſolutio papalis per p̄ceſſum curie. De capientibus detinentibus dep̄dantibus romipetas ⁊ peregrinos ad vrbē romam accedētes tam cā deuotionis ꝗ̄ peregrinationis: ⁊ ſiłr ī ea moꝛātes ⁊ recedentes ab ipſa: eſt abſolutio papalis per pꝛoceſſum annualē qui fit in curia. Et ſimiliter de dantibus d̄ſilium ⁊ fauoꝛē ad talia ſup̄dicta faciendũ eſt papalis abſolutio per p̄ceſſum. De poꝛtātibus arma equos ⁊ alia neceſſaria ad impugnandum chꝛiſtianos vel tranſmittentibus ſeu galeas ⁊ naues vēdentibus vel in piraticis ſarracenoꝛum gubernationem exercentibus vel dantibus auxilium conſilium ⁊ fauoꝛem in diſpendium terre ſancte extra de iudeis capitulo ad liberandam: ⁊ eſt caſus papalis

UVA. BHSC. IyR_109_1

per extrauagantem Clementis ꝛ p̲ proceſſum curie. De poꝛtantibus ēt victualia ꝛ alia q̄cūꝗ mercemonia in Alexandriam vel in alia loca ſarracenoꝛum terre egypti vel mittentibus ipſa: vel de ſuis poꝛtubus vt eis deferant extrahentibus vel extrahi ꝑmittētibus aut dantibus auxiliū ꝛ fauoꝛē: ꝛ eſt papalis per proceſſū curie. Nota tñ ꝙ Ueneti in hoc hn̄t licentiam. De poꝛtātibus p̄dicta vl' aliquo modo p̄dictoꝛū ꝛ ad hoc operātibus ad oēs terras ſoldano ſubiectas eſt papal' abſolutio p̲ extrauagātē Clemētis.

De euntibus ad terram ſanctā ēt cauſa deuotionis ſeu voti ſine licentia ſedis apoſtolice: ꝛ eſt abſolutio papalis ꝓut reperitur ī libro penitentiarie ſummi penitentiarij: q̲ ꝛ ipſe hoc poteſt. De inſecutoꝛibus cardinalium hoſtiliter ꝛ eſt excommunicatio papalis per. c. felici de penis libro vj. De bānientibus epiſcopos vel capientibus: ꝛ īſecutoꝛibus: vel hoc fieri mandantibꝰ aut facta ab alijs rata habētibꝰ vel in his dantibus conſilium ꝛ fauoꝛē vel ſcienter tales defendentibus: ē papalis abſolutio per ca. ſi quis. de penis in cle. De exēterantibus vl' fruſtra concidentibus ſeu decoquere vel incidere: aut oſſa de carnibꝰ euellere preſumentibus cuiuſcūꝗ defuncti vt eius oſſa ad partes alias deferātur: eſt papalis abſolutio per extraugantem Bonifacij. De occupantibus vel detinentibus vl' hoſtiliter diſcurentibus per ſe vel per alium directe vel indirecte: ſub quocūꝗ titulo vel coloꝛe ciuitates terras loca vel iura ad romanā eccleſiam pertinentia: ꝛ adherentibꝰ fauoꝛibus ac defenſoꝛibus coꝛū ē abſolutio papalis per proceſſū curie. De his qui occaſione ſententie excōicationis ſuſpenſionis vl' interdicti late dāt licentiam eos grauandi qui eam tulerunt: vel ſuos in perſonis rebus vel bonis illoꝛum quoꝛū occaſione late ſunt: vel qui eos obſeruant vel qui taliter excōicatis cōicare nolunt: niſi licentiam ipſam integre reuocent. Similiter qui dicta licentia vſi fuerit vel etiam ſine licentia hoc fecerint ſuo motu excommunicationem incurrunt in qua ſi permāſerit per duos menſes: eſt papalis abſolutio: vide de hac in capitulo de dominis in 2ª parte: ꝛ infra i exco. ꝑtinentibꝰ ad dioceſanos in. ij. excō. De his qui cogūt aliquē celebrare in loco iterdicto: vel ad audiēdum conuocant excommunicatos vel interdictos: vel prohibent interdictos: vel prohibent eis ne moniti exeāt: ꝛ de his qui moniti non exeunt: cle. grauis de ſentētia excom. De his q̲ iponunt ī terris ſuis noua pedagia vel augent antiqua: ꝛ eſt excommunicatio papalis p̲ ꝓceſſum curie. De laicis recipiētibus i romana curia litteras domini pape de manu alicuius: niſi d̄ manu domini pape vl' bullarū vel nuntij recipientis d̄ manu predictoꝛum.

Excōicatiōes papales cōcernentes religioſos religioſaſꝗ.

De clericis ꝛ religioſis īducentibus ad vouendum iurandum: vel penitendum: de eligendo apud eos ſepulturam vel vt eam vlterius non mutent



UVA. BHSC. IyR_109_1

lam electā excōicatio ē papal' p cle. cupientes.de pe. De religioſis qui abſq ſpāli licentia ppꝛij ſacerdotiſ ſolēniçarēt mrīmōia aut miniſtrarent ſacrm eucbariſtie vel extreme vnctōiſ:cle.i.de puile.eſt excōicatō papal'. De religioſis qui excōicatos a canone abſoluūt a caſib⁹ non cōceſſis:aut q abſoluūt a ſnījs p ſtatuta ſynodalia vel puincialia pml'gata:aut abſoluūt a pena ⁊ a culpa eſt excōicatio papal'.p cle.i.d puile. De inquiſitoꝛib⁹ hereticoꝝ q odio gra vel lucro ⁊ amoꝛe c̄ iuſticiaꝫ ⁊ cōſcientiam omiſerint c̄ quēpiā procedere vl' ipaꝫ hereſim alieni iponerēt:aut iponerent q ipedirent officiū ſuū eſt excōicatio papaliſ: p cle. mlto ꝝ de here. De mēdicātibus pfeſſis q tranſeant ad aliquaꝫ religionē monachalem excepto oꝛdine cartuſienſiuꝫ:⁊ recipientib⁹ tal' ſciēter ē excōicatio papal' per oſtitutionē Martini factā Cōſtantie. De clericis ſcienter ⁊ ſpōte cōicantib⁹ excōicatis a papa in diuiniſ eſt excōmunicatio papalis ſm Hoſtiē. Jſta excōicatio tñ hꝫ dubiū:extra de ſē. excō.c.ſignificaſti. De participātibus i crimie p p qd aliqs eſt excōicatus aliq pdictaꝝ excōicationuꝫ ē excōicatio papal':p.c.ſi cōcubine ex de ſen.excō. De his q abſoluunt ab aliqua pꝛedictaꝝ excōicatōnum citra ſedē apoſtolicā:pterq̄ in articulo moꝛtis:q taliter abſoluti ſi nō ſe repñtāt q̄citius pñt ei a quo pñt abſolui:vel mittāt p abſolutōne reincidunt i eandē.ſ.papaleꝫ excōicationem p.c.eos de ſē.excō.li.vj.

Excōicationes epiſcopis ex iure reſeruate.

E verberātib⁹ clericos religioſos vl' monialeſ:ſeu talibus man⁹ violētas iniciētib⁹ ſeu temerarias ē epalis excōicatio: ſi fiat leuis iniuria talibus:p. c. puenit ex de ſen.excō. De hiſ qui initūt oꝛdinationib⁹ ſeu alienationibus a ſciſmaticis factis ē epaliſ p c.i.ex de ſciſma De his qui vſurpāt de nouo vacantium ecclīarum monaſterioꝝ vel alioꝝ pioꝝ locoꝝ cuſtodiā:ſeu guardiā titulū aduocationis ſeu defenſionis q̄ ppꝛie ſunt nomina patronatus: vel ipſoꝝ locoꝝ vacātium bona occupāt:vl' regalia.i.collectā q fit rōne regis vel impatoꝝ ſeu tributū regi debituꝫ: vt.c.gñali.de elec.li.vj. De clericis vel monachis ipoꝝ locoꝝ vacātiū qui hoc fieri pcurant: ⁊ h excōicatio cū pꝛiori habetur excōicatio ē epalis:p.c.generali.de elec in vj.

De his qui ab eccleſijs:vl' pſoniſ eccleſiaſticis p ſe vel p aliuꝫ ſuo nomine vel alieno p pſonis vel rebus q̄s ñ cā negociatiōis deferūt l' dferri faciūt ſeu tranſmittūt exigūt aliqd pedagiū vl' guidagiū eſt excōicatio epalis:p.c.quāq̄.de cenſi.li.vi.

De his qui fecerint ſtatuta otra libertatē ecclīe:⁊ qui ſcripſerit ea qui ſunt poteſtates:conſules rectores ⁊ conſiliarij locoꝝ vbi dcā ſtatuta ſeu etiam conſuetudines edite ſunt vel ſeruate ⁊ qui ſeruare ea fecerint:⁊ ſꝫ ea iudicauerint: vel qui in publicam foꝛmam redegerint iudicata eſt excommunicatio epiſcopalis:per.c.nouerit.de ſen.excom.

De rectoꝛibus ciuitatum facientibus exactiones indebitas clericiſ religioſiſ vl' eccleſijs eoꝝ:ſi poſtq̄

UVA. BHSC. IyR_109_1

fuerint moniti: nõ deſiſtant ē epa/lis excõicatio:per.c. non minus:ex ꝫ immu.eccle.ꝛ.c. aduerſus conſu/les. De his q abſolutionē ab ali qua excõmunicatione vel reuoca/tione eius ſuſpenſionis vel inter/dicti extorquēt per vim vl'per me tum:neqꝫ valet abſolutio:ſed icur/runt nouam excõicationeꝫ eſt epal' excommunicatio per.c.i. ꝺ his q̄ vi metu ſiue cauſa fiunt li.º vj. De his q ꝑ aſſaſſinos.i.quoſdā ifideles : q ex falſis ſuis opionib⁹ de facili mit tebātur ad occidenduꝫ chriſtianoſ ꝛ q iterfici fecerit vel mandauerit aliquem chriſtianum: etiaꝫ ſi mors non fuerit ſubſecuta : ꝛ de recepta toribus ꝛ defenſoribus ꝛ occulto/ribus eoꝝ eſt excommunicatio epi ſcopaliſ:per.c.ꝓ humani.ꝺ homici. li.º vj. De ꝑtātibus:capitaneis:re ctorib⁹:cõſulib⁹:iudicibus: cõſilia rijs:ꝛ alijs officialibuſ q ſtatuta fa ciunt ſcribunt vel dictāt : ꝑ que qs cõpellatur ſoluere vſuras vel ſo/lutas non repetere ē epalis excõica tio:cle.ex graui.de vſurl. De his q occaſione ſñie excommunicatio/nis vl' iterdicti late dant licentiam grauandi illos q tulerīt eas vl' ſuoſ i perſonis vel rebus:hic tñ caſus ē epiſcopalis vſqꝫ ad duos menſes ab incurſione ſentētie:ab inde ve/ro eſt papalis excommunicatio : ꝑ c. qcūqꝫ de ſen.excõ.li.º vj. De hiſ q iudicant ſtatuta edita i fauorem vſurarioꝝ:ꝛ qui hñt ſuper hoc po/teſtatem:nſi ſtatuta ipſa deleuerit aut ſi ea permiſerint obſeruari.

Unde illi qui faciūt capitula cūꝫ iudeis: vt dñi ꝛ cõitates ꝛ cõtinen/tia ꝙ poſſunt fenerari: ꝛ ꝙ nõ poſ/ſint repeti in iudicio vſure extorte ab eis ꝛ hi⁹ videntur icidere in hāc excõicationē:ꝛ domini q ea faciunt ꝛ ciues q cõſulunt:cle.ex graui. de vſuris. De his q concedunt reꝑ/ſalias ꝯ perſonas eccleſiaſticas ſpe/cialiter aut gnraliter:eſt epalis ex cõicatio per.c.ſi pignoratões : de in iurl ꝛ dam.da.li.º vj. De rectori/b⁹ ſecularibus.vl' qbuſcūqꝫ officia libus coꝝ q cognoſcerent de cri/mine hereſis:aut captos liberarēt vl' dioceſanorum vel ingſitoꝝ of/ficium impedirent eſt epalis:per.c. vt ingſitionis: de here.li.º vj. De his q ſciēter cõtrahūt matrimonia in caſibus non cõceſſis ꝛ ꝓhibitis cõſanguinitatis ꝛ affinitatis : ꝛ de cõtrahētibus cum monialibus eſt epalis:vt cle.eos de cõſan.ꝛ affi.

De dominis tpalibus q ſubditis iterdicūt ne ꝑlatis vel perſonis ec/cleſiaſticis qcqꝫ vēdant vel emant ab eis bladum molant.panē coqnt ꝛ hi⁹ obſeqa exhibere pſumant:eſt epalis excommunicatio: per.c. eos ꝺ imu.eccle.li.º vj. De his q impe/diunt qn corā iudicibus eccleſiaſti cis vel legatis vel ordinarijs in ca/ſibus q ad eos ꝑtinēt illi q ꝯquerū/tur iuſticiam poſſint obtinere ex/communicatio ē epalis:per.c. quo/niam de imu.eccle.li.º vj. De hiſ q compellunt imperatores litteraꝝ apoſtolicarum. vel alios recurren/tes ad forum eccleſiaſticum in cau/ſis:que de iure vel antiqua conſue/tudine ad ipſum pertinent: vel ad ꝯſiſtendum vel litigandum de eis in foro ſuo ſeculari grauandi iudi/ces eccleſiaſticos: vel impetrantes ſeu litigantes ſeu volentes corā eiſ



UVA. BHSC. IyR_109_1

litigare vel grauãdo ꝓpinquos eo rũ: vl' capiẽtes res vel eccleſias ta/ lium vl' quocũq; alio modo: dicto c. qm̃ eſt ep̃alis: ⁊ ſilr̃ de dantib⁹ cõ ſilium ⁊ fauorez: ⁊ auxiliũ ad oĩa p̃/ dicta in duob⁹. §. ꝑcedẽtibus. De his q̃ p̃latos capitula ſeu alias pſo/ nas eccleſiaſticas cõpellunt ad ſub mittendum laicis: vl' ad alienãdum bona imobilia ſeu iura eccleſiarũ: ⁊ ſilr̃ laici q̃ vſurpãt ſibi illicite hu/ iuſmodi. ⁊ ſi non diſtiterint poſtq̃ fuerint admoniti eſt ep̃alis excom/ municatio: p. c. hoc cõſultiſſimo: de re. eccle. non alie. li°. vj. De his q̃ fingũt fraudulenter aliquẽ caſu; p quẽ aliq̃s iudex mittat ad aliquam mulierẽ ꝓ teſtimonio: ẽ excõicatio ep̃alis: p. c. mulieres de iudi. li°. vj.

De his q̃ vocãtur ad dirigẽdas moniales ĩ electionibus: niſi abſti/ neant ab his per que poſſit diſcor/ dia nutriri ẽ excõicatio ep̃alis: p. c. indẽnitatibus de electi. li°. vj. De his q̃ grauãt clericos vel alias pſo nas eccleſiaſticas ad quas ſpectat aliqua electio ꝓ eo q̃ rogati ſeu ali as inducti cũ pro quo rogabant ſeu inducebãt noluerunt eligere: vl' cõ ſanguineos eoꝝ aut ipſas eccleſias ſeu loca bñficijs ſeu alijs boniſ ſpo liando: ſeu aliaſ iniuſte perſequẽdo c. ſciãt cũcti. de elec. in vj. ⁊ ẽ ep̃aliſ excommunicatio. De his qui lo/ quũtur ſecrete: vl' mittunt ſcriptu/ ras vel nũcium alicui cardinali qñ ſũt recluſi occaſione electionis pa/ pe eſt ep̃alis excõmunicatio: per. c. vbi piculu; ꝺ elec. li°. vj. ⁊ de dñiſ ⁊ rectorib⁹ ⁊ officialibus q̃ iminente dicta electione nõ ſeruant ipa; ꝯſti tutionẽ: p. c. vbi piculũ. De his q̃ ꝓcurrant q̃ ꝯſeruatores dati ei in tromittant ꝺ his q̃ nõ licẽt. i. ꝺ alijs q̃ de manifeſtis iniurijs ⁊ violen/ tijs: ẽ. excõicatio ep̃alis: p. c. ſtatui/ mus. de offi. dele. li. vj. De domi/ nis rectoribus ad regimẽ vrb' Ro/ me ⁊ electis ⁊ fautorib⁹ q̃ fecerint cõtra cõſtitutionem ſuper hoc fac/ tam eſt epiſcopalis excõmunicatio p. c. fundamẽta. de elec. li°. vj. De electis magiſtris doctorib⁹ vl' ſcho larib⁹ tractãtib⁹ cũ aliq̃ ciue Bono niẽſi ꝺ cõducẽdo hoſpitiũ irreq̃ſitꝭ inquilinis niſi tempus conditionis fuerit elapſum ẽ epiſcopalis excõ/ municatio: per. c. ex reſcripto. extra de locato. De doctoribus ſeu ma giſtris q̃ ſcienter illos religioſos q̃ dimiſerũt habitũ docẽt litteras. ſ. legem vel phyſicã ẽ excõicatio ep̃a lis: p. c. vt piculoſa. ne cle. vl' mo. li/ bro vj. De dñis vl' rectorib⁹ tp̃a lib⁹ q̃ nõ fecerĩt obſeruari ea q̃ ſta/ tuuntur ꝯ inſecutores cardinalium ſeu alicuius de familia eoꝝ vl' pape ẽ excõicatio ep̃alis: per. c. fęlicꝭ. de pe. li°. vj. De his q̃ ĩpediũt viſita/ toreſ nominaliũ vl' cãonicaꝝ: ſi mo niti non ꝺſiſtãt ẽ ep̃alis excõicatio p cle. attendentes. ꝺ ſtatu mo. De ĩpugnantib⁹ litteras pape añ corõa tionẽ ei⁹: ⁊ ẽ bñdicti pape. ij. De q̃buſdã mulierib⁹ q̃ beghine dicun tur: ⁊ ꝺ religioſis fauẽtibus eis ĩ il lo ſtatu: ⁊ erãt iſte certũ habitu; aſ/ ſumẽtes: nulli obediẽtiã ꝓmittẽteſ nec renũciantes ꝓprijs nec regula; hñtes: l; q̃buſdã r̃ligioſiſ ſpirituali ter ĩberẽãt: ꝺ here. c. ad nr̃am. ĩ cle.

Nec ĩtelliguntur ſub hoc nomi/ ne ille que ẽt beghine vel veſtite di cũtur de penitentia beati Domini/

UVA. BHSC. IyR_109_1

ei: vt patet in declaratiõe. Joannis. xxij. ⁊ idem dicitur de tertio ordine beati Franciſci: immo ex illa cle. videntur dici beghine ille excommunicate q̃ hñt illos errores ibi poſitos q cum ſapiant hereſim: eſt hodie forte caſus papalis: ⁊ eſt contra tales beghinas. De his qui abſoluti ab excommunicatione in articulo mortis: vel pp aliud impedimentum non repñſentant ſe q̃citius cõmode poſſunt ei a quo debebãt abſolui: quia reincidunt in eãdem: de ſen. excom. c. eos li. vj. De participantibus cum excommunicato ĩ crimine: ꝓpter quod eſt excommunicatus dando ei conſilium ⁊ fauorem. c. ſi cõcubine. de ſenten. excõ.

De his q abſoluuntur a ſede apoſtolica vel legatis: ⁊ iniungitur eis ꝙ ſe repreſentent ordinarijs vel aliis ſuſcepturi penitentiam ⁊ paſſis iniuriam ſeu alias obligati eis quibus ſcienter ſatiſfaciant: ſi hoc nõ faciunt cum primum commode po terunt: qui reincidunt in eandem ſentẽtiam. d. c. eos. De his qui cõtumaciter aſſerunt romanam eccleſiam non eſſe caput omnium eccleſiarum: nec ei tãq̃ capiti eẽ obediendũ di. xix. c. nulli fas. De his qui ſepeliunt corpora in cimiterijs tempore interdicti in caſibus nõ cõceſſis ĩ iure: cle. eos de ſepul. De his qui excommunicatos publice: aut nominatim interdictos vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepeliunt in cimiterijs dicta cle. eos.

De clericis qui manifeſtis vſurarijs ad exercendum fenus domos locant: vel alio titulo concedũt eſt excommunicatio epiſcopalis: per. c. vſurarum. de vſuris libro. vj. De eo qui non eſt electus a duab⁹ partibus cardinalium ⁊ ſe gerit pro papa: capitulo licet de electio. De monachis ⁊ canonicis regularibus archidiacõis decanis prepoſitis plebanis cantoribus ⁊ alijs clericis pſonatum habentibus: aut etiam q̃buſcunq̃ preſbyteris qui audiunt leges vel phyſicam: eſt epiſcopalis excommunicatio: per. c. nõ magnopere ne cle. vel mo. De religioſis qui temerarie vbicunq̃ habitũ ſue religionis dimittunt excommunicatio eſt epiſcopalis: p. c. vt periculoſa. ne cle. vel mo. li. vj. De religioſis qui accedunt ad ſtudia: niſi a ſuo p̄lato cum conſilio maioris partis conuentus licentia ſibi ſit ↄceſſa. d. c. vt piculoſa libro. vj. De r̃ligioſis qui decimas debitas eccleſijs ſibi appropriant vel vſurpant ſiue qui nõ pmittũt ſolui eccleſijs d̃cimas de animalibus familiarum ⁊ paſtorꝝ ſuorꝝ vel aliorum immiſcentium ipſa aĩalia gregib⁹ eorꝝ tales ſi non hñt adminiſtrationes ⁊ beneficia ſunt excommunicati: ſi habent ſũt ſuſpẽſi: niſi requiſiti deſtiterint infra menſem: cle. religioſi de deci. Et ẽ epalis excõicatio. De monachis ⁊ canonicis regularib⁹ ñ hñtib⁹ aliquã adminiſtrationẽ q ſe ↄferũt ad curias pncipũ ſine licẽtia ſuorꝝ p̄latorꝝ: vt dãnũ aliq̃d inferant ſuis p̄latis aut monaſterijs: ⁊ q ſine licẽtia arma tenẽt ĩfra ſepta monaſterij: eſt epalis excõicatio p cle. ne. ĩ agro. d̃ ſta. mo. De religioſis vl̃ mõialib⁹ pfeſſis ⁊ cle. ĩ ſacr. ordinib⁹ ↄſtitutis: q ↄ̃hunt matrimonium de facto eſt excõicatio epalis: cle.



UVA. BHSC. IyR_109_1

eos de cõſan. ⁊ affi. De inqſitori-
bus hereticoꝝ q ptextu officij inq
ſitionis qbuſuis modis illicite pe-
cuniã extorquẽt: vl' ſciẽter bona ec
cl'iaꝝ ob delicta clericoꝝ fiſco ec-
cl'ie applicãt: nec pñt abſolui niſi q-
bꝰ extorſerint plene ſatiſfacerint õ
pecunia ẽ ẽpalis excõicatio: cle. no-
lentes de here. De religioſis q nõ
ſeruãt iterdictũ qd̃ ſuat ſancta mr̃
eccl'ia romana: vt cle. ex frequenti-
bꝰ de ſen. excõ. De religioſiſ q cõ
fitentibꝰ ſibi nõ faciunt cõſciaꝫ ſci
enter de decimis ſoluendiſ: taleſ ab
officio p̃dicationis ſũt ſuſpẽſi: do-
nec cõmode poſſint faciãt eis cõſci
ẽtiã: ⁊ ſi interi p̃dicãt: ſunt excõica-
ti ẽpali excõicatione: ⁊ ſil'r de religi
oſis q dicũt aliq̃ verba: vt retrahãt
audientes a ſolutione decimaꝝ eſt
ẽpalis excõicatio: p cle. cupiẽtes de
penis. De religioſis mẽdicantibꝰ
q domos ad habitandum vel loca
de nouo reciperẽt: aut de nouo r̃ce
pta mutarent: vel alienarẽt. c. i. õ ex
ceſ. pla. in cle. De fratribꝰ minori
bus q tpe interdicti recipiũt ad di-
uina fr̃es vel ſorores de tertio ordi
ne ſci Franciſci ẽ ẽpalis excõicatio.
c. cũ ex eo. de ſen. excõ. i clementiniſ
Ingredientes monaſteria moniali-
um ordinis p̃dicatoꝝ extra caſus
neceſſarios: q declarant̃ in cõſtitu-
tionibꝰ ſuis: puta ad dãdũ ſacramẽ
ta infirmis: ad medendũ eis: ad re-
parãdũ edificia. ⁊ hiꝰ nõ habita licẽ
tia a papa vel a magiſtro ordinis ſẽ
excõicati nec pñt abſolui niſi a pa-
pa vel a magiſtro ordinis: vel ab a-
lio cui fuerit cõceſſa talis abſolutõ
vt pꝫ in bulla ipſius ordinis: cuius
bulle traſumptũ vidi ego. Ingre-
dientes monaſteria monialium or-
dinis minoꝝ extra caſus neceſſari-
os cõceſſos in cõſtitutionibus ſuis
ſine licẽtia pape vel miniſtri ordĩs
excõicationẽ dioceſanis reſuatam
incurrũt: ꝑut audiui a quibuſdã ſi
de dignis. Nõ ꝙ ab excõicatiõi-
bꝰ que fiunt ab hoĩe ſiue a iudice re
gulariter non põt qs abſolui niſi a
ſuo excõicatore: vel ab hñte plena-
riã iuriſditionẽ ſup eũ: vel a ſuperi
ori ſuo: niſi ĩ articulo mortis. Itẽ
nõ ꝙ fratres predicatores ⁊ volen
teſ ingredi eoꝝ religionẽ pñt abſol
ui a p̃latis ipſius ordinis a ſentẽtijs
excõicationis ſuſpenſions ⁊ inter-
dicti latis ab hoĩe vel a iure: ſaltem
ab illis quoꝝ abſolutio reſeruatur
ẽpo. De materia oĩuꝫ ſupradicta
rum excõmunicationum tã pontifi
ci ſũmo q̃ ẽpis vniuſcuiuſq; dioce
ſis tã a iure q̃ per extrauagantes ⁊
ꝓceſſus curie: vide pleniꝰ ⁊ clarius
ac diffuſius ſi viſ videre in titulo õ
cenſuris eccl'iaſticis: in tertia parte
ſũme: ſiue cõpilate p me fr̃em Anto
nium archiepm Florentinuꝫ. Et ſic
ẽ finiſ oĩuꝫ caſuũ tã ſũmo pontifici
q̃ ẽpis reſeruatorum.

Rimo nõndd ẽ ꝙ ſunt due
ſpẽs excõicationis. ſ. maio-
ris ⁊ minoris. Excõicatio
maior ſemp ẽ pctm̃ mortale: ⁊ talis
p̃mo eſt ſeparatus a deo: ⁊ non põt
cõicare pro aliqua vtilitate aĩe ſue.
Secũdo eſt ſepatus a ſancta eccl'ia
. ſ. a cõione ⁊ participatione fideliũ
exceptis his caſibꝰ qui ſupra ſpeci-
ficati ſunt. Et ſũt qnq; in quibꝰ ipẽ
excommunicatus non poteſt parti
cipare qui continentur in hoc vſu.
Si ꝓ delict] anathema qs efficiat̃.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Os orare vale cõio mẽſa negatur. Qui ſic itelliguntur. Os.i.locutio. Orare.i.oratio cuȝ alijs in eccleſia. Cõio.i cõicatio ſacramẽtoꝝ. Uale .i.ſaluatio. Menſa.i.cibus ⁊ potus Excõicatio vero.minor aliqñ ẽ mõtale peccatũ aliquando veniale: ſed anteq̃ꝫ dicatur qñ ſit mortale vl' veniale. noto prius ꝙ nouem modis hõ poteſt incurrere excõicationem minorem. Primo qñ quis participat cuȝ excõicato excõicatiõe maiori aliquo illoꝝ modoꝝ ſuperiꝰ dictoꝝ. Scðo qñ quis cõmittit ſacrilegiũ: ſicut qui furatur in eccl'ia vel in ea illicitum q̃d facit. Tertio qñ quis ẽ publicus concubinarius vel fornicator. Quarto quando quis acceptat aliquã eccleſiaȝ a laico ⁊ illaȝ ſic tenet: vt.xxvj.q.ij.c. ſi quis. Quinto qñ quis eſt ſimoniacuſ q̃ eſt etiam excõicatus excõicatõne maiori. Sexto ſ'ꝫ quoſdã qñ i bello iniuſto ꝯ chriſtianos exercet q̃s arteȝ baliſtaꝝ aut ſagittarũ. Septimo oppreſſores inopum ⁊ pauperũ publici p̃dões: publici vſurarij: meretrices qui oẽs largo modo loquendo pñt dici excõicati pro quãto taliũ oblationeſ nõ debẽt admitti ad altare ſanctũ dñi. Octauo illoꝝ q̃bus ꝺnegatur eccleſiaſtica ſepultura: ſicut ſũt illi qui moriuntur in torneamẽtis: q̃ dato ꝙ penitentes moriant' non ponũtur i cimiterio: ſil'r ẽt d'r de illis qui nõ cõicant ſemel in ãno ſine neceſſitate ⁊ cã: vt.c.oĩs.de pe.⁊ re. Nono oẽs publici peccatores. Oẽs aũt caſus ſupradictos ponit Innocẽ. Rai. ⁊ Hoſtien. ⁊ i quolibet p̃dictoꝝ caſuum põt abſoluer' ſimplex ſacerdos

eps: p̃terq̃ꝫ forte in ſimonia ⁊ excõicatione maiori. In primo g̊ caſu.ſ.i pticipatione cuȝ excõicatis maiori excõicatione põt hõ peccare mortaliter ⁊ venialiter. Mortalit' tripliciter. Primo qñ pticipat' in eodem crimine pp̱ qð ipe ẽ excõicatus dãdo ꝯſiliũ auxilium ⁊ fauorem: rõne cuiꝰ pctm̃ cõmittitur. Scðo qñ participat cuȝ excõicato in aliquo alio crimine mortali ab illo pp̱ qð ipſe eſt excõicatus. Sed in p̱mo caſu nõ ꝙ participans cũ excõicato i eodem crimĩe vt dictũ eſt incurrit excõicationẽ maiorẽ: ſed in ſcðo modo cadit tm̃ in minori excõicatione etiam ſi mortalit' peccat. Tertio q̃ cõicaret cũ excõicato maiori excõicatione in ſacramẽtis puta acciper' corpus xp̃i cũ eo: vl' ſacros ordines ĩcurrit excõicationẽ miorẽ: peccat tñ mortaliter. In alijs aũt caſibꝰ ſupradictis nõ peccat quis participãdo cũ excõicatis: niſi ꝓ q̃ãto aliq̃s in contẽptum p̃cepti ⁊ ꝓhibitionis facte audacter cũ excõicato: ⁊ ad libitũ ꝯuerſaret': aut i ſalutando: vel i comedẽdo: aut in loquẽdo ſine neceſſitate: aut in orando vl' cõicãdo. Sꝫ nõ ꝙ ſacerdos recipiẽs aliqueȝ excõicatũ maiõi excõicatõe ad officiũ eccl'ie: aut ad ſacramẽta: aut ad eccl'iaſticam ſepulturã: non ſolum mortaliter peccat: ſꝫ ſubito ẽ ſuſpẽſus ab adminiſtratione ⁊ ſibi eſt interdictus introitus eccl'ie quouſq̃ꝫ ſit abſolutus: ⁊ efficitur quaſi irregularis: ⁊ ſi taliter interdictus moriatur non dꝫ poni i cimiterio: nec dꝫ ꝓpter timorẽ ſacerdos deſiſtere q̃n taleȝ excõmunicatũ expellat de eccleſia: q̃r nõ excuſat' rõne timoris

UVA. BHSC. IyR_109_1

niſi talis eēt timor q poſſet cadere i cōſtātem viꝝ: tūc.n.ſm quoſdā excuſat ab interdicto. Hoſti.autē dicit ꝙ beatus erit talis ſacerdos ſi ſe preparet ad martyriū. Nō igit̄ quō habuiſti ꝙ in nouem caſibus hō cadit in excoicationē minorē ratione cuius ſepatus eſt ab effectu ſacramētoꝝ ꝛ q̄ntum ad deum. Nam peccatum mortale aīam ſepat a deo: ꝛ excōicatus qūocunq̄ eſt in peccato mortali: ꝑterq̄ participando cū excōicato maiori excōicatōne i loquēdo: ſalutando: ꝛ orando cōicādo: ꝛ comedendo: i quib⁹ caſib⁹ ſm Tho. hō nō peccat mortaliter niſi ꝑpter cōtēptuz dato ꝙ excōicatōēz incurrat: iō qui ē in peccato mortali quocūq̄ aliter eſt excōicatus: etiā q̄ntuz ad eccl'iaz eſt ſeparatus ab effectu .i. a grā ꝛ ſacramentis: quia null⁹ q eſt i peccato mortali: cū ſit indiſpoſitus pōt cōſequi grām ſpūs ſancti pōt tn̄ intrare in eccl'iam ſtare i officio diuino: ꝛ etiā cū alijs in alijs pticipare: ſed nō pōt pacē in eccleſia recipe: cum pax ipa ſit loco coīonis Sed hec oīa pleni⁹ habētur in decretis ꝛ decretalib⁹: ꝛ i ſūmis ideo cū expedit videre: quare diligenti⁹ in ipſis.

Oſtq̄ ille qui vult cōfiteri dixit ex ſe ea que voluit de peccatis ſuis: ſi nō dixit ſufficiēter: qḋ q̄ſi ſemp accidit: iterrogandus ē plene de his que nō dixit ꝑut videbit̄ fore expediēs. Si vō modicū vl' min⁹ dixit potes iterrogare ſm ordinē impoſitū: vz primo de decē p̄ceptis: poſtea de vicijs capitalib⁹: nō autē oēs de oībus: ſed de illis que ſolēt in talib⁹ reperiri: ꝛ nō ſolū de iſtis peccatis iterrogādi ſunt: ſed de oībus circunſtantijs peccatoꝝ ꝑut ſupra ſatis oſtenſuz eſt. Nō tn̄ eſt neceſſe de quolibet peccato mortali oēs circūſtantias ꝑdictas cōfiteri: ſed ſolū illas q̄ trahunt peccatū in aliam ſpeciem: que .ſ. habet ſpāles deformitatem oppoſitam alicui preceptorum. Sed ꝛ d̄ numero peccatorum mortalium. ſ. quotiens mortale peccatum cōmiſſum eſt in qualibet peccatorum ſpē diligenter interrogandum eſt.

Incipit prima pars d̄ modo iterrogandi penitentes a confeſſore ſz decem precepta legis. Primuz preceptum continet tria capitula.

Primum

Nuz cole deū. Circa hoc ꝑmū preceptum ſic potes interrogare ꝛ ꝑmo de votis.

De votis.

Ota ſm magiſtrū ſnīarūz i iiij. di. xviij. ꝙ votū ē teſtificatio q̄dā ꝑmiſſionis ſpōtanee que fit deo: de his que dei ſunt: ꝛ fieri dz vel breuius ſm Tho. Uotum ē ꝑmiſſio deo facta de aliquo qḋ ſit deo acceptū: ad qḋ requiruntur tria. ſ. deliberatio volūtatis: ꝑpoſitum ꝛ ꝑmiſſio: vltimum oritur ex ſcḋo: ꝛ ᵐ ex ꝑmo. Si trāſgreſſus eſt ſeu obmiſit implere aliqḋ votū licitum: ꝛ ſi aduertenter cū poſſit ē ſemp mortale: ꝛ totiens quotiens frangit. Secus ſi ex obliuiōe vl' q̄ nō poterat vt infirmus ieiunare: ꝛ hi⁹. Si vouit ſe aliqd mali. facturū: vt vindictam: vel maioris boni ipeditiuū: vt nō igredi religionem hoc eſt mortale ꝛ ſine aliqua diſpēſatōe dz illud infringē. Si nimis

UVA. BHSC. IyR_109_1

tardauit implere ꝓpter qđ a memo
ria excidit oio: vel venit ad ſtatum
non valendi implere: cum pri⁹ po/
tuiſſet moꝛtale videtur. Idem quā
do dimiſit ꝓpoſitū implendi: cū
tamen poſſet: alias moꝛa implendi
votum quando ſibi non pꝛefixit tē
pus non videtur moꝛtale: niſi moꝛa
eſſet valde nimia: ⁊ niſi ex hoc ei im
mineret periculū non valendi im/
plere: vt de voto ingrediendi reli/
gionem cum tamen non haberet
cauſam legitimam cogentem dila/
tionis tunc etiam eſt moꝛtale.

Si fecit votū d̄ re licita: vt d̄ ele
moſyna ieiunio ⁊ hi⁹: ſed ob malū
finē: puta vt poſſit facere vīdictā
adulterium ⁊ huiuſmodi moꝛtale
peccatū eſt nec tenetur illud iplē.

Si fecit votum abſtinentie ⁊ hi⁹
⁊ dubitat vtrum poſſit iplere vl' ñ
⁊ ſine diſpenſatione vel cōmutatio
ne ſuperioꝛis cū poſſit faciliter re
currere ad eum: vel ad confeſſoꝛē
ſuum ꝓ cōſilio frāgit moꝛtale vide
tur. Nō tñ ꝙ viri poſſunt irritare
vota vxoꝝ. ſ. ſubſtantie peregrina
tionis elemoſyne: ⁊ acceſſus ad ta/
lem locum: ⁊ maxime votū elemo
ſynarum ſi non habent niſi decem
abſq3 alia ſuperioꝛum diſpenſatiōe
⁊ ſi fiat talis irritatio etiam ſine cā
rationabili a viro ammodo non te
netur vxoꝛ implere talia vota. Du/
bium eſt de voto hieroſolimitano
qꝛ hoc in fauoꝛem fidei emittit. De
irritatione votoꝛū impuberum ⁊
filioꝛum familias ⁊ religioſoꝛū vi
de in ſcđa pte ſūme ti. vltimo. Si
habens votum caſtitatꝭ: vl' religio/
nē itrādi ⁊ mr̄moniū ɔ̄xit moꝛtale
eſt: nō pōt cōſumere illđ abſq3 moꝛ
tali peccato: qꝛ adhuc pōt illud iple
re: ⁊ dā ante conſumatōem mr̄imo/
nij: poſt conſumationem vero red/
dere tenetur debitum etiam inter/
pꝛetatiue petenti. Sed exigendo ſē
per peccat moꝛtaliter: vnde conſu/
lendum eſſet ei petere ſuper hoc di
ſpenſationē a papa ſecundū Guil.
poſſet etiam epiſcopus diſpenſare
niſi eſſet talis continens et obſer/
uans ipſum. Si fecit votum ſtul
tum ⁊ irrationabile: vt ieiunare do
minica die: vl' non pectinare caput
vel lauare in ſabbato: ⁊ huiuſmodi
moꝛtale non eſt: ſed pꝛohibendus ē
illud implere.

De voti tranſgreſſione.

T nota ꝙ a tranſgreſſione
votoꝝ poteſt de iure cōi et
cōſuetudine cōfeſſoꝛ abſol
uere qꝛ non eſt de caſibus reſerua/
tis: ſed de diſpenſatione ⁊ cōmuta/
tione votoꝝ nō pōt ſe intromitterē
ſine ſpeciali cōmiſſione dioceſano/
rū: vel alterius q poſſit illam dare.
Epi autem in oibs poſſunt cōmu/
tare vel diſpenſare: niſi in voto ca/
ſtitatis vel religionis ⁊ tribus votꝭ
peregrinatiōis. ſ. hieroſolymitani:
ad ſanctum Jacobum: ⁊ ad limina
apoſtoloꝛum. i. Romam: in quibus
votis papa vel ſummus penitentia
rius ſoli diſpenſant: vel cōmutant.
De votꝭ hēs in ſcđa pte ſūme.

De ſuperſtitionibus. c. ij.

J fecit ipſe vel fieri fecit alī
qđ maleficiū: ſeu iuxta vul
gare malias i qbus ſēp fiūt
icātatiōes occulte vel manifeſte: đ
monū iuocatōes: qđ ſēp eſt moꝛta/
le: ⁊ dignum moꝛte coꝛpoꝛali.
Vt incātationibus

UVA. BHSC. IyR_109_1

I fecit vel fieri fecit vel ꝓ
curauit aliquã ĩcantatiões
cũ ſacramẽtalibus eccleſie
vt aqua baptiſmali vel oleo ſctõ et
hi⁹: ob ſanitatẽ vel aliã cãm ẽ mor/
tale ⁊ grauiſſimũ.

De odoratione creaturaꝝ.

I odorauit aliquam creatu
ram faciẽdo orõnez ad eaz
vt ad lunaz ſolẽ ⁊ ſtellaſ cũ
primo apparent ⁊ hi⁹: eſt mortale
peccatum.

De diuinationib⁹.

I fec̃ l' fieri fecit aliquã di/
uinationẽ ad ĩueniẽdũ fur/
ta: l' ad ſciẽdũ occulta: l' fu/
turũ: qđ ſibi ɔtigẽ põt ẽ mortale.

De arte notoria.

I didicit artẽ notoriaz: vel
vſus eſt ea ad ſciẽduz aliq̃
vel ſi vſus ẽ arte nigromã
tica mortale ẽ: ⁊ ſi hz librum inducẽ
dus eſt vt eũ comburat: al's non eſt
abſoluenduſ ſicut ẽ liber Almadel
Sexiforas ⁊ alij libri cõburẽdi ſt:
q2 mortale ẽ vti eis.

De ɔſtellationib⁹.

I ex ɔſtellatiõib⁹ l' planet]
ſub qb⁹ natus ẽ aliqđ iudi/
cauit dt̃miate de ɔuerſatio
ne ei⁹. Idẽ ſi ex phiſonomia credẽ
.n. hoiez ex fcõ l' ɔſtellatõe l' cõple/
xione cogi ad bonũ l' ad malũ ẽ hẽ/
ticum.

De ſortibus.

I vſus ẽ ſortib⁹ dĩnatorijs
qđ ẽ mortale: ex leuitate ãt
veniale. Si dedit aliqđ tur
pe vxor viro ad comedẽdũ: vl' alte
ri vt amaret eã l' fec̃ vl' dixit aliqđ
turpe ad hi⁹ ẽ mortale; interogãduz
ẽ quid fuit illud.

De incãtationibus.

I fecit vel fieri fec̃ aliquã ĩ
cãtatõz ob ſanitatẽ ɔſeq̃n/
dã: ⁊ qñ h̃ fit ſciẽdo eẽ ꝓhi
bitũ: ẽ mõtale cõit: qñ ṽo ex ſimpli/
citate fieret putãdo eẽ bõaſ orõneſ
dr̃ veniale. Sed ſi nollet in futuꝝ
abſtinere negãda ẽ ei abſolutio: q2
ex obſtinatõe ⁊ malicia vr̃ eẽ mor/
tale ⁊ ĩterrogãdũ ẽ đ ṽbis qb⁹ vtũ
tur: ⁊ đ obſeruantijs q̃s addũt.

De breuibus.

I fecit vl' fieri fecit. vel v/
ſus eſt breuibus: que cõmu
niter ſunt ſuperſtitioſa ex
verbis vl' charta in qua fiunt: vel
modo imponendi vel portandi vel
tempore ſcribendi: ⁊ inuenta ſuper
ſcriptione earum imponendum eſt
ꝙ comburant: ⁊ ſi nollent non ſunt
abſoluendi: quia tunc eſt mortale.
Si ṽo putabãt talia eẽ licita tanq̃
orõnes veniale vr̃.

De obſeruatõibus tẽpoꝝ

I obſeruauit vnam diem:
magiſ q̃ aliã: in q̃ incipien/
do aliqui tanq̃ malum. vt
dies egyptiaticos: vel diem in quo
occurrit decapitatio ſancti Joan/
nis baptiſte: vel diem aſcenſionis:
in colligendis herbis ⁊ huiuſmodi
veniale videtur: quando ex ſimpli/
citate hoc fit ſiue ſcribẽdo aliqua:
vel portando ad ſuſpendendum in
aliquo loco ſi ſimpliciter credit ve
niale ẽ. Si vero hec crederet ani/
mo obſtinato: tunc mortale eẽt ta/
lia obſeruare.

De ſomnijs

I obſeruauit ſomnia faci/
ens aliquas oratiões ⁊ ob/
ſeruationes: ⁊ poſtea ex hiſ

UVA. BHSC. IyR_109_1

q̃ ſõniat volẽdo de futuris ⁊ occul
tis iudicare ⁊ ꝓnuntiare mõtale ē:
alˀs aũt ſine obſuatiõe adiuncta ad
hibere fidē nimis ſõnijs pctm̃ ē: ⁊ ſi
ex ſe non ſit mortale. tñ piculoſũ ē:
q2 ſic diabolus multos decipit.
Si ex effuſione olei de lucerna
vel craſitatione aliquaꝝ auiũ ł vlu
latu canũ vł magnitudie ⁊ cõtinui-
tate ventoꝝ: ⁊ hiᵒ exiſtimauit aliqd
mali euentuꝝ qd̃ factũ eſt. Si exi
ſtimauit mulieres cõuerti i gattas
vel alia aĩalia ⁊ ire de nocte ⁊ ſuge-
re ſanguinē pueroꝝ ⁊ hiᵒ qd̃ ē ipoſ
ſibile niſi deo: ⁊ iõ fatuũ ē credere.
De hac mã: diuinationũ incantatio
nũ ⁊ oiuz ſupſtitionũ vid luce clari
us in decretis. xxvj. c. p totum.

De blaſphemia multiplici dei ⁊
ſanctorum. c. iij.

I blaſphemauit deũ vz di-
cendo cũ nõ eē iuſtũ ⁊ oĩa i
iuſte diſponē ⁊ eē accepta-
torē pſonaꝝ: vel nõ videre q̃ fiunt:
vel non curare de actibᵒ hominum
vel ꝑdi orē: vel ſine merito munire
⁊ flagellare eũ vel nõ poſſe iſtud vł
illud facere ⁊ hiᵒ: qd̃lz hoꝝ ē mor-
tale: cũ aduertit qd̃ dicit ⁊ itelligit.
Si blaſphemauit deum vel ali-
quē ſactũ q̃ ꝓprie dr̃ maledictio: vt
maledictus ſit ⁊c̃. vt ſit ex ira ſemꝑ
eſt mortale: ſi aduertit ipſa ꝟba.

Secundum p̃ceptũ de iuramētis
⁊ periurijs: ⁊ hz. c. duo.
Primum.

Ne iures vana p ipm. Pri-
mo d̃ periurio ſi iurauit in
aliqua curia coram iudice
mēdatioſe mõtale ē quãtũcũq: alˀs
haberet iuſtã cauſam: ⁊ qui inducit
ad hoc aduertenter vt iudex aduo
catus ꝓcurator: ⁊ huiuſmõi morta-
liter peccat. Si iurauit etiam ex
iudicium in cõi ſermone quacunq3
ex cauſa vel leuitate vł vtilitate vł
iocoſitate vel qualiſcunq3 mõ: non
ſoluz ad ſancta dei euangelia ⁊ per
corpᵒ chriſti ⁊ ſanctoꝝ: ſed etiã per
fidem: per deuz: ſi deus me adiuuet
per virginē mariam: per crucē per
aĩam ſuam ⁊ huiuſmõi: hoc ſemper
eſt mortale qñ aduertit ſe iurare ⁊
falſum dicere ⁊ totiēs quotiens ſic
iurando aduertit. Si iurauit ali
qd p certo: de quo dubitat vtrum
ſic ſit mõtale ē: ⁊ precipue iurãdo i
iudicio. Si iurauit ꝑpetrare ali-
quid qd̃ eſt mortale: vt facere vin-
dictaz nõ dimittere concubinã: ſer
uare iniuſta ſtatuta: tenere ſecretaz
iniquã coniurationez mortalit̃ pec
cauit: nec debet illud ſeruare. Si iu
rauit tenere ſecretũ aliqd qd̃ ē tra-
ctatũ in cõſilio: vel aliud qd̃ nulli ē
nociuũ: ſi aduertēter mãifeſtat pec
cat mortalit̃ ipe ⁊ qui ſtimulat cum
ad manifeſtãdũ ſciens illud eſſe ſe-
cretũ. Si iurauit ſeruare ſtatuta
alicuius ciuitatis vel vniuerſitatis
aliqd̃ ſcienter ex illis trãſgrediēdo
ſtatutis peccat mortaliter. Si tñ
aliqd̃ ſtatutũ ē abrogatũ p̃ c̃riaz cõ
ſuetudinē: q2 quotidie per oēs ſit c̃
riũ ⁊ diu nõ videtur periurus ſi nõ
ſeruat illud eo q nõ hz vim ſtatuti
di. iiij. §. leges. Si iurauit per ali-
quē modũ opprobriũ per dei mem-
bra vel ſcõꝝ vt faciunt ribaldi mõ
talr̃ peccauit: q2 blaſphemia repu-
tatur. xxij. q. i. c. ſi qs per capillum.
Si ꝓmiſit ſe aliqd factuꝝ licitũ
in honorē dei vel alioꝝ ſanctoꝝ: ſi
nõ intendebat obſuare mortaliter

UVA. BHSC. IyR_109_1

peccauit. Si aūt intēdebat obſua
re ſ3 veniente termino q̄ d3 iplere n̄
ſeruat ꝑmiſſum:cū tn̄ poſſet l3 cu3 i
cōmoditate ſua peccauit mōtaliter
niſi ille cui ꝑmiſit an̄ terminū rela
xet iuramētū:qđ facere pōt ſi ꝑmiſ
ſū in illi⁹ vtilitatē tantū cedat: nam
ſi in vtilitatem alioꝝ vel i honore3
dei ꝛ ſanctoꝝ nō poteſt ille relaxa
re:ſed ad epm vel papā ꝑtinet rela
xatio vel cōmutatio:ſi aūt nō pōt i
plere excuſatur a peccato pro tunc
cum nō poteſt. Si qs etiam pro
mittat cu3 iuramento ſe aliquid fa
cturū qđ non eſt alicuius iportatio
nis boni vel mali: vt mr̄ de verbe
rando filiū: vel de bibendo vel nō
ꝛ bi⁹ videt̄ veniale iuratio ꝛ periu
ratio. Si iurauit ſine cā rōnabili
ꝓ quibuſcūq3 minimis:dicendo eti
am veritatem veniale eſt:niſi face
ret in contēptum ꝛ inducēduſ ē:vt
abſtineat ꝓpter periculū periurij.
Si induxit aliquē ad iurandum
quē oīo credebat falſum iuraturu3
mortaliter peccauit:niſi eſſet iudex
hoc faciens ex officio ſuo ſm̄ iuris
ordinem.

De adiuratione.c.2.

E adiuratōe que ē īducere
aliquē ad aliqd faciēdū ob
īnuocationē alicuius rei ſa
cre:ꝛ ſi eſt per modū coactionis in
tendens eum obligare per modum
iuramenti ad aliqd faciēdu3: vt ad
ſuperiores ꝛ alios in quib⁹ non h3
ptātem eſt mortale:ſicut adiuratio
Caiphe ꝯ dn̄m. Ad ſibi ſubditoſ ve
ro ē licita eo caſu q̄ liceret eis preci
pere aliter nō:ꝛ tūc adiuratus tene
tur illud facere vel dicere al's eſſet
mortale ſicut tranſgreſſio precepti

Si adiurauit prelatos vl' ſocios
vel īferiores p modum deprecatio
nis intendens reducere ad iuramē
tum ad aliqd boni faciendū: nō eſt
malum vel veniale. Si leuit' ꝛ ſi
ne cā eſt adiuratus nō faciēs illđ n̄
peccat Tho. Si adiurauit dmo
nes p modū precis vel ad fiendum
aliqd ab eis:vel aliqd obtinendu3
auxilij ē mortale: niſi qs faceret ex
familiari conſilio ſpūſ ſci:vt' niſi ex
quadā ſimplicitate:querens ab ob
ſeſſis a diabolo:ſed per modu3 coa
ctionis l3 eos adiurare ne nobiſ no
ceant. Si adiurauit creaturas ir
rationabiles ne diabolus eis vtat̄
i nr̄m nocumentū l3. Si aūt vt dē
mon operet̄ in eis mortale eſt: vt i
cātatores ſerpentiū. Si in cātile
nis ꝛ turpib⁹ fabulis miſcuit deū ꝛ
ſanctos:ꝛ i narrationib⁹ turpib⁹ ꝛ
amatorijs ē mortale: alias veniale
niſi faceret in contemptum dei.

Tertiu3 preceptum de obſerua
tione feſtorum continet duo.c.

Primum.

Abbata ſcifices. Quia quā
tū ad determinatōem dicx
iſtud ꝑceptū ē de iure poſi
tiuo:iō hic anectē potes de ieiunijs
eccl'ie ꝛ de auditōe miſſe. Primo
ergo ſi fecit aliqđ manuale op⁹ die
bus dominicis ꝛ feſtiuis: vel alias
preceptis ab eccleſia extra neceſſi
tate3: quia mortaliter peccauit ſi p
notabile ſpaciu3:ſecus ſi fueret ali
qua puncta. Si vero ex neceſſi
tate v3 quia hoſtes expectant vel
veniunt inundationes aquarum ꝛ
huiuſmodi tunc liceret remouere
blada ꝛ ſupellectilia ꝛ huiuſmodi:
ꝛ debent obſeruari de veſpera in

UVA. BHSC. IyR_109_1

veſperam.i.de ſero ad ſero.de con
ſe.di.iij.c.pronunciandū.ꝛ hic req/
ritur magna prudentia in conſulen
do. Si vendidit vel emit diebuſ
feſtiuis nō comeſtibilia de die i diē
vt panē vinū caſeuz carnes ꝛ hui⁹
modi mortaliter peccauit. Si p
modū negotiationis nō in caſu ma
gne neceſſitatis. Jn nundinis tñ ex
quo prelati eccleſiaꝝ tolerāt: ſi nō
imitunt audire miſſam ſm Pe. de
pal. videntur excuſari qui mercan
tur in diebus feſtiuis ſcilicet a pec/
cato mortali. Si fieri fecit aliqđ p̄
dictoꝝ a ſuis filijs diſcipulis ſuis
laboratoribus ſine neceſſitate pec/
cat mortaliter mādans ꝛ exequens
Si tñ mandans ſeu magiſter vł
patronus nō habet neceſſitatē: ſed
diſcipulus eius vel ſeruus vel ru/
ſticus habet neceſſitatem: ita ꝙ ali/
ter non poſſet viuere: vel qa diſci/
pulus non obedit aliquando magi
ſtro in his diebus vendendo vł fa/
ciendo aliqđ exercitium eius artis
pro aliquo tempore. Et nec iſte nec
alius de illa arte vult cōducere euz
ſecum ꝛ aliud exercitium neſcit fa
cere videtur ipe excuſari. Nam ſi i
obſequium eccleſiarum paupercu
larum aliqñ licet aliquid laborare
dieb⁹ feſtiuis ſm doctores ꝙto ma
gis licet pro ſuſtentatione vite ei⁹
in neceſſitate tuti⁹: tamē eſſet eligē
aliquam artem ſi poſſet. Similiter
de ſcriptoribus pro precio ꝛ confi/
cientibus inſtrumenta ꝛ iudicanti
bus ꝛ facientibus longas dietas ñ
cauſa cupiditatis ſed neceſſitatis:
qꝛ nō bene aliter poteſt fieri. De
barbitōſoribus ꝛ huiuſmodi. Me
dicinalia autem ſemper licet facer̄
ꝛ medicari ꝛ talia vēdere. Si per
totum diem feſtū vacauit ludis ve
natōnibus aucupijs choreis ꝛ alijs
vanitatibuſ mundi. Frequenter.n.
in his occurrunt mortalia peccata
ꝛ ſi de ſe iſta non ſint mortalia. Et
etiā mortale pctm̄ diebus feſtiuis
cōmiſſum ſit graui⁹ pꝫ: ꝛ iō de hi⁹
confitendum ē.

De auditione miſſe diebuſ domi
nicis ꝛ feſtiuis.

J nō audiuit totaz miſſam
diebus illis: ſed omiſit: vel
ex contēptu: vel ex cupidi/
tate lucrandi vel cauſa eundi ad ſo
latiuz: vel ad conuiuia: ſeu ex neg/
ligētia vel ignorantia craſſa morta
liter peccauit: ꝛ totiens quotiēs di
miſit. Jdem ſi audiuit: ſed nō totaz
dimittendo notabilem partez ꝺ cō
ſe.di.i.c.miſſaſ. Secus vero ē ſi mo
dicam partem miſſe dimiſit. Et
autem quis audiat i parrochia ſua
vel alibi miſſam propriaz de die vł
aliam audiēdo: vł non intelligēdo
ꝟba: vł non audiendo: qꝛ ſubmiſſe
dr̄ vł audiat alibi ſeu a concubina
rio: vel ſimoniaco ꝛ huiuſmodi: vł
non ſimoniaco ꝛ cōcubinario: ex q̄
prelati non ꝓuident ſup hi⁹: non vi
dentur ſimplices ſollicitandi: ſꝫ di/
mittenduz cōſcientijs eoꝝ: vł talia
abundant ſcđm Pe. de pal. ꝛ Guil.
durañ. Dimittens vero auditō
nem miſſe ex infirmitate vel ex tali
occupatione quaz non pōt dimittē
vel ſeruire infirmo. vł alia iuſta ca
uſa: puta quia manet i caſtris excu
ſatur. Excuſātur etiam puelle
que dimittuntur a parentibus do
mi: non tñ eūtes ad choreas: vidue
etiam que manent in domo clauſe

UVA. BHSC. IyR_109_1

p̄ mēſes nō excuſat᷑:ſec⁹ ſi per dies xv. vel p̄ menſē.

De obſeruatione ieiunioꝝ.c.ij.

Si qs dimittit ieiunia eccleſie vel quadrageſime: q̄ttuoꝛ tēpoꝝ: ꝛ vigilias feſtoꝝ xp̄i ac ap̄loꝝ ꝛ ſc̄ōꝝ p⁹.21. ānū peccat moꝛtal'r: niſi habeat cām legitime cū excuſātē: vel ſaltē exiſtimet ſe h̄re: puta cum eſt ſatis debilis: vl' videt᷑ ſibi eē pp̄ qḋ credit non poſſe ieiunare ſine notabili coꝛpori detrimēto: lꝫ h̄ꝫ v̄itatē poſſit: talis nō videt᷑ de facili ɔdēnandus de moꝛtali: ex quo p̄atus erat obedire p̄cepto ſi credidiſſet ſe poſſe: aliter eſt moꝛtale: ꝛ totiens quotienſ dimiſit aliquē diem ieiunij: qlibꝫ.n. dies eſt ſub vno p̄cepto: ſed ante.xxj. ānū inducēdi ſunt iuuenes ad ieiunādū: ſed ēt īterrogandū ē ō numero dierū quos dimiſit ꝛ qua de cā. Si v̄o notabiliter anticipauit hoꝛā comedendi: puta circa hoꝛā tertiam ſine cā legitima non ē ieiunium: vnde ꝛ moꝛtale: hoꝛa aūt cōgrua ē circa nonam: tardare āt poſt nonā non ē vitium: niſi fiat ex ſupſtitōne. Si cū ieiunauit ex ſtatuto eccl'ie vl' ex voto: vl' ex iniūctione ɔfeſſoꝛis comedit ō ſero fruſtū panis vel de pluribus fructib⁹ aut cōfectionib⁹: vel de vno gn̄e tm̄: ſed in magna quātitate ieiuniū fregit. Si v̄o aliqd confectionū ſumit in parua quātitate nō ſoluit ieiuniū: niſi fieret in fraudē ad nutriēdū: ſed ſum̄do aliqd fructuū p modū medicine ne .ſ. vinum lauet ſtomachum nō videt᷑ eſſe malum. Poteſt autē qs ī die pluries bibere ſumpto pꝛandio: et non frāgit ieiunium niſi fiat in fraudem vt dictū eſt. Debiles ꝛ multum laboꝛātes itinerātes p̄egrinantes ac nutriētes pauperes ꝛ huiuſmodi quomodo ꝛ quādo a ieiunio excuſetur vide pleni⁹ ī ſūma.

Quartū p̄ceptū ō honoꝛe parentū ꝛ h̄ꝫ duo.c. Pꝛimū.

Habeas in honoꝛe parētes quere pꝛimo. Si dixit v̄ba contumelioſa: vel op̄p̄bꝛioſa parentibus moꝛtaliter peccauit. ꝛ multo magis ſi verberauit etiam leuiter. Idem ſi parentes irriſit. Si blaſphemauit vel maledixit ipſis defunctis ꝛ viuis. Si non obediuit eis in licitis ex contemptu peccauit moꝛtaliter: etiam in paruis rebus: ſecus ſi ex negligentia in rebus non multum ponderis. Si non prouidit neceſſitatibus coꝛum: cum poſſet moꝛtale eſt. Si non impleuit legata facta ab eis ad pias cauſas: ſed multum diſtulit pꝛopter īcommoditatem: cum tamen poſſet peccauit moꝛtaliter. Si nō reuerenter ſe habuit ſed cōtempſit vel dure locutus eſt: vel pꝛouocauit ad iram vel non ſuppoꝛtauit eos: vel diligenter non pꝛouidit: veniale eſt.

De gubernatōe familie.c.ij.

Si non pꝛouidit magnis neceſſitatibus victus ꝛ veſtitus filioꝛum vxoꝛis ſeruoꝛum cum poſſet ex auaricia vl' crudelitate moꝛtale eſt. Itē ſi p̄pter hoc illegitimos filios miſit ad hoſpitale l' ſeruos q ſibi b̄n ſeruierūt. Si non adhibuit diligentiam ad hoc vt boni eſſent: ꝛ mandata dei ꝛ eccleſie obſeruarent: vt de ɔfeſſiōe

UVA. BHSC. IyR_109_1

cõſione auditõe miſſe de honeſtate
⁊ hꝰ: ⁊ ſi notabilē ĩ hoc cõmiſit ne-
gligentiam: non curãdo vł nõ cor-
rigendo mortale eſt vł veniale gra
ue. Si dixit vxori ꝟba ↄtumelio
ſa vocando ſcortuꝫ ⁊ hꝰ. vel ꝟbe
rauit aſpere ſine cauſa rõnabili: ſꝫ
ex iniuria mortale eſt: ſecus ſi alias
ei dura ⁊ aſpera ꝟba loqtur. Si
vxor cõtendit cũ viro in licitis re-
bꝰ nollens obedirẽ ex hoc prouocãſ
eũ ad blaſphemandum deũ vel ſã-
ctos vel ad aliud grande inconue-
niẽs mortale: ſi eſt occaſio data ad
hoc. Si vir permittit vxorem face-
re vanitates aut ornatus vł tripu-
diatus ⁊ hꝰ: ⁊ alia multum ꝓuocã-
tia ad laſciuiam mortale videtur
ſi ꝟo non videtur multus exceſſus:
veniale. Mater q̃ mittit filias ad
choreas ⁊ alias mundi vanitates:
⁊ non ducit ad miſſam cõfeſſionem
communioneꝫ: peccat mortaliter ⁊
non videtur poſſe excuſari a mõta
li. Si dñs vł dña non ꝓuidit ne-
ceſſitatibus corporalibus ſeruoruꝫ
⁊ ancillarũ ⁊ ĩfirmos mittit ad ho-
ſpitale ⁊ non curat de neceſſitate
eoꝝ vł non dat eis abilitatē ad ↄfi-
tendum cõmunicandum audiendũ
miſſam cũ poſſit: vel faciat in feſtis
laborare: mortale ē in quolꝫ horuꝫ.
Si nimis dure vel nimis remiſ-
ſe alias ſe habuit in gubernatõe fa-
milie ubi quo oẽs delinquunt ẽt per-
fecti cõiter veniale eſt. di. xxv. c. q̃ł.
Quintum p̃ceptũ de homicidio
c. vnum.
Non occiſor eris: ⁊ prio que
re. Si occidit extra ordinē
iuris aliquē voluntarie: vł
p̃ter intentionē a caſu: dãdo operã
rei illicite: vt in ludo noxio: vł ad
ſaxa vł ẽt rei licite: ſed nõ adhiben-
do ↄbitã diligentiam vt ꝓijciendo
tegulas de tecto mortale ē: ⁊ caſus
epiſcopis reſeruatus. Item ſi ex
neceſſitate euitabili ⁊ ẽt ineuitabili
ad quam ꝑuenit ex cł́pa: puta quia
adulter eſt ĩuentus a viro mulieris
adultere qui vt mortē euaderet eũ
occidit: interrogandũ eſt de cã ho-
micidij. Si iudex occidit aliqueꝫ
ĩnocentē ꝺm iura: vł aliquē nocētē
ſed p̃ter ordinē iuris: vel ꝺm ꝓceſ-
ſum ordinarium ſed non hñs legiti
mum dominiuꝫ: vel hñs ptãtē: ſed
non ex iuſticia: ſꝫ ex vĩdicta: vł aua
ricia vł crudelitate: ⁊ ē caſus epiſ-
copalis: niſi in vltimo pũcto. Si
mulier grauida queſiuit aborſum
ꝑ medicinas vel labores vel ꝑ aliũ
modũ: ẽt ſi non ſequatᷣ effectus eſt
mortale in ea: ⁊ in quocũq; cõſulen-
te ⁊ oꝑante ad hoc: non tñ eſt caſus
epiſcopalis. Si ꝟo ſeqtur effcũs
⁊ puerperiũ erat formatum in vte-
ro: homicidium ē in ea ⁊ cooꝑante
⁊ cõſulente: vnde caſus epiſcopaliſ
eſt. In aliqbus ẽt locis ſi non ſe-
qtur effectus ꝑ ſynodales cõſtitu-
tõẽs ē ep̃alis ⁊ alicubi eſt excõica-
tio. Si occidit mater filiũ vel fi-
liã ſpõte ad occultandũ crimē ſuũ
grauiſſimum ē: ⁊ mł́to pluſ ſi nõ ba
ptiçatũ. Si pater filiam vel fra-
ter ſororem fornicãtē: ſi vir vxorē:
ſi vxor virũ ꝑꝑ odiũ vel amoreꝫ ad
aliquē aliũ: ſi filius patrem vel ma-
trē ex ira vel auaricia: vel fratrem
frater grauiſſima ſunt ⁊ digna ma
gna penitentia ⁊ epiſcopo reſerua-
ta. Et nota ꝙ epiſcopi ſolent cõmu
niter eos mittere qui ire poſſunt ꝓ



UVA. BHSC. IyR_109_1

caſu homicidij ad penitētiarioſ cu-
rie ad terrorē incutiēdū. Si tamen
nolunt poſſunt abſoluere tales per
ſe vł per alios iō pape non reſerua
tus. Si mater vel nutrix ſuffocat
filium vel filiā quē tenet iuxta ſe in
aduertenter opprimens ei mortale
eſt pp negligentiam ⁊ ē epalis.

Si mulier grauida ꝑter intētio-
nē abortitur: ſi cōmiſiſſet ibi nota-
bilē negligētiā: puta qꝛ nimis ſalta-
uit: vł ꝗa nimis inordinate labora-
uit. vł pp inordinatas laſciuias nō
eēt abſqꝫ pctō mortali. Idē in vi
ro vł alio ꝑcutiēte eam vnō hoc ſe
ꝗtur: sec⁹ vero ſi nō eēt in cā. Si
ꝗs ēt nō occidit tamen mutilat ali-
quod membrum vł reddit iutile: ali-
ter extra ordinē iuris vł vulnerat
vł alias ꝑcutit aliquē ex iiuria pec-
cat mortaliter. Itē ſi iniuſte incar-
cerat: vł tenet ꝑ violētiam ne liber
poſſit abire niſi faceret ꝑ punctum
temporis ad impediendum malum
eius. Si clericum habētez tātuz
primam tonſuram ē excommuni-
catuſ. Siquis v̄bo vel mandato:
ſcilꝫ manando perſuadendo conſu
lēdo ratificando vł incitando coo-
ꝑatur aliquod p̄dictorum vel mor
tem vel corporalē leſionem peccat
mortaliter ēt ſi nō ſequatur effcūs.

Sed ſi ſeqtur effectus grauius ē
⁊ ſi percuſſit: vel huiuſmodi incar-
cerat⁹ eēt clericus vł religioſus i q̄
libꝫ p̄dictorum caſuum percutiens
vł includēs ē excommunicatus: ni
ſi eſſet p̄lat⁹ ei⁹ qui hec faceret cau
ſa correctionis. Et vbi i p̄dictꝭ .ſ.
mandato conſilio cooperatione vł
facto ſi eſſet enormis iniuria facta
clerico vł religioſo non poteſt ab-
ſolui circa ſedē apoſtolicam vel le-
gatum vł ſummum penitētiarium.

Secus v̄o ſi non eēt enormis in
iuria. De huiuſmodi materia ha-
bes diffuſe i. iij. parte ſumme. Enor
mis iniuria dicitur quando ad mu-
tilatōnē mēbri ſeu effuſionē ſāgui-
nis magnam. ſ. ꝑ vulnus illatū pro-
ceſſum fuerit. Aut ſi in epm: vł i ab
batē proprium manus violētia inie
cta ſit: vt. c. cū illorum. de ſen. excō.
Aut enim dicitur enormis arbitrio
boni viri ex circunſtātijs locoꝝ tē
porum perſonarum: vt inſti. de iu-
re naturali. §. atrox. Vł ſi eſt facta
religioſo: quia non abſoluitur taliſ
citra ſedem apoſtolicam vł legatū
eius: vł ei⁹ ſummū penitētiarium:
ſecus vero ē ſi non eēt enormis.

Siqs iterfecerit: vł mādauerit:
vł fecerit intꝰfici aliquē chriſtianū
ꝑ aſſaſſinos: etiam ſi non ſequatur
effectus ē excōicatus ⁊ depoſitus
omni gradu ordine ⁊ dignitate ſe-
culari: vł eccleſiaſtica. ſimiliter re-
ceptor ⁊ defenſor hi⁹ aſſaſſinorum:
c. ꝓ humani. de homi. li. vj. Dicun-
tur aſſaſſini ꝗdam heretici: vide de
hoc in. iij. ꝑte ſum. ti. xxv. Siqſ deſi
derat mortem alterius deliberata
ratione in malum alterius. ſiue ex
odio ſiue iuidia ſiue ex auaricia vt
habeat eius bona: vł ex luxuria vt
aliam accipiat: vł ex ſuperbia vt i p̄
latione ſuccedat: vel ex accidia: ne
habeat cām gubernandi euꝫ: vel vt
ſit magis liber: ⁊ non habeat cor-
piētem in quolibet hoꝝ ē mortale:
ſecus autem ſi hoc deſiderat ne ipſe
met vł ille deū ampliuſ offenderet:
vł ne peior efficeret: aut ne bonis
ꝑſonis vł eccleſie dei noceat ſic ty

UVA. BHSC. IyR_109_1

rãni. Si ꝟo quis ex impatiētia ⁊
ira ꝑcutit ſeipſum īiurioſe peccat
mōtaliter: ⁊ ſi clericꝯ ſit ē excōicatꝯ
ſecꝯ ſi exçelo deuotiōis ad reprimē
dā carnē vel tentationes: nō tñ licꝫ
abſcidere aliqḋ mēbrū: alias pecca
ret mōtaliter ⁊ efficeret̃ irreguları
⁊ ſi eſſet clericus eſſet excōicatus.
Si occidiſſet vel vulneraſſet ali
quē in loco ſacro eſſet ſacrilegium
⁊ eccleſia violata. Si ꝑ violentiā
ēt ſi ſit officialꝭ eduxerit malefacto-
rem vel debitorē de loco ſacro vꝉ
fecerit capi eū peccauit mōtaliter.
Si fec̃ vꝉ fieri fec̃ torniamētū vꝉ
aliḋ ſpectaculū vbi ſit ꝑiculuꝫ vite
mortale peccatum ē.
Sextū p̄ceptuꝫ de luxuria actu-
ali ⁊ ſpēbus eius. c. vnum.
On mechaberis. Luxuria
actualis q̄ cōmittit̃ extra
mr̃imonium: ſemꝑ ē morta
le peccatū in oībus ſpēbus ſuis: q̄
oēſ h̄ ponunt̃: q2 diſtincte oꝫ eaſ cō
fiteri: vꝉ iterrogare cōfitentes ſi a
ſeipſis non dicūt nullo° tñ neceſſe ē
interrogare de his oībꝯ niſi neceſſi
tas cogat ne qs addiſcat qḋ neſcit:
ſed ꝓut cōuenit ꝑſonis q̄ cōfitētur
⁊ cū habet̃ vltima ſpēs nō eſt vltra
deſcēdendū ad alias ꝑticulares cir
cūſtātias non neceſſarias: ⁊ cauto
⁊ honeſto mō int̃rogādū eſt. Si
cognouit ſolutꝯ ſolutā q̄ dr̃ fornica
tio: ⁊ ſi ē meretrix vel ſerua ſua vꝉ
alteriꝯ vꝉ vidua: ⁊ ēt ſi tales īduxit
ad pctm̄. Si tenuit concubinā ⁊
quanto t̃pe q2 vltra fornicationem
ē ibi ſcandalum ꝓximorum ga pu-
blicū: licet ſi fornicatio. Si ꝟgi-
nem defloraruit extra matrimoniuꝫ
quod dicitur ſtuprum: ⁊ ſi ſeduxit
eam ꝓmittendo ducere in vxorem
cogendus eſt in foro conſcientie:
vel ducere eam in vxorem ſibi: vel
eam dotare ſi poteſt; ⁊ iniuriatus ē
parentibus eiuſdem: ſi hoc neſcie-
ret. Si ipſe ſolutꝯ cognouit vxo
rem alterius: vel ipſe vxoratus co-
gnouit ſolutam qḋ dicitur adulte-
rium: ⁊ eſt duplex quando vterque
eſt coniugatus. Si intulit violē-
tiam alicui quod dicitur raptus: ⁊
ſi contra voluntatem parentum:
garauius eſt. Si nupte vel virgi
ni vel moniali grauiſſimuꝫ ē. Si
cognouit conſanguineam ſuam: vꝉ
conſanguineam vxoris ſue vſque
ad quartum gradum cōſanguinita
tis vel affinitatis: ⁊ dicit̃ inceſtus.
Idem de muliere que ꝑmittit ſe
cognoſci a conſanguineo viri ſui.
Si cum moniali ſcelus eſt opera
tus: vel cum habente profeſſionem
caſtitatis ⁊ dicitur ſacrilegium.
Ideꝫ ſi mulier cū clerico religio-
ſo prelato ordinario: ⁊ huiuſmodi.
Si cognouit commatrē vel quā
tenuit ad baptiſmum filiam ſpiri-
tualem vel chriſma: vel quam audi
uit in confeſſione: ⁊ dicitur īceſtus
vel ſacrilegium. Idem de mulie
re que cum compatre ſe miſcuit vo
lūtarie. Si ꝑ ſemetpſū vigilanſ ⁊
voluntarius ſe polluit: ⁊ dicit̃ mo-
lities ſiue mãibus proprijs vel alijſ
modis: de modo non eſt interrogā
dum. Si cum maſculis operatuſ
eſt turpitudinem: vel femina cum
femina: vel vir cum muliere extra
vas debitum: ⁊ dr̃ vicium ſodomi-
ticū. Si cum brutis oꝑatus ē ne-
phas: ⁊ cū qbꝯ: ⁊ dr̃ vicium beſtiali
tati. Si diebꝯ feſtiuis aliqḋ boꝝ



UVA. BHSC. IyR_109_1

operatus ē: quia grauius eſt: ſcd̄m aliquos ꝟo neceſſe ē ↄfiteri hi⁹ cir cūſtātiā: q₂ mutat ſpeciem peccati.

Si i eccl̄ia vl' in loco ſacro aliqd̄ p̄dictoꝝ cōmiſit: q₂ dr̄ ſacrilegium ⁊ p h̄ violat̄ eccl̄ia: ⁊ ſi iſtd̄ eēt manifeſtum eēt recōciliāda eccleſia.

De pctīs ꝟo q̄ cōmittūtur i cōiugio. ſ. tactib⁹ ⁊ actibus ihoneſtis ⁊ oſculis ac ꝟbis ⁊ hi⁹: dicet̄ i. c. d̄ luxuria. Nō tn̄ ꝙ de iure cōi peccata luxurie nō ſūt reſuata epīs: nec ꝑ aliq̄ illoꝝ ē lata ſnīa excōicatiōis a iure: ſ₃ cōiter p ſynodales cōſtitutiōes epoꝝ aliqs ex dictis caſib⁹ ſibi magis reſeruāt: vt iceſtū ſacrilegiū. ſ. cū monialib⁹: aliq vero epi viciū beſtialitatis alij ēt vicium ſodomiticū ⁊ q̄dā alia i q̄bus ē lata ſnīa excōicatiōis p ſynodales cōſtitutōnes. Et id̄ q̄re i dioceſibus i quibuſ audis confeſſiones.

Nonū p̄ceptū de luxuria mētali ⁊ eius ſpecieb⁹. c. i.

**I** nota ꝙ cogitatōes committendi aliqd̄ pctm̄ luxurie: q̄ ſūt cū ↄſenſu rōnis ſēper ſūt peccata mortalia ⁊ ↄ̄ h̄ p̄receptū. Non deſiderabis vxorē p̄ximi tui: ⁊ ſūt diuerſaꝝ ſpēꝝ: ſic ſ̄t opa carnalia: l₃ nō ita grauia mortalia ſicut opus ext̄ius cōmiſſu₃: ⁊ cū dicit penitēs ſe habuiſſe cogitatiōes q̄bus ex rōne cōſenſit: iterroget ↄfeſſor erga q̄s p̄ſonas ⁊ cum q̄bus habuerit: q₂ ſi erga coniugata₃ ē adulteriu₃. Si ad ſolutā ⁊ ip̄e ſit ſolut⁹ ē fornicatio. Si cū conſanguinea ē iceſtus. Si cū maſculo ē ſodomiticū. Si cū ꝟgīe extra m̄rimoniū ē ſtuprū. Si cū religioſa ē ſacrilegiū. Si p̄ violētia₃ eſt raptus: iterrogādū ēt ē q̄tiēs hūit hi⁹ cogitatiōeſ ad aliquā: q₂ totiens peccauit mortalit̄. Si p̄ interualla tpoꝝ h̄ fec: v₃ rōne deſiderat fornicari cū aliq̄: poſtea ꝟo ſe occupat i aliq̄ negotio vel cogitat de gubernatōe dom⁹ ⁊ hi⁹: ⁊ exinde iteꝝ d̄liberat fornicari peccat denuo mortaliter ⁊ ſic deinceps. Sed ſi cōtinue ꝟſat̄ in tali cogitatione p horas: vnū tm̄ pctm̄ ē: ſed tāto grauius quāto diutius p̄ſeuerat cogitando. Ite₃ ſi mutat cogitationeſ de vna p̄ſona ad aliā: vel ad diuerſam ſpeciē cū eadē p̄ſona deliberans p̄ ſe de q̄libet ſemper de nouo peccat mortaliter: Vn̄ ſi centū mulиereſ videret vnā poſt aliam: ⁊ ad qualibet ſpāliter aīu₃ determinat: cētū mortalia cōmittit: ſec⁹ ſi vna cogitatiōe hoc appetit: q₂ vnū ē habens deformitatem tot peccatoꝝ. Interrogādu₃ ē ſi dieb⁹ feſtiuis diſcurrit per eccl̄ias p̄cādo mulieres: ⁊ ſi philocapt⁹ ex aliq̄ ſecut⁹ ē eā ⁊ quāto tp̄e qd̄ dr̄ de viro idē dicēdū eſt de muliere erga viꝝ. Delectatione moroſa in cogitatione ſupradictu₃ eſt infra in. c. de luxuria. Si mulier contentatur habere amatoreſ ⁊ cū perpendit aliquem vel aliquos procari vel eam amare carnaliter: ponit ſe ad feneſtram vel vadit per aliquem locum vt videatur ab eo: vel ponit ſe in eccleſia: vel alio loco publico: vbi diſcurrunt iuueneſ ad procandum mortale eſt: etiam ſi non appetat peccare cum talibus: quia occaſionem ruine preſtat: extra de iniurijs ⁊ dam. da. capi. ſi.

Septimum preceptum de furto non faciendo ⁊ de vſura que diuer

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſis modis fit:ꝛ habet.8.c.

Urtuȝ non facies. De vſurpatõne rei aliene que ĩ hoc pꝛecepto pꝛohibetur: nota ꝙ in omnibus infraſcriptis ſpẽbuſ eſt moꝛtale peccatum:ꝛ tenetur ad reſtitutionem ei a quo res capta eſt Quod ſi ille ignoꝛatur vel non iuenitur pauperibus eroganda eſt:ꝛ ñ ſolum qui accipit ſed etiam heres eius ſi tamen de bonis eius ad eum peruenit.c.michael extra de vſuriſ

Circa vſuram quere pꝛimo.

J mutuauit pecuniam numeratam vel aliqd eoꝛuȝ q̃ vſu cõſumũtur: vt frumentum vinum ꝛ oleum ꝛ huiuſmodi ĩtentione aliqd recipiendi vltra ſuũ capitale:ꝛ illud plus qđ accepit tenetur reſtituere. Si mutauit ſuper pignus rei mobilis puta veſtis equi ꝛ huiuſmodi vel imobilis: vt domus agri ꝛ huiuſmodi: ꝛ interiȝ accipit vſufructũ pignoꝛis: dũ aliuſ tenuit pecuniã ſuã vſura ẽ. Excipitur tñ caſus qñ gener accipit poſſeſſonẽ ĩ pignuſ a ſocero ſuo: q̃uſqꝫ dat ſibi dotẽ: ꝛ ſuſtinet onera mrĩmonij nutriẽdo vxoꝛẽ ſuã: extra de vſuris.c.ſalubꝛiter. Si poſuit pecuniam penes mercatoꝛẽ vel artificẽ cũ intentiõe aliqd percipiẽdi vtilitatis lȝ non fiat pactũ ď hoc: ſȝ ponit in diſcritione eius volens in oĩ caſu capitale ſuũ ſaluum vſura eſt. ſed ſi vult ita participare de anno: ſic̃ de lucro: tũc lȝ ẽt cũ pacto:ꝛ in h̃ ſolent ẽt offendere mulieres ď dotibus ſuis:ꝛ dicuntur vulgariter ďpoſita ſȝ eſt vſura.c.pleriqꝫ.xiiij.q.iij.in tex.ꝛ glo.

De ſoccedis animalium.

J i ſoccedis aĩalium pecorum bouuȝ ꝛ hi⁹: ita paccifcit vt capitale ſit saluuȝ ẽ vſura: ſed ſi non eſt ſaluum ſed nimis grauatur vna pars non eſt vſura: ſed iniuſticia. Si in emptione fructuum terre vel aliarum rerum ex eo ꝙ ante p̱ alquos menſes q̃ꝫ reciperet fructus: vel alias res ſoluit p̃ciũ:ꝛ pp̱ hoc emit nimis iuſto pꝛecio: vt ſi valebat decẽ emit p̱ noueȝ vſura eſt. Sec⁹ ſi faceret hoc: qꝛ veriſimiliter poteſt etiaȝ minus valere q̃ꝫ illud qđ ſoluit vȝ octo.

De venditione ad terminum.

J vẽdidit ad credentiã ſuẽ terminũ pannos laneos lineos de ſerico: vel alia q̃cũq̃ꝫ maioꝛi p̃cio q̃ꝫ ad cõtãtos: quia ſi vendidit ſic plus iuſto p̃cio ratõne dilationis vſura ẽ. Si ṽo nõ vẽdidit plus iuſto p̃cio ſed nõ vult facere ita bonũ foꝝ ei ſicut illi q̱ dat pecuniã numeratã ſibi ñ eſt vſura. Tho.ꝛ extra de vſuris.c.nauigãti.ꝛ.c.in ciuitate tua.

De cambijs.

J fecit cambia minuta: puta de vno floꝛeno aureo ad monetam: vel ecõuerſo accipiẽdo aliqd ſm cõmunem curſũ nõ eſt illicituȝ. Si fecit cãbia realia p̱ litteras de loco ad locuȝ ꝛ ñ ficta: eſt licitum moderatum lucruȝ. Si fecit cãbia que vulgariter dicuntur ſicca: vt per venetos a libꝛe de groſſi vſura eſt: qꝛ realiter ſibi ẽ mutuuȝ ſed ſub ſpe lucri hec freq̃ntantur floꝛentie. Si tutoꝛ vl̃ curatoꝛ pupilloꝝ: vel p̱curatoꝛ ꝛ fcõꝛ cuiuſcũqꝫ pecuniam pupilloꝛuȝ vel patronoꝛum dedit ad vſurã ĩ vtili



UVA. BHSC. IyR_109_1

tatē illoꝝ vltra pctm̄ moꝛtale com
miſſū in caſu quo illi nolint vł neq̄
ant reſtituere: qꝛ illi q̄ hūerunt vti
litatem p̄ncipaliter tenēt: ſed non
reſtituentibꝰ illis tenet ꝓcuratoꝛ tu
toꝛ ⁊ curatoꝛ ⁊ hiꝰ. Siq̄s emit agꝝ
vel domū multo maioꝛi p̄cio q̄ꝫ va
leat intēdēs q̄ venditoꝛ reemat ab
eo deducens hoc: in pactum ⁊ ipſe
interim fructus recipiat vſura pa
liata eſt.

De mutantibus ſub ſpe.

Si q̄s pp pecuniā mutuataꝫ aliq̄n petit: vel ſperat pꝛici palit̄ hr̄e ab eo aliq̄d obſequꝫ vel vtilitatē que p̄cio poſſit eſti mari: vt opera laboꝛatoꝝ vel bouū ad colēdū terras: vel mutuationeꝫ ſumētoꝝ: vel aliq̄d donū: vel vt ꝓ curet ei officiū vel beneficiū eccle ſiaſticū vel ſeculare: vel q̄ det ſibi pp hoc plus de fructibus terre eiꝰ q̄ꝫ colit vſura ē. Et q̄n pp h̄ non ab eo cui mutauit: ſed ab alio vt a dn̄o vel a cōitate recipit vtilitatē exinde dꝫ illud pauperibus erogare.

De accipientibꝰ ad vſuram.

Si q̄s accipit mutuo ad vſu rā nō ad ꝓuidēdū ſue neceſ ſitati: ſed vt det ipſe ad vſu raꝫ: vel ludat: vel alias male vtat̄ peccat moꝛtaliter. Idē ſi eū indu cit qui alias non erat feneraturus. Pe. de pal. in pa. 4°.

De facientibus ſtatuta in fauoꝛē vſurarioꝛum.

Si fieret ſtatutū ī aliqua ci uitate vel caſtro vł loco q̄ vſure ſoluant̄: vł q̄ ſolute nō poſſint repeti: aut repetite nō de beāt reſtitui: excōicati ſūt q̄ faciūt hiꝰ ſtatuta: ⁊ q̄ iudicant ſꝫm ipa. Un̄ illi q̄ faciunt capitula cū iudeis: vt dn̄i ⁊ cōitates ꝯtinētia q̄ poſſint fe nerari: vel q̄ nō poſſint repeti ī iu dicio vſure extoꝛte ab eis ⁊ hiꝰ vi dent̄ īcidere ī hāc excōicatiōeꝫ dn̄i v̄o q̄ h̄ faciunt ⁊ ciues q̄ h̄ conſulūt ex̄ de vſuris clementina: ex graui.

Capitulum. 2.

De emptiōe v̄o deārioꝝ mō tis vt floꝛētie: vel impſtito rū vt venetijs vel locoꝝ vt ianue: qꝛ aliq̄ ponūt ꝯtractū eē vſu rariū: alij v̄o nō. ſ. ꝯ̄riū tenentes. iō nemini cōſulas vt faciat ꝯtractuꝫ: factū v̄o ſi poteſ inducere vt pꝰ mō tē ipiꝰ vel vniꝰ alteriꝰ finiat vel ſa tiſfaciat cōitati: vel det paupibꝰ bo nū erit. Si v̄o nō vult adherens opioni ꝯ̄rie nō facile cōdemnes: q̄a in hiꝰ ſꝫm doctoꝛes non eſt pꝛecipi tanda ſententia: de his ⁊ alijs ſupꝛa dictis habes in 2ª parte ſumme ti. 2° de vſuris.

De fraudulentia que multis mo dis cōmittitur. c. 3.

De fraudulētia que fit: vel ī rei ſub̄a: vendendo vnā rē ꝓ alia: vt vinum limphatū pꝛo puro: carnes pecudinas pꝛo ca ſtratis: cera ⁊ aromata cū alijs mix turis vel in quātitate dando mēſu ras ⁊ pondera diminuta: puta vnci as noueꝫ pꝛo libꝛa: vel in qualitate vt reꝫ pꝛauā ꝓ bona: vt pānū ferrū coꝛium aromata aīalia defectuoſa fructus ⁊ hiꝰ: ⁊ in his ſi notabiliter dānificauit ꝓximū peccauit moꝛta liter ⁊ tenet ad reſtitutōeꝫ. Si pa rū nec plus intendēſ veniał'r ⁊ pau pibus erogetur. Si vēdidit rem aliquaꝫ multo maioꝛi p̄cio q̄ꝫ vale bat ſꝫ cōem eſtimationē illius tem

UVA. BHSC. IyR_109_1

poris aduertenter peccauit morta-
liter: ⁊ tenet ad restitutionē si ꝑri-
mꝰ notabilr ledit secꝰ si parū. Idē
si emit minori ꝑcio ꝙ valeat ex ig-
rātia venditoris. Si fraudauit
iustas gabellas ⁊ pedagia tenet cōi
tati restituere: si multū vel ēt partū
sed tñ intendēs multū mortale est.

Dñi q grauāt subditos in colle-
ctis iniustis tenent ad restitutionē
⁊ q destribuūt ꝑstantias sciētes gra
uātes aliquē vltra debitū tenentur
ꝓ damnis: ⁊ de hoc habes in .iij. par
te. c. ij.

De falsificatione. c. iiij.

Iqs falsificauit aliqđ istru
mentū vel falso sciēter vti
tur vltra mortale tenet ad
oē dānum qđ inde seqtur. Siqs
falsificauit litteras papales l' falsi-
ficatis scienter vtit est excōicatus:
cuius absolutio pape reseruatur.

Siqs ex falsa causa suggesta qua
expressa ñ obtinuisset bñficiū qđ re
cepit: lȝ non sit excōicatus: tñ tenet
ad restitutionem eius ꝙ sic recepit
seu ad renunciationeȝ beneficii vl'
reassignationem ⁊ huiusmōi. Siqs
falsificauit monetas vltra pctm̄ te-
netur ad restitutioneȝ. Idē si falsis
scienter vtit ⁊ ēt ipse q in hiꝰ fuit d
ceptus. Siqs falsat mensuras vel
pōdera ciuitatis vl' cōitatis: vl' fal-
sis scient vtit vltra mortale tenet
ad restitutionē ⁊ oium dānoꝝ inde
seqntiū. Siqs falsat lr̄as platoꝝ
vel sigilla vel alioꝝ: vltra mortale
tenet ad satisfactionē oium dāno-
rū inde seqntiū. Idē de falsificāte
libros vel alias scripturas in dānū
alioꝝ. Et nō ꝙ ꝯ falsificantes istru
mēta vl' ꝯstitutōes ꝑ synodales lr̄as
vl' alia i aliqbus locis lata ē senten-
tia excōicationis.

Excōicatio papalis.

Iqs i bullis papalibus ap-
pōit. vl' remouet vnā lr̄am
vl' pūctū ẜm Hosti. ē excōi-
catꝰ excōicatōe papali q fit i curia
nā in iure cōi nō hēt: ⁊ h̄ si bulle ha
bēt vigorē: nā si expirasset carū va
lor: puta q: erat grā ad tps ⁊ expi-
rasset si totū raderet nō incurreret
qs excōicationē: nec i aliquā penā.
Ricardus.

Capl'm. v. de iniusticia que fit in
iudicio.

Einiustiᵃ ꝓo q fit in iudici
bꝰ assessoris aduocati ꝓcu
ratoribꝰ ⁊ notarijs: ⁊ d qbꝰ
dñt incogari dicet ifra. Si offi-
cial' qcūq dat iiustā sñiaȝ sciēt l' ex
igrātia crassa ⁊ supina tenet pti le-
se ad satisfatiōne ois dāni: nisi satis
faciat ille ꝓ q ē: lata sñia: ⁊ silr asses
sor vel aliꝰ q ad h̄ coopat: ⁊ peccāt
oēs mōtalit aduocatꝰ ⁊ ꝓcurator q
scient defendit iiustā cāȝ. Si obti
neant similiter tenentur parti lese
ad satisfactioneȝ insolidum. Si
non satisfaciat clientulus. Ideȝ
si perdidit iustam cām ex ignoran-
tia crassa vel negligentia. Accusa-
tor ⁊ testis scienter procedentes cō
tra aliqueȝ falso: tenetur de omni
damno ipsi accusato: ⁊ peccant mō
taliter.

De futuro. c. vj.

Iquis rem aliquā occulte i
uito dño: non solum abstu-
lit ab extraneo: sed etiam
filius parentibꝰ: vxor viro: seruus
domino: discipulus magistro: soci-
us socio: cōsanguineus ꝯsāguineo



UVA. BHSC. IyR_109_1

furtũ eſt. Si ē qd notabile dãnuꝫ vñ ꝛ mortale ꝛ tenet̃ ad reſtitutionē. Secus ſi qd minimũ: vt aliq̃s fruct⁹: ꝛ q̃trinũ ꝛ huiuſmõi. Si reꝫ ſibi mutuatã retinuit: vł aliã rē alterius venientē ad man⁹ eius nõ reſtituit furtũ fecit: niſi ille tãtũdē haberet d̃ ſuo certitudinalit̃ qd̃ nõ vult reſtituere. Si inuēta q̃ nõ habent̃ ꝓ derelicto nõ reſtituit ſed ſibi retinuit. Et ſi poſt inq̇ſitõeꝫ nõ reperitur cui⁹ ſũt inuēta dꝫ paupib⁹ erogare alias eēt pctm̃ mortale: niſi ipi vt indigenti darent̃. De theſauri inuētis multũ ſtat̃ ↄſuetudini. Si vſus ē pigre ad ſui vtilitatē ↄ dñi rei volũtatē. Si vſus ē re cõmodata ad aliũ vſũ q̃ꝫ fuerat cõmodata: vel re depoſita ſine licētia deponētis niſi pſumat dñm rei eē cõtētũ tenet̃ huiuſmõi d̃ illa vtilitate. Si religioſus dedit de bõis mõaſterij ſine licētia ſupioꝝ habita vł pſũpta. Idē ſi aliquid occulte recipit vł retinet qd̃ ē mortale ꝛ ꝑpetari⁹. Si plãtus expēdit bõa eccłe i turpes vſus deputata repatori eccleſie vł pauperib⁹ vł bõa monaſterioꝝ peccat mortalit̃. Si aliq̃s recipit a religioſis aliq̇d ſine cã rõnabili: vł pro turpitudīe: vel lucri acq̇ſitõe: vł cã amicitie ꝛ parentele ſine aliqua indigentia.

De ſacrilegio qd̃ cõmittitur circa res ſacras. c. 7.

E ſacrilegio qd̃ ē circa res ſacras. Si impoſuit vł dedit ſup h̃ ↄſiliũ: vt i ponerētur collecte clericis: ſiue eccłaſticis perſonis nõ habita licētia a rõano pontifice: ꝛ ſi ſecut⁹ ē effect⁹: vltra mortale tenet̃ ad reſtitutõꝫ: ꝛ niſi p⁹ admonitionē deſiſtat ē excõicatus.

Si fec̃ vł fieri fec̃ ſtatuta ↄ libertatē eccłiaſticaꝫ: vel conſuluit fieri vltra mortale tenet̃ de dãnis factis eſtq̃ꝫ excõicatus ipſe necnõ ſcriptores ꝛ iudicãtes ſcḋm ea. Si vſurpauit patronatũ de nouo alicui⁹ eccleſie vacãtis vel monaſterij: vel locorũ pioꝝ: vel bõa ipoꝝ locoꝝ vacantiũ eſt excõicat⁹. Si abſtulit res ſacras vel calices ꝛ paramēta de loco ſacro: aut rē ſacrã de loco nõ ſacro ꝛ furãs i eccłia res non ſacras. Si effregit locũ ſacrũ vt portas eccleſie vel locũ religioſũ: uel portas cõuentus vltra peccatũ ꝛ obligationē ac reſtitutionē tenet̃ de iniuria ꝛ de dãno: ꝛ ē excõicatus: ꝛ añ denũciatõem põt abſolui a dioceſano. Poſt denunciatõeꝫ xo ſolũ a papa vel penitentiario. c. ↄqueſti. ex̃ d̃ ſē. excõ. Si fecit incēdiũ ſtudioſe in loco ſacro vł religioſo: idē iudiciũ eſt ſicut d̃ effractore: vt. d. c. ꝑuenit Incēdiarij aũt alioꝝ locoꝝ de iure cõi nõ ſũt excõicati. In aliquib⁹ aũt locis ſic p ſynodales cõſtitutiones

Si legata facta eccleſijs vel aliis pijs locis aut pauperibus ñ ſoluit integre: ꝛ ſi nimis differt peccat mortaliter niſi ipoſſibilitas eũ excuſet: ꝛ alicubi ē excõicatio ſynodalis. Si cleric⁹ recipit bñficiũ ſimõiace vł ẽ vitiũ ſimonie oēs fruct⁹ illius bñficij furtiue accipit ꝛ tenet̃ ad reſtitutionem. Si prelatus eccłie ex dolo vel lata culpa admittit bõa eccleſie tenet̃ ad reſtitutionē. Si ñ dedit laicus decimas vbi cũſuetũ ē dare tenet̃ ad reſtitutõeꝫ.

De rapina violētia. c. viij.

Rapia ē qñ res iniuſte aufer

UVA. BHSC. IyR_109_1

tur per violentiaꝫ. Si rē alteri⁹ rapit vltra mortale ꝛ reſtitutionē ad quā tenet̃: dꝫ etiam petere veniam ſi cōmode pōt de iniuria violēter illata. Siqꝫ eſt pirrata predans in mari quoſcūqꝫ indifferenter vltra mortale ꝛ reſtitutionē ad quam tenetur: ē excōicatus papali excōicatōe: vt patet p. pceſſuꝫ qui fit ānuatim icuria ꝯ huiuſmodi: ſecus vō ē de illis qui faciunt hoc preciſe ꝯ illos cum qbus habent belluꝫ. Si quis eſt depredatus romipetas vel euntes vel redeūtes ab vrbe rome vel depredatuſ ē portantes neceſſaria ad vſuꝫ curie ē excōicatus a papa. Si in bello iiuſto depredat⁹ ē etiā inimicos vltra mortale ꝛ reſtitutionē nō dꝫ abſolui: niſi diſponat in illo ꝛ in oī alio iniuſto nūqꝫ ſe reperire. Si in bello iuſto abſtulit ab inimicis ſicut faciūt ſtipendarij vl' ab ecc'ijs inimicorum tenet̃ reſtituere. Si inuaſit hoſtiliter: vel diſcurrit p terraſ eccleſie vltra peccatū: ꝛ reſtitutionē ē excōicatus excōicatōe papali p pceſſum curie annualem. Nota ꝙ oēs dantes ꝯſiliuꝫ ad aggrediendū ſiue ſumēdū aliqꝺ bellum iniuſtū ſine quoꝝ cōſilio nō fuiſſet factum vel fieri nō poterat tenet̃ inſolidum de oībus dānis inde ſecutis. hec Rai. ꝛ alij. Si pticipauit icrimine rapine vel furti l' alterius iniuſte dānificatiōis i aliqꝫ infraſcriptoꝝ modoꝝ: qui cōtinentur in his vſibus. Juſſio cōſiliū nō ſenſus palpo recurſus. Participās mutus nō obſtans nō manifeſtans tenetur inſolidum. i. in totum de oī dāno ſecuto quouſqꝫ iſti qui paſſus eſt ſatiſfactum ſit. Intellige tñ h cum diſtinctione: vꝫ ad p^m vſuꝫ de tali iuſſione: vel conſilio uel cōſenſu coopationiſ. vel palpo. i. adulatōne: vel recurſu. i. receptōe latronuꝫ vel rerum ablatarū: tali dico adulatōe ꝛ recurſu ꝙ ſine huiuſmodi nō fuiſſet facta rapina vel dānū: alias nō tenet̃ niſi inquantū perueniſſet ad eū de re rapta vl' de quāto dāno feciſſet cū ſuis: vel quātum plus fuiſſet factum ꝓpter aliqꝺ pdictoruꝫ ab eo factoꝝ. Q̄tum ad ſecundū vſum nota ꝙ nō obſtans: non manifeſtans: ꝛ etiā mutus tenent̃ quādo ſunt officialeſ ꝛ poſſunt ipedire damnū ꝛ nō faciunt: alias nō tenentur ad reſtitutōem lꝫ peccent ſi pnt ipedire dānū ꝛ nō faciūt. Tho. i 4. di. 2. 2. Pe. ꝛ Alber. Item etiam plura dicit: vel plura de his referūtur ſup. c. ſicut dignū de homicidio

Quantum ad participationem iſtud fieri pōt multipliciter. Uno modo cooperando cum alijs ad rapieñ. ꝛ tunc ad illud tenet̃ quod recipit: vel dānificauit ſi nō fuit in cā pncipali vel quaſi. Scđo modo recipiēdo p viam doni de rapina ꝛ ad illud tenetur quod recipit. Tertio modo per conſumationē rapine: vt victus veſtitus ꝛ huiuſmodi: ſicut famuli raptoꝝ ꝛ famuli vſurarioꝝ vel ipoꝝ vſurariorum: qui habent oīa de rapina vel vſura ꝛ tenentur ad illud qꝺ cōſumūt. 4° mō per dotationem vt maritus qui ſciebat ſocerum non habere niſi bona rapta ꝛ vſuraria non poteſt recipe doteꝫ ꝛ ſi recipit tenetur reſtituer̃. Si autē filia remaoet vidua tenetur reſtituere dotē q2 de alieno ē. ſꝫ ſi neſciebat eſſe: tunc diuerſa eſt opinio iter

UVA. BHSC. IyR_109_1

doctores. Utrū teneat̄ marit⁹ ei⁹ vł̄ filia: ſʒ filia videt̄ teneri. v. p ēptio/
nē rei rapte vel furtiue ⁊ ſi ſciēter fecit ob ſui vtilitatē: vltra mortale
tenet̄ ad reſtitutōem ſi inuenit dn̄ʒ rei: ſi xᵒ nō repit paupibus erogar̄
tenet̄: vel p̄ciū ei⁹ ēt ſi iā ↄſūpſiſſet. ſi xᵒ ignorāter ſiue ignorātia iuris
ſiue facti a peccato pōt excuſari: ſʒ qn̄ ſcit tenet̄ ad reſtitutōeʒ ſi nōdū
diſtraxit: ēt ſine p̄cio petito a dn̄o rei: ſʒ repetat a venditore ſi poteſt.
Idē de oib⁹ q ſucceſſiue emerēt rē hāc niſi p̄us diſtraxerit illā rē: quia
bōa fide diſtraxerūt vēdēdo nō te nētur ipi: ſʒ emēs eā. De hac mā vi/
de in ſcda pte ſūme. Qui ipedit aliū iniuſte a cōſecutōe alicui⁹ offi/
cij vel bn̄ficij vł̄ officij eccleſiaſtici vł̄ ſecularis: vbi ſibi erat iā ius acq
ſitū: tenet̄ ad ſatiſfactiōem talis dā/ ni. Si aūt nōdū erat ſibi ius acqſitū
ſʒ erat ī via acqrēdi tenet̄ ad arbi/ triū boni viri quātū pōt illud dānū
ī ipo dubio eſtiari. Silr̄ ⁊ q ēijcit ī iuſte aliquē ab obtēto iuſte: vel alr̄
pcurat eijci: ſecus cuʒ iuſte pcedit Tho. ī. iiij. di. xv. Qui īfert dānū
qd ī ſpē reſtitui nō pōt: vt mutilatō mēbri cū q̄ ille lucrabat̄: vʒ manū ī
ſcribēdo: xginitatē alteri auferen/ do p̄cipue p violētiā ⁊ ſeductionē
mortē īferendo alicui q ſuo labore nutriebat familiā tenet̄ ſatiſfacere
ad arbitriū bōi viri. Qui ſciēter dā do ad vecturā: vel vendēdo equuʒ
claudicāte: vł̄ aliter nociuū ⁊ n̄ illi īdicādo: vn̄ ēptori vł̄ ↄdutori ſeqt̄
nocum̄tū tenet̄ ſatiſfacere ꝺ hi⁹ ad arbitriū bōi viri. Si mlier ſuppo
nit ſibi alienū partū vł̄ concepit de adulterio neſciēte viro tenet̄ viro
de oib⁹ expēſis factis filio putati uo ⁊ cōſāguineis ⁊ filijs vł̄ alijs he
redib⁹ de his q̄ peruenerūt ad eam bonis. Nō tn̄ tenet̄ mulier iᵃ māife
ſtare factū cū piculo vite ſue Rai. ſed qūo ageñ. ſit: vide ī. ij. pte ſūme
ti. de reſtitutionib⁹. Si exn̄s came/ rari⁹ ſiue theſaurari⁹ comitat⁹: qui
vulgaris dr̄ camerligus ſeu notari us: ſeu aliqd habēſ officiū p quo eſt
ſufficiēter ſalariat⁹: ⁊ nihilominus ab his pſonis cū qbus exeqtur offi
ciuʒ ſuū: puta faciēdo cedulaſ ⁊ hi⁹ aliqd exigit vſurpatō ē. nec puto q
excuſet eū cōſuetudo ſicut nec a ra pina: pp h̄. n. ſtatuūt̄ ſalaria: ne pe/
tat ab illis: vn̄ ⁊ peccat ⁊ dʒ paupe/ rib⁹ erogari: hoc dico qr difficile eſ
ſet dare tale qd ppriis pſonis cum qd modicū ſit: ar. xiiij. q. v. c. non ſa/
ne. Si cū pecunijs cōitatis q̄s hʒ ī depoſito negotiat̄: ⁊ ſi qd cū eis lu
crat̄ p cōtract⁹ vſurarios tenetur reſtituere vſuras ei a q̄ accipit. Si
xᵒ p ↄctū licituʒ videt̄ teneri com/ munitati ſaltē p parte vł̄ ptē pau/
perib⁹ erogare tenet̄. Siqs ingreſ/ ſū in religionē educit: vł̄ p violētiā
vel p pſuaſiones: vltra peccatū mōr tale cōmiſſū ē excōicat⁹ cū violētiā
īfert pſone ⁊ tenet̄ illū vel aliū īdu cere ad religionē in ſatiſfactioneʒ.

Uel tenet̄ ipe igredi ſi nō hʒ im/ pedimētū ſm Pe. ⁊ Jo. De eo xᵒ q
oio itēdit igredi religionē: ſʒ nōdū igreſſus reuocat̄ p aliquē ab illo p
poſito. Idem dicunt quidam quādo .ſ. non eſt cauſa iuſta: puta qr in illa
religione male viuitur: ſʒ ex cauſa rationabili.

Decimū preceptum de deſiderio hn̄di res alienas. c. vnum.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Ltra p̄ceptum opis iniuſte
vſurpatiōis diuerſaꝝ ſpēꝝ
de qbuſ dictū ē ēt iterrogā
duȝ ē de deſiderio habito circa res
alienas habēdas ſeu acq̄rēdas iniu
ſto mō: qd̄ deſideriū ſiue cogitatio
ſi ē cū ꝯſenſu rōnis ⁊ alicuiꝰ rei no/
tabiliſ ſemꝑ ē pcm̄ mortale eiuſdē
ſpēi cuiꝰ ē opus illius iniuſte acqſi/
tiōis. Sicut vbi gratia ꝺſiderās
hr̄e per vſuras eſt ſpēs vſure. Si ꝑ
rapinas eſt rapina. Si per viam oc
cultaȝ ē furtū. Si rē ſacrā eſt ſacri/
legiū: ⁊ ſic de alijs. iō interrogandū
ē qūo deſiderauit reȝ alienaȝ vt ha
beat̄ ſpecies peccati que neceſſaria
ē cōfiteri. In his tn̄ peccatis cordis
nō tenet̄ ad reſtitutionem. Nota ēt
cum quis aliquem dānificat ꝓximū
in minimo ſi hꝫ ꝓpoſitum dānificā/
di in multo ſi poſſet peccat mortali
ter. Unde ementes ⁊ vendētes quā
docūq; parati ſunt decipere proxi/
muȝ in multo ſi poſſunt commode
mortaliter peccant: licet actu in mo
dico decipiant.

Octauū p̄ceptū. Nō eriſ teſtiſ ini
quus. De mendacio. c. 1.

E mendacio. Si dixit men
daciū ꝑnitioſū. i. ꝙ ſit ꝯ ho/
norē dei: vt i his q̄ ſūt fidei
vel dānū notabile ꝓximi ſpūale: vl̄
tp̄ale mortale ē ſm Tho. 2ª 2e. vbi
grā. Si dixit fornicatōem vel vſu/
rā nō eē peccatū mortale. Si negat
ꝙ ipſe vel alius dꝫ dare ꝓximo ſuo
qd̄ ipe nouit: ⁊ huiuſmodi. Si dixit
mēdaciū i iudicio iterrogatus a iu/
dice periurus ē: ⁊ mōtalit̄ peccauit
ſm beatū Thomā. Si dixit men
daciū in cōfeſſiōe de neceſſario cō/
fitēdis mortale ē. Idem ſi in p̄dica/
tōe ſtudioſe mortale eſt: niſi ex ſur/
reptōe ꝉ ſb̄ita locutōe ipremediate,
Si pſona q̄ dicit mēdaciū ēt offi
cioſum eſt pſona auctoritatis ⁊ ma
gne reputatiōis ſeu pfectōiſ poſſet
per accidens tale mēdaciū eſſe mor
tale ſi inde ſequeretur graue ſcāda
lū i mētibꝰ hominū. Si dixit mē
daciū iocoſum. i. cā ſolatij vel offi/
cium. i. ad vtilitatem aliquā conſe/
quēdam ſpiritualem aut tpalem ſi/
ne nocumento alterius ſemper eſt
veniale peccatuȝ. Tho. 2ª 2e. q. 110.
Si dixit falſum teſtimoniū ꝯ ali
quē in iudicio: vel accuſauit iniuſte
vltra mortale peccatū tenetur om/
ni damno leſo ⁊ etiam ad reſtitutio
nem fame: vt. ſ. dicat ſe falſuȝ dixiſ
ſe: ſꝫ poſtq̄ ille eſt punitus nō tene/
tur ꝑ ꝑiculū qd̄ ei imineret.

De detractione. c. 2.

Etractō eſt ꝑ quā aufertur
fama alteriꝰ ⁊ multiplicit̄.
Si quis imponit alteri ali/
quid falſum quod ſit notabile: mor
tale eſt: ⁊ tenetur ad reſtitutionem
fame: niſi ex hoc immineret ei ma/
gnum periculum. Thomas. 2ª 2e.
Si ad peccatum alterius quod
narrat addidit aliquid notabile vl/
tra peccatum tenetur ad reſtitutio
nem fame niſi ex hoc immineret ei
magnum periculum. Thomas. 2ª
2e. Si ad peccatuȝ alteriuſ quod
narrat addidit aliquid notabile vl/
tra peccatum tenetur ad reſtitutio
nem fame: ſi illud dictum importat
infamiam. Si peccatū alteriꝰ mō
tale cū eēt occultū ad diffamādum
manifeſtauit alijs peccauit mortali
ter: ⁊ tenetur ad reſtitutionē fame
inquātū pōt: niſi illud crimē poſtea

UVA. BHSC. IyR_109_1

p aliā viā eſſet publicatū. Si pec
catum alterius occultū manifeſta/
uit nō ītendēs diffamare: vel alias
nocere:ſed ex quadā loquacitate nō
videt̄ mortale:niſi p accñs vȝ ſi ex
hoc ſeq̄ret̄ diffamatio illi⁹:puta q̄a
audienteſ publicāt. Si accuſauit
in iudicio vel denūciauit p̄lato cri/
mē alteri⁹ nō çelo iuſticie ſed mali
uolētia peccauit mortaliter:ſed ad
reſtitutiōeȝ fame nō tenetur ſerua/
to ordine iuris. Si fecit libellos
famoſos.i.cedulas ſiue ſcripta ī de
tractioneȝ alteri⁹ ponēs in loco pu
blico vt legant̄:aut,cātiōes:ꝛ hui⁹/
modi mortalit̄ peccauit:ꝛ tenet̄ ad
reſtitutionē fame. Si peccatum
alteri⁹ ēt manifeſtū narrat ex odio
ꝛ itentione nocendi peccat mortali
ter:ſed ad reſtitutionē fame non te
netur. Si aūt ex loq̄citate narrat
peccat venialiter. Si defect⁹ ali
orū q̄ ſūt pctā venialia cōiter recita
uit ex loq̄citate: vel alq̄ indignatōe
nō eſt mortale peccatuȝ:niſi ex hoc
intenderet ēt diffamare.Si ſignifi/
cauit pctm̄ alteri⁹ mortale ꝛ occul
tum p̄lato vel pentib⁹ confeſſori vl̄
alijs q̄ ſunt pſone mature vt poſſit
melius puideri:qd̄ p̄cipue hȝ locuȝ
cum timetur de reciduo non ē pec
catū ſed charitas.Nō tn̄ cum q̄s te
netur ad reſtitutionē fame: ſi falſū
dixit: dȝ dicere his quibus dixit ſe
falſum dixiſſe nec excuſatur: q2 ſit
ei verecundia magna. Si aūt di/
xit verum non debet dicere illis ſe
falſum dixiſſe:q2 eēt mēdaciū:ſȝ in/
iuſte ꝛ male dixiſſe. Si q̄s narrat
crimen alteri⁹ put audiuit dicēs ſe
audiuiſſe ab eo dici:lȝ occultum ex
loq̄citate vel leuitate nō videt̄ mor
tale nec tenet̄ ad reſtitutiōnē fame
vel ſi eſt dubium. Si q̄s bona fa
cta ab alio dixit mala intentione eē
facta vȝ pp hypochriſim ꝛ ſupbiaȝ
ꝛ hi⁹ intendens euȝ famare peccat
mortaliter. Idē ſi negat bona facta
ab aliquo. Si etiam tacet bona
que ſcit cum eſt neceſſariuȝ ad libe
rādum pximuȝ. Si audiuit infa
mationes ꝛ diffamationes aliorum
Nam ſi hoc facit q2 delectatur de ī
famia eorum peccat mortaliter.
Si autem hoc facit :quia delectat̄
de loquacitate:ſed diſplicet ei infa/
matio aliorum non videtur morta
le. In p̄latis autem qui poſſunt hi⁹
phibere ꝛ non faciunt mortale vi/
detur:di.xxv.§.alias demuȝ in glo.

De auaricia que eſt primum viti
um capitale.

Incipit 2ª ps ī qua tractatur de
modo interrogandi penitenteſ a cō
feſſore de ſeptem vitijs capitalibuſ
ꝛ eorum ſpeciebus:ꝛ primo de aua
ricia ꝛ habet.c.9.

Titulus primus.

Uaricia tripliciter ppetra
tur.ſ.iniuſte acquirendo:te
naciter retinendo: ꝛ inordi
nate amādo habetq̄ꝫ multas ſpēs.
Primus modus.ſ.iniuſte acqui/
rendi de quo ſupra dictum eſt in. c.
Non furtum facies:reſtant tamen
alique de quibus dicetur. Secū/
dus modus retinendi tenaciter: ꝛ
tertiuſ.ſ.amandi inordinate poſtea
inferiuſ ponentur.

De ſimonia.c.primo.

Imonia que eſt circa ſpūa/
lia ꝛ eſt ſemper peccatum
mortale in oī caſu. Nota q̄
pecunia q̄ recipitur ſimoniace non

UVA. BHSC. IyR_109_1

debet reſtitui ei qui dedit: ſed ꝺ̄ neceſſitate debet pauperibꝰ erogari vel illi eccleſie in cuius iniuria data eſt. Si dedit pecuniā vel aliquid aliud qđ̄ precio poſſit eſtimari pro habendo aliq̄ ſacramēto vl̓ baptiſmo eucbariſtia benedictione nuptiaꝝ penitentia ordinatione chriſmate: ⁊ extrema vnctione quaſi p̄cium huius ſacramēti: cuius ſignū quando datur vt precium ⁊ fit pactio cum dante. Idem preſumitur quando negatur ſacramentum ſi n̄ datur pecunia ſimonia eſt nec excuſat conſuetudo: ſecus vero eſt ſi dat vt elemoſynā ⁊ gratiſ non coactus ſed ſponte: ⁊ ad ſeruanduꝫ cōſuetudinem non exactus. Si clericus exiſtens accipit aliquid tēporale pro aliquo ſacramento dato vel dando vt preciuꝫ eius: vel quia aliter non dediſſet ſimonia eſt.

Si dedit aliquid qđ̄ precio poſſit exiſtimari pro aliquo beneficio eccleſiaſtico ſimplici: vl̓ curato obtinendo ſimoniam cōmiſit: ſed ſoluendo taxam curie: ⁊ bullas nō reputatur ſimonia. Si pro aliquo beneficio eccleſiaſtico vel dignitate habenda aliquod temporale dedit ſimoniā cōmiſit: ⁊ idem de cōferentibus beneficia ⁊ officia huiuſmodi pro temporalibꝰ. Si emit vel vendidit aliquaꝫ capellam eccleſie ſimonia eſt. Si emit vl̓ vēdidit ſepulturam eccleſiaſticam ſiue ſepulchrū vbi ponitur cadauer ſiue officium eccleſiaſticum ſimoniam cōmiſit. Si patronus exn̄s pro pecunia elegit vel preſentauit i ſtituendum ſimoniam commiſit.

Si emit vel vēdidit aliqđ̄ iuſpatronatus alicuius capelle vel eccleſie ſimonia eſt. Si porrexit p̄ces carnales pro aliquo indigno ordinando vel beneficiando ſimonia ē. ſi intendit vt prelatus ratione precū pricipaliter aſſentire. Si fuit mediator ad procurandum alteri aliquod ſpirituale vt beneficiuꝫ ordinem ⁊ huiuſmodi pro aliquo tēporali. Si conduxit aliquem ad predicandum pactione pecunie ⁊ huiuſmodi ſimoniam cōmiſit: ⁊ ſimiliter p̄dicator qui hoc modo acceptauit ſimoniaꝫ cōmiſit. Si filiam vel conſanguineam vel ſuam miſit ad monaſterium pactione facta de certa quantitate pro ingreſſu monaſterij ſimoniam commiſit nec non moniales niſi forte monaſterium eſſet adeo tenue ꝙ non ſufficeret illi prouidere. De ſimonijs clericorum vide in tertia parte. c. ꝺ̄ clericis. De hac vero materia ſimonie habes plenius in 2ª p̄te ti. de ſimonia per totum.

## De proditione. c. 2º

Proditio frequenter ex auaritia fit. Si prodidit ciuitatem vel caſtruꝫ vl̓ perſonaꝫ inimicis vltra mortale: tenetur de omni damno inde ſecuto. Si prodidit res alterius iniuſte auferentibus ideꝫ. Si prodidit ſecreta alterius iniuſte: vltra mortale tenetur de damnis indeſecutis. Secꝰ ſi ſecreta inique vt coniurationes ⁊ tractatus contra ciuitateꝫ vel nocumenta perſonarum manifeſtat: quia tunc benefacit ⁊ facere tenetur. Si recepit aliquid ſub ſigillo confeſſionis: ſed non in confeſſiōe: ſi reuelat peccat

UVA. BHSC. IyR_109_1

moꝛtalit̃:niſi illud eēt qd iniquum cui poſſ:t obuiare manifeſtādo:ꝛ ſi ꝯ h̄ ꝓpēdit:qn̄ ꝓmiſit peccauit moꝛ talit̃:ſꝫ nec dꝫ tenē ſecretū: qꝛ ēt tē peccaret. Si legit lr̄as alt̃iꝰ clau ſas videt̃ moꝛtale: niſi ponēt ſpeꝫ i ratibitōe mittētiſ vl̃ eiꝰ cui mittit̃.

De acceptione pſonaꝝ.c.iij.

Si accipit pſonam in iudi cio videlicꝫ qꝛ magꝭ au dit vnā pſonā ꝙ aliā: vl̃ credit vni magꝭ ꝙ alt̃i n̄ ſuato oꝛdine iuris: vel magis ꝺcli nat ad vnam partem ꝙ ad alteraꝫ ratione amicitie ꝛ huiuſmodi poſ ſet eſſe moꝛtale. Si in diſtribuē dis beneficijs vel officijs eccleſiaſ ſticis vel ſecularibus admittit idi gnos peccat moꝛtaliter ꝛ tenet̃ de damnis inde ſecutis pſonis. Si in faciendis cedulis que vulgariter dicuntur ſcrutinia ſcienter admit tit indignum: vel qui ꝓhiberet ad mitti vel excludi dignuꝫ peccat mō taliter. Si in diſtribuendis one ribꝰ: vel in ponendis collectꝭ ciuita tis ſcienter grauat aliqueꝫ ꝯtra vel vltra debitum vel alleuiat peccat moꝛtaliter: ꝛ ſi ſoluꝫ ex eius deter minatiōe fieret talis diſtributio te netur dānificatis de dāno: ſecꝰ ꝟo ē ſi ponuntur cum eo plures alij.

Et ſic cū haberet diſtribuere ele moſynas alicuiꝰ ſocietatꝭ vel teſta mēti ꝛ hiꝰ nō fideliter diſtribuit ꝛ ſi dediſſet nō idigētibꝰ vltra moꝛta le tenetur ad reſtitutionem.

De turpi lucro.c.iiij.

Si iudex accepit pecuniam vt iudicaret aut bene iudi caret aut nō iudicaret aut iniuſte iudicaret peccat moꝛtaliter ꝛ tenetur illam reſtituere danti: niſi dediſſet vt male iudicaret: quia tunc tenetur dare pauperibꝰ. Ideꝫ de teſte pꝛo teſtimonio falſo feren do qꝛ peccat mōtaliter ꝛ tenetur re ſtituere. Si fecit inſtrumentū in fraudem vſurarum vt notariꝰ pec cauit moꝛtaliter ꝛ mercedē quā ac cepit debet pauperibus erogare.

Si ſeruiuit vſurario in arte vſu raria peccauit moꝛtaliter: ꝛ ſi bona vſurarij eēnt obligata reſtitutioni nō poſſet retinere ſalarium ſꝫ dꝫ re ſtituere creditoꝛibꝰ vſurarij alias aūt poſſet: ſed illud dꝫ dare paupi bus de oneſtate tn̄ nō ꝺ neceſſitate niſi ipſe eēt paup. Si recepit pe cuniā pꝛo turpitudine: vt meretrix vel alia mala mulier dꝫ illam pau peribꝰ erogare: nō tn̄ ꝺ neceſſitate ſed de cōſilio honeſto. Si qs fac̄ aliquā artē vel artificiuꝫ cuiꝰ vſus vt plurimū ē ad moꝛtale: vt facere taxillos vl̃ chartas ꝛ huiuſmōi pec cat moꝛtalit̃: nec dꝫ abſolui niſi diſ ponat illud dimittere: lucrū ꝟo ex hoc factū dꝫ paupibus dare: ex con ſilio nō pꝛecepto. Si diebus feſti uis emit vel vendit negociando ni ſi foꝛte in nundinis: vel fecit cōtra ctus alias non neceſſarios tunc: vl̃ ſcripſit vel fecit aliquid manuale ꝓ lucro vltra peccatū ſm aliquos dꝫ illud lucrum paupibus dare: ꝛ hoc potius videtur de honeſtate ꝙ de neceſſitate. Si tpe meſſiū vel vi demiaꝝ emit bladū vl̃ vinū vl̃ fru ctus: vt alio tpe vēdat cariꝰ nō exi ſtēs talis rei negociatoꝛ: nec ꝓpter aliquē honeſtū finē ſed pp cupidi tatē turpe lucruꝫ eſt: nō tn̄ tenet̃ in aliq̄. Si accepit aliqd vt aliqueꝫ

UVA. BHSC. IyR_109_1

eligeret ad dignitatem aliquã tpa/
lẽ: vel officium ſeculare: vel vendi/
dit hi⁹ officia ſecularia turpe lucꝝ
eſt: nõ tñ tenet̃ ad reſtitutionem ali
quã. Si mercatoꝛ vł alius poꝛta
uit vel poꝛtari fecit ferrum ligna ꝛ
q̃cũqꝫ mercimonia ad terras ĩfide/
liũ non habẽs licẽtiã apl'icaꝫ eſt ex
cõicat⁹ excõicatõe papali ĩcurritqꝫ
alias penas vt habes in. iij. parte ti.
xxv. per totum. Idem de dantibus
ĩ hoc auxiliũ ꝛ conſiliũ. Si nego/
ciatoꝛ exercet negociationes nõ ad
aliquem finem honeſtũ: vꝫ guber/
nare familiam vtilitatẽ patrie ꝛ hu
iuſmõi: ſꝫ p̃ncipaliter ob imẽſã cu/
piditatem cõmittit turpe lucrum.
Non tñ tenetur de neceſſitate dar̃
lucrũ pauperibus: ſed vnam ptem
de ↄſilio ꝛ honeſtate.

De ludo multiplici. Rũ͡a. c. v.

Ludus ſi luſit ad taxillos vł
chartas: vel ad aliũ luduꝫ
foꝛtune. Si vicit per frau
dẽ vel per falſos taxillos: vel men/
dacioſe tenetur illud qꝺ ſic vicit re
ſtituere amittẽti: vltra moꝛtale cõ/
miſſum: niſi ſit qd paꝝ. Si vicit
ab eo q alienare non potuit: vt ſer/
uo religioſo vxoꝛe filio famulis et
hi⁹: tenetur reſtituere his q hñt cu/
ram illoꝝ: ꝛ eſt moꝛtale: ſi eſt quid
notabile ꝛ ſi ex cupiditate acq̃rẽdi
ludit. Si p multã impoꝛtunitatẽ
traxit alium qui non intendebat lu/
dere: vel retinuit volentẽ recedere
vltra moꝛtale tenetur illi ſi ẽ qd no
tabile. Si acq̃ſiuit ſeu vicit per
ludum huiuſmodi in locis vbi pꝛo
hibetur ludus ꝛ mandatur fieri re
ſtitutio ſiue legib⁹ impialibus ſiue
municipalib⁹: ꝛ ſuatur quantuꝫ ad
vtrunqꝫ: dꝫ tunc fieri reſtitutio illi
qui amiſit: ſecus ſi leges ille ſunt ab
rogate per cõtrariaꝫ cõſuetudineꝫ.
Si vicit per ludum in alijs caſi/
bus: exceptis pꝛedict] non tenet̃ illi
reſtituere q amiſit: qꝛuis poſſit ele/
moſynaliter ſi ſit pauper elargiri:
ſed debet paupibus erogare de ho
neſtate ꝛ conſilio: ſm aliquos tene/
tur de neceſſitate quod tutius eſt
non opoꝛtet tamen tales ſtringere
ita ad certam reſtitutionem: ſicut ĩ
furtis vſura ꝛ hi⁹. ſm ho Rai. ſũt
q̃dã pſone qbus ĩdiſtincte tenetur
qs reſtituere qcqd ab eis lucratus
fuerit ĩ alee ꝛ taxilloꝝ ludo: vꝫ fu/
rioſi pdigi minoꝛes. xxv. annoꝛũ et
maxime pupilli. Item menteca/
pti ſurdi muti ceci: ꝛ q ppetuo mõ/
bo laboꝛant: qꝛ tales rebus ſuis ſu/
pereſſe. i. pꝛouidere nõ poſſunt pp
qð dãdi ſt̃ eis tutores ꝛ curatoꝛes.
Item videtur dicen. ð ſeruiſ mo
nachis ꝛ ceteris clauſtralibus ꝛ fi/
lijſfamilias q nõ hñt peculiũ caſtrẽ
ſe vł quaſi: ꝛ de vxoꝛe que nõ hꝫ bo
na parafrenalia: ꝛ etiam de admini
ſtratoꝛibus reꝝ eccl'aſticaꝝ q̃ ſunt
pauperuꝫ: ꝛ de ſimilibus pſonis: tñ
tales pecunie non ſunt reſtituende
eas pdentibus: ſed tutoꝛi curatoꝛi
pr̃i mõaſterio dño marito eccleſie
ꝛ hi⁹. De reſtitutione talium vide
plenius in ſumma in. ij. parte de re/
ſtitutõne ludi. De alijs vero que cõ
tingũt in ludis vt fraudes blaſphe/
mie amiſſio tpis ꝛ huiuſmodi hẽs
in. c. alijs.

De inquietudine. c. vj.

Nq̃etudo circa tempoꝛalia
acq̃renda ꝛ conſeruanda.
Si hũit imẽſam ſollicitudi

UVA. BHSC. IyR_109_1

nem circa hi⁹:ꝛ pp hoc dimiſit ali/
qd neceſſariū ad ſalutem vt miſſaꝫ
ꝛ hi⁹ mortale eſt. Si ꝟo nō dimi
ſit neceſſaria ſed remiſſio fuit quo
ad ſpiritualia veniale ē. Si hūit
nimiaꝫ ſollicitudineꝫ circa hi⁹ ex p
ua cōfidentia auxilij dei in ſe nō ē
mortale:ſed videť veniale:ē tamen
multum impeditiuum deuotionis
ꝛ alioꝝ bonoꝝ ſpiritualiū.

De inhumanitate retinēdi tena/
citer.c.vij.

Uaricia i retinendo tenaci
ter ſeu inhumanitas nō fa/
ciendi elemoſynas corpo/
rales indigentibus qñ pōt hoc ꝟſu
cōtinetur.ſ. Uiſito poto cibo redi/
mo tego colligo cōdo. Si hñs ſu
pflua quo ad naturā ꝛ quo ad decē
tiā ſtatus ſui ꝑ ſe ꝛ familia ſua non
ſubuenit neceſſitatibus alioꝝ etiaꝫ
non extremis:ſed magnis q̄s nouit
mortale eſt. Si hñs de ſupfluo q̄
ad naturam:ꝛ ſi non quo ad decen/
tiam ſtatu ꝑ ſe ꝛ familia ſua ñ ſub/
uenit pauperibus i extrema neceſſi
tate quos nouit mortale cōiter iudi
cať:ſed hic oꝫ multa cōſiderare ad
bene itelligēdū:vide de h in. ij. pte
ti.primo. Si non ſubuenit idigē/
tibus de induſtria ꝛ arte ſua cū po/
tuit:vt medicus medendo ꝛ viſitā/
do īfirmos paupes ſine ſallario:ad
uocatus i aduocādo:ꝓcurator pro
curando ꝛ hi⁹ videť mortale. Si
qs non ſubuenit pauperib⁹ neceſſi
tates extremas patientibus cuꝫ poſ
ſet:vľ tardauit dare: ꝛ exaſperauit
paupes veniale eſt. Si pauit pau/
pibus nimis ſūptuoſa: vel nimia q̄
ſtuantibus ſine cauſa indigentibuſ
vel ytētibus male elemoſynis pec/
catū eſt potius q̄ meritū. Si la/
borantibus ꝑ eo in quocūq̧ miſte/
rio nimis diſtulit dare eis mercedē
vltra cōuētiones factas:cū tñ poſ/
ſit ſoluere:poſſet eē mortale ſi icur
reret graue dānū vel ſcādaluꝫ:ideꝫ
ſi aliqd defraudauit.

De auaricia amandi res inordia
te.c.viij.

Ota q̧ ſiqs res etiam iuſte
acqſitaſ ita iordinate amat
vt inhereat ei:vt fini:cuius
ſignum eſt qñ ꝓpter eas non amit/
tendas eſſe parat⁹ facere cōtra ali/
quod p̄ceptoꝝ dei:peccat mortali/
ter:qa plus diligit creaturā q̄ deū.
Si autem nullo modo vellet fa/
cere ꝯ ſalutē ſuaꝫ ꝓpter hi⁹ tpalia
q̄uis iordinate afficiatur ſeu amet
ea veniale eſt.

De ꝓdigalitate contraria auari
cie.c.ix.

J ſupflue expendit ſuā ſub
ſtantiaꝫ: vel in edificijs ſū/
ptuoſis:vel in equis vel in
ꝯuiuijs delitioſis vel freqntib⁹ vel
paleſtris vel ludis vel ornamentis:
vľ turpitudinibus ꝛ p̄cipue mulie/
rū vel in enſenijs: vel hiſtrionibus
ꝛ hi⁹ pctm̄ eſt:ꝛ qñ eſt notabilis ex
ceſſus ſm ꝓportionē ſui ſtatus eſt
mortale:aľ i modico eſt veniale.De
ſcēdere aūt ad pticularia: puta de/
terminare qñ eſt mortale:vel veni/
ale nō de facili pōt dari iudiciū cer
tū a quo cognoſcať.

De inuidia q̄ ē.ij. vitium capitale
Titulus.ij.de inuidia ꝛ ei⁹ ſpēb⁹
iiij.ꝛ hꝫ capitula.iiij.c.i.

Nuidia ē triſticia ꝺ alieno
bono inquātum deſiderať
vt diminutiuum ꝓprie ex/

UVA. BHSC. IyR_109_1

cellentie: ⁊ ſi fit ex conſenſu rõnis mortale ē:niſi eſſet ꝺ aliqua re parua:ſicut puer q̄ iuidet alteri puero ꝙ hēat plures fruct⁹ ⁊ huiſmōi: ſ3 ſi ſit ſm motū ſenſualitatis:⁊ cū diſplicentia rōnis ē veniale:vel nullū ēt de re notabili. Interrogandum ē ſm ſtatutū de hi⁹ inuidia.ſ.ſi prelatus alteri p̄lato iuidet de maiori p̄latione vl' dignitate. Si eſt officialis de maiori ⁊ digniori officio. Si doctor de maiori ſcia ⁊ ↄcurſu. Si ſcholaris de acutiori ingenio alterius ſcholaris. Si ciuis de maiori honore ⁊ reputatione alterius. Si ſpiritualis de maiori fama alterius.
Si mulier de alterius marito filijs ornamentis pulchritudine ⁊ hi⁹. Si artifex de artificijs arti ſue ⁊ lucro:⁊ ſic ꝺ alijs. Si q̄s cū dolet ꝺ bono ꝓximi ſui:non ex eo ꝙ ille habeat:ſed de defectu ſuo:q2 ipſe illo caret cōtentus tñ ꝙ ꝓxim⁹ habeat nō ꝑtinet ad iuidiā: ⁊ ſil'r ſi doleat de bono inimici:ex hoc ſolū:q2 timet i de ſibi nocumentū nō ꝓprie ꝑtinet ad inuidiam.

De odio ⁊ alijs filiabus inuidie: ⁊ primo de odio.c.2.

I habuit odiū ad deū q2 flagellauit eū vl' īpediuit mala deſideria ei⁹ vl' alia ꝺ cā mortale ē. Si hūit odiū ad ꝓximū deſiderans malū eius ut malū: ⁊ ſi ē malū notabile:qꝺ illi appetunt rōne ꝺliberata mortale eſt ſiue malu3 ſit i pſona:vel fama vl' ſub̄a:vl' alio modo:ſecus aūt ſi nō conſenſit rōne vel ſit q̄d nō multū dānoſum.

Si ꝟo deſiderauit malū alteri⁹: v3 infirmitatē in bonū ei⁹:vt.ſ.bonus efficiat̄ vl' ne peior:vl' ne alijs noceat nō eſt odium. Interrogandū ⁊ inueſtigandū ē h̄ caute:nā laici oēm diſplicētiam ſolent appellare odium:q̄ tñ non ē niſi dicto modo.

Itē odiū contra vnum reputant tm̄ vnū peccatū. Sed nō ꝙ ſicut in alijs ſic in iſto. Quotiens reuocādo iniuriā menti de nouo habuit odium ad illū cū ↄſenſu rōnis totiens peccauit mortal'r. Interrogandū ē ēt de tpe.ſ.quantū perſeuerauit ⁊ quo frequenter odiuit: Ite3 ꝙ dimittat oē ē odiū: ſ3 or:imo nō d3 illi petere veniā quem odiuit: ſi pctm̄ ē occultū niſi publice cū ꝟbis vl' alijs modis offendiſſet.

De ſuſurratiōe q̄ ē ponere diſſēſiones inter amicos ꝑꝑ malam intētionem.c.3.

I q̄ſiuit ponere diſcordiam inter amicos vel ↄſanguineos dicēs malū vni de altero vel ecōtra:vl' referens ſtudio ſe que pñt cāre hi⁹:q2 mortale eſt: ⁊ nur⁹ erga ſocrū:⁊ ſocrus erga nur ſolēt his vacare. Si dixit aliqua ꝟba vñ orta eſt diſcordia īter amicos vel ↄſanguineos:ſed nō hoc intendens:ſed i caute de ſe nō ē mortale:ſ3 poſſ3 cē rōne ſcandali. Si q̄s itendit diſſoluere malas amicitias vel ↄuerſationē alicuius cum alijs ne decipiat̄ cōgruis remedijs non eſt malum.

De exultatōe in diuerſis.c.4.

I vidēs dāna euenire ⁊ mala his q̄b⁹ iuidet vel odiu3 h3:letat̄ deliberato aīo de malo illius mortale ē. Sec⁹ aūt ſi ñ deliberato aīo. Letari aūt de malo inimici:nō īquātū malū eius:ſed inquātū nō poterit nocere:tal's inu

f

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſte cū opp̄mere pōt eē ſine peccato.
De triſtitia in proſperis.
E triſtitia in pſperis: q̄ hoc differt ab iuidia: q2 triſtat̄ ō bono pximi: 7 pp h̄ cogitat quō male habeat 7 deſiderat: ſʒ ↄtingit ſepe ꝙ nō patit̄ ille dāna q̄ ei appetit: ſʒ magis pſpat̄: 7 ō h̄ triſtat: 7 ē mortale vbi ē ſenſus rōnis
De ira que eſt tertium vitiū capitale titulus tertius: 7 hʒ. c. 2.
Ra ē appetit⁹ vīdicte 7 vitium capitale: 7 freq̄nt̄ miſcet̄ cū odio. Si pp aliquē defectū in ſe vl̄ i altero cōmiſſum ↄſiderauit vīdictam ſeu punitionē quōcūꝗ vt p ſe vl̄ a deo vl̄ ab alio: itendēs ſolū ſatiſſacere aīo ſuo irato: 7 ē mortale qn̄. ſ. ſolum intendit punitionē p̄ter ordinē ratōis: ſi notabile malū eſt: 7 cū ↄſenſu rationis alias veniale: vt ira q̄tidiana in gubernatōe familie. Si irat⁹ i ſe ipʒ pp aliquē defectū turbat̄ ↄ̄ ſe veniale ē cōiter. Si iratus ↄ̄ deuʒ pp aliquod flagellum murmurat ī corde vel ore: impatienter ferēs 7 poteſt eſſe mortale 7 veniale ſm modum impatientie.
De indignatōibus 7 alijs filiab⁹ ire. c. 2.
I idignatus ↄ̄ aliquem non valēs audire eū: vel vider̄ reputās eū indignū eo ꝙ ſibi diſplicuerit: cū d̄buit ſeruire potius ē veniale cōiter: 7 ſi pp hoc retinet ſibi loquelā: vel aliud ſignum oñdit diſplicentie: q2 auferēda ſūt pp ſcādalū pximoꝝ 7 opionē odij
De timore mentis.
I excogitauit diuerſas vias 7 modos ad vīdicanduʒ ſe de iniuria: 7 bis implicauit mētē cogitationibus altercatiuis ſʒ proceſſum pōt eſſe mortale 7 veniale.
De clamore.
I ex ira clamauit ↄ̄ aliqueʒ inordinate 7 ↄfuſe 7 furioſe loquēdo ē veniale cōiter
De contumelia.
I dixit alteri v̄ba cōtumelioſa l̄ iniurioſa īportantia vitia l̄ opprobria aīo īiuriā dī notabil̄r: vt vocādo eū pditorē l̄ ihoneſtā pſonā: 7 dicēdo mala de parentib⁹ 7 hi⁹ mortale ē. Si dixit v̄ba opprobrioſa familie ſue: vl̄ diſcipul̄ vl̄ ſibi ſubditiſ cā correctōnis: ſi fit modo debito 7 hōeſto 7 ſine peccato: l̄ cōiter ē veniale: niſi infamatoria diceret 7 ſeq̄retur ſcandalum magnum.
De blaſphemia 7 maledictione creaturarum.
I blaſphemauit aīo deliberato aliquem: vt pcuteret̄: tali maledictōe in malū eēt mortale: niſi hoc affectaret in emēdationē eius. Si v̄o hoc nō deſiderauit ſm rationē: ſed ſm ſubituʒ motum ire ei⁹ cuius ſignum ē: qa ſi hoc ↄtigeret valde doleret: ſic̄ fit a parentibus cōiter veniale ē. Si maledixit creaturas irrationabileſ qa ſi fecit in deteſtationem creatoris: vel in dānum dñi eius eſt mortale: alias veniale 7 ocioſum. Si blaſphemauit aīas defunctoꝝ ſuorū pētum vl̄ alioꝝ hoīuʒ vider̄ mōtale: q2 vider̄ ītendere notabile malū. Idē cū ſeipſuʒ maledixerit ex īpatiētia. Si blaſphemauit diabolū malū ē: q2 ocioſum ſaltem.
De maledictōe dei 7 ſctōꝝ dictū

UVA. BHSC. IyR_109_1

E rixa p̄ quā ex ira ſe iuicē hoīes percutiunt.i. cum ſi t aīo nocēdi vl' iiuriandi: vt in adultis ē mortale i icipiēte. Jdez i ꝓſequēte aīo vindicatiuo: ſecus ſi aīo defendendi ſe tm̄ vl' etiā ad exertium vt pueri.

De ſeditione.

E ſeditiōe q̄ ē qn̄ vna ps ciuitatꝭ iſurgit ꝯ aliā ex pte ei⁹ que iniuſte mouet ē mortale cū oib⁹ ſeq̄cibus eius: ⁊ tenet̄ de oibus dānis inde ſecutis alteri' parti. Ex pte aūt ei⁹ q̄ reſiſtit ſeditiōi iniuſte mote ꝯ ſe: vl' bonū ciuitatis nō ē ſm ſe peccatū: niſi miſceātur odia ⁊ vindicatiōes: ꝓut cōiter accidit. Qn̄ ex reſiſtentia alteri pti ſeq̄rent̄ multa pericula ⁊ mala cedendū eēt: alias non euaderet multa peccata q̄ in ꝯflictu ptiū ſequerētur. Sigs ēt ita partialis ē vt gilphus ⁊ gebelin⁹: ſeu aliter partialis ita obſtinatio aīo q̄ appetit exīminiū alteri⁹ ptis: ſeu exiliū per phas ⁊ nephas patus etiam in malis ſeq pté ſuā non eſt ſine mortali: ⁊ i malo ſtatu perditionis.

De bello.

Jqs mouet bellū iniuſtum mortalit̄ peccat: ⁊ oiſ q dat auxiliū ꝯſilium ⁊ fauorem ſiīr peccat mortalit̄. De dānis autē q̄ ibi fiunt: ⁊ de reſtitutionib⁹ ⁊ qd ſit iuſtū vl' iiuſtuz bellum: vide in 3ª pte. De homicidio dictū ē.s.c.v.

De accidia q̄ eſt 4ᵐ capitale vitiū.ti.iiij.⁊ hz.c.v.

Primum.c.de eadem.

Accidia īportat tediuz bene opandi. Si ita ꝯtriſtatus ⁊ tediatus ē q̄ hūit in honorem bona diuina: ⁊ i abhominatōēz ſpūalia ⁊ pp bona ad q̄ tenet̄ vt p̄cepta dei ⁊ eccleſie ⁊ hi⁹: qn̄ adeſt ꝯſēſus rōnis eſt mortale: ſed ſi hz talez motū tm̄ ſm ſenſualitatē cū diſplicētia rōnis ē veniale. Si aūt cōtriſtatus ē ꝺ morte cōſanguinei: vel alio caſu q̄ penitet eū benefeciſſe vl' ꝓpōit amplius non benefacere mortale eſt.

Si ita cōtriſtat̄ q̄ vellet nunq̄ fuiſſe creat⁹ a deo: ſeu nō cē nat⁹ in mūdo: vl' eſſe ſicut brutū animal vl' mori qūocunq̄ ſiue bene ſiue male diſpoſitus dūmodo hic exiret: talis triſtitia cū ꝯſenſu rōnis ē mortale.

Si etiam ita contriſtatur de aliquo caſu aduerſo q̄ icurrit grādez infirmitatem propter nimiam triſtitiam perdēs ſomnum dimittens cibum ⁊ hi⁹: videtur mortale quando pōt ſe iuuare ꝯtra hi⁹. Si cōtriſtatur ex conſideratione bonorum que hn̄t alij: qbus ipſe eſt p̄uatus vilipendēs oīa ſibi data a deo ⁊ inde ſumens tediuz bn̄ opandi ſz conſenſum rōnis: illa accidia ē cōiter veniale: ⁊ in perſonis ſpiritualibus repitur. Si cōtriſtatur ex hoc q̄ bona ꝓpoſita q̄ fecit ſepe frāgit: ex hoc incurrit tedium bene operādi: quaſi videatur non poſſe ꝓficere: accidia eſt in ſpiritualibus icipientib⁹ deo ſeruire. Si ex frequētia tentationum attendat in laborando ⁊ reſiſtendo veniale eſt: ſi tn̄ reſiſtat i icipiētib⁹ cōtingit ſepe.

Si attendiatur in boniſ opibus vl' bn̄ opando orando audiendo legendo lectiones vl' p̄dicatiōes aut dicendo officium ⁊ huiuſmodi: nō tamē dimittit de neceſſitate fienda



UVA. BHSC. IyR_109_1

cōiter ē veniale: ⁊ ſatis ēt in ſpūali bus repitur. Si triſtatur de aliq̄ defectu magis ex eo ꝙ apparet defectuoſus corā hoībus q̄ȝ corā deo accidia eſt: ⁊ frequenter veniale ꝓcedens ex ſuperbia.

De filiabus accidie. c. 2.

E filiabus accidie ī qb⁹ difficile ē cognoſcē qn̄ ibi ſit peccatum mortale: niſi cuȝ miſcet̄ cū aliq̄ peccato: vt cū obmittit̄ aliqđ p̄ceptū niſi deꝑmat ita mētem ꝙ tollat charitatē dei ⁊ ꝓximi.

De deſperatione.

I deſperauit ō miſericordia dei exiſtimās non poſſe vel nō velle ei ꝑcipere ēt reuertēti ad penitētiā: vel nō poſſe abſtinere a peccatis cū adiutorio dei eſt mortale ſꝫm deliberatōēȝ ⁊ cōceſſū ſecus ſi ſꝫm aliquem ipulſum tentatiōis. Si dſperauit ſe non poſſe euadere aliq̄s miſerias mundi: vel ꝑicula ꝓꝑ que decreuit ſe occidere ē mortale. Et ſi aliqd ad hoc fecit multo magis. De malicia.

I cōtēpſit diuina ⁊ ſpūalia bona ex triſtitia aggrauāte mētē mix cū accidia mōtale ē. Si aūt ɔtēneret ⁊ refugerit ea ꝑ que poſſet vitare peccatum: qꝛ tūc ꝑtinet ad blaſphemiā ī ſpirituȝ ſanctuȝ: vt ifra dicetur.

De puſillanimitate.

I ſubtraxit ſe ab illis bōis ad q̄ erat aptus timore deficiēdi: vt a ieiunijs ab igreſſu religiōis a p̄latōe iniuncta ab officio p̄dicatōis ⁊ audientia cōfeſſionis iniuncte ⁊ hi⁹ ē cōiter veniale niſi eēt p̄ceptū ī eo qđ dimittitur.

De rancore.

I habuit ī diſplicentiā ⁊ tediū corrigētes eū ꝓꝑ correctionē eſt veniale: niſi illos odiret ⁊ tunc odiū ē mixtum.

De ocioſitate q̄ ꝓcedit ex tedio.

I ſtetit ocioſus nihil boni operās corporale vl̄ ſpūale vn̄ amittit tp̄s irrecuꝑabile vr̄ veniale: niſi ex ocio addatur aliqđ vitiū qđ frequenter accidit: ⁊ quanto tp̄e ſtetit ocioſus.

De tp̄e ſeu pigritia bn̄ opandi.

I fuit tardus ad bn̄ opandū lȝ illđ fecerit tardus ad eccl̄iam ad oran̄. ad elemoſynas dandū ⁊ hi⁹ cōiter ē veniale: niſi ex tarditate obmittēt̄ p̄ceptuȝ vt qꝛ cito nō ſubuenit patiēti extremā neceſſitatē cū tenet̄ vt īfirmo: vn̄ ſeq̄t̄ mors ⁊ hi⁹: tūc ē mortale.

De euagatione mentis.

I habuit diſtractōem mentis ī orone ⁊ fuit ī eā: vl̄ cū volūtate euagat̄: vl̄ audiēdo p̄dicationē ⁊ diuina mēte cogitauit vana ⁊ iutilia ē cōit̄ vēiale: niſi addat̄ aliqđ ſpāle pctm̄ l̄ꝑ totuȝ officiū ad qđ obligatur ex p̄cepto: vl̄ audit noua: vl̄ ſi loq̄t̄ iutilia: l̄ ex tedio mutat loca hic ide: vl̄ diſtrahit ſenſus ⁊ membra diuerſimode eſt veniale cōiter.

De negligētia ſeu tepiditate. c. 3.

Ue ē remiſſio volūtatis cc̄ ea q̄ dȝ facer̄. In hac q̄tidie oēs offēdūt: ſȝ vēialit̄ niſi obmittat̄ aliqđ neceſſariū. Si fuit negligēſ cc̄ opa mie ſpūalia q̄ h̄ v̄ſu ɔtinēt. Cōſule caſtiga dimitte ſolare fer ora. Nota ꝙ ſub conſulo comprehenditur doctrina ⁊ docere ignorantem p̄cipue ad ſalutem

UVA. BHSC. IyR_109_1

vtilia. Si fuit negligēs ad adiſcē
dū neceſſaria ad ſalutē: vt pcepta
dei ꝛ eccleſie gnalia: q2 hꝰ ignoran
tia nō excuſat: vl ad eūdū ad pdica
tiōꝫ ꝛ vtile ē iniūgere idiotꝭ vt pdi-
catōes aliqs audiat. Si fuit negli-
gēs ad pcurādum ſibi ſacramēta ꝛ
ſue familie: ꝛ ſi ex negligētia ꝛ dila
tōe mortua ē ples ſine baptiſmo ē
mortale. Si īfirmꝰ mortuus ē ſi-
ne cōfeſſione ꝛ cōione vel extrema
vnctione: cum ex negligētia craſſa
pcedit vr mortale vel gue veniale
ſꝫ ꝙ pls ille idigebat. Si fuit ne-
gligēs ad pcurādū ſacrm ɔfirmatō
nis. Si iter feciſſet dare ſacra ba
ptiſmi ɔfirmatōis vel ordinē ſciēt
ſacer ē mortale ꝛ ɔbit irregularitaſ
i ſuſpiciēte. Si fuit negligens ad
fratnā correctionē cum tenet: vꝫ d
pctō occlto ꝛ mortali ꝛ ide ſpabat
emēdationē illiꝰ tūc eēt mortale di
mittēdo oio illā: veniale ꝯo retar-
dādo vl de bis q nō ſunt mortalia.
Si nō ſuauit ordinē debitū i fra
tna correctōe: vel nimiſ aſpe vl tpe
vel loco idebito pctm eſt.

De negligentia ɔfeſſionis. c. 4.

J obmiſit ad minus ſemel i
anno ɔfiteri vel ex negligē
tia vel igrātia mortalit pec
cauit. Secꝰ ſi ex ipotētia: vꝫ q2 n hꝫ
copiā ɔfeſſoris: ſed ſi poſtea cū hēt
copiā ɔfeſſoris nō ſuppleuit dfectū
mortale ē. Si fecit cōfeſſionēꝫ fi
ctā ſciēter dimittēs aliqd mortale:
vl qd dubitabat: vel credebat eſſe
mortale: ēt ſi nō eēt mortale morta
lit peccat: ꝛ tenet itare ɔfeſſionēꝫ.
Si dicit eē cōtritū de oibꝰ pctis
ꝛ diſpoſitū ad abſtinēdū ꝛ ſatiſſa-
ciēdū: cū h nō itēderet mortalit pec
cauit: ꝛ tenet iterare confeſſionē.
Si pniāꝫ ſibi iiunctā p mōtalibꝰ
ex negligētia obmiſit facere pecca-
uit mortalit: ꝛ tenet iterare ɔfeſſio
nē: ſi ē illiuſ oblitus pnie. Si ſciē
ter cōfeſſus ē ei quē ſciuit excōica-
tū vel ſuſpēſuꝫ: vel nō hntē auctori
tatē: puta qa ſimoniace accepit bn-
ficiū: vel qa itruſus ē p laicā ptātēꝫ
peccauit mortalit: ꝛ tenet itare cō-
feſſionē. Si ɔfeſſus eſt in excōi-
catōe maiori exiſtens: quā neſciuit
ipſe nec cōfeſſor eius: abſolutus tn
fuit a pctis: oꝫ iter cōfiteri qa non
fuit capax abſolutōnis tunc propt
excōicationē. Si confeſſus eſt ei
qui non habet ſufficientem ſciam
peccat: ꝛ ſi fuit adeo ignorās ꝙ ne-
ſciuit diſcernere peccata eius pre-
cipue cōia tenet iterare cōfeſſionē.

De negligentia circa communio
nem. c. 5.

J obmiſit cōicare ſemel in
anno. ſ. in paſcha reſurre-
ctionis poſt annos diſcre-
tionis peccauit mortalit: niſi fuiſſꝫ
legitime impeditus vt qa alteratuſ
ſtomaco vel excōicatus querēs tn
abſolutionē: vel d licentia pprij cō
feſſoris p aliquot dies differret: ꝛ i
hꝰ caſibꝰ debet ſupplere defectuꝫ
qn poteſt. Si non cōicauit ieiunꝰ
ita. ſ. ꝙ poſt mediā noctē aliqd ſum
pſit p modū cibi vel potꝰ peccauit
mortaliter. niſi eēt grauit infirmus
qa tunc licet. Si cōionē ſumpſit
cum ſtaret cū propoſito alicuiꝰ pec
cati mortalis: vel cū eſſet excōicatꝰ
hoc ſciens vel ignorans ignorantia
craſſa peccauit mortaliter. Si nō
confeſſus de aliquo mortali pecca-
to commiſſo: vel aduertēter ex ve-



UVA. BHSC. IyR_109_1

recūdia: vel aduertenter pp indiſ-cuſſionem cōſcientie: vel ex ignorātia craſſa ⁊ ſupina ſumpſit cōionez peccauit mortalr. Et nō qꝫ ſiqs obmittit cōfeſſionē vel cōionē in tpe ſtatuto conari dꝫ cōfeſſor vt inducat cū ad ſupplēdū defectū niſi ſit oīo nō bene diſpoſitus. Itē cum reperit aliquē deditū vitijs turpibus ⁊ alijs vſqꝫ ad finem qdrageſime cautū vr ne ſubito admittet eū ad cōionē: ſed ꝓlonget ſibi tps ꝑ aliquas hebdomadas. De alijs ꝟo defectib⁹ q omittunt circa cōionē ⁊ miſſaz vide in tertia pte de clericꝫ

Si exñs excōicat⁹ maiori ſcienṫ pticipauit: audiendo dīna ī ecclijs aūt ſacra pcipiendo peccauit mortaliter. Si pticipauit in crimine cuz aliq̄ pp qd ille cū q̄ pticipauit erat excōicatus: vꝫ q2 verberauit clericū: vt. c. ſi cōcubine de ſñia excōicatōis. Ut ſi aliqs claric⁹ ſubijcit ſe alicui laico ꝟberandū ad placādū eū de iniuria ſibi illata clericus ille efficiṫ excōicatus: q2 pticipat in crimine eū ꝟberāte: pp qd eſt excōicatus ⁊ mōtale ē: vt. c. cōtingit de ſen. excōi. Si exñs excōicatus maiori ſciēṫ pticipauit cū alijs fidelib⁹ ēt ex dīna pcipue ibis q̄ continenṫ hoc ꝟſu. Os orare vale cōio mēſa negaṫ. Et ſi fecit ex ɔtēptu ꝯ ꝓhibitionē ſupiorū peccauit mortaliter alias venialiter ⁊ efficiṫ excōicatus minori a q̄ pōt abſoluere oīs q habet eum audire in confeſſione.

Excipiunṫ tñ qnqꝫ caſus in qb⁹ lꝫ pticipare cum excōicatis: q cōtinēt ī hoc ꝟſu Utile lex humile res ignorata neceſſe. Hec anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe: quos vide in 5ª parte ſumme.

Quintus titulus de inanigloria hꝫ. 3. c. Primū. c. de inanigloria.

E inanigloria q̄ eſt 5ᵐ capitale vitiū iportans iordinatū appetitū laudis humane ſeu iordinataz ɔplacentiaz eius cui offerṫ: ⁊ cui ſit aliqd op⁹ pricipalr pp laudē ꝓpriā amittit ei⁹ merces ⁊ pctm̄ incurriṫ: ⁊ intrrogandū ē ſꝫ ſtatum hominū d diuerſis materijs in qbus hoies querūt ſibi laudē: vꝫ a doctore de ſcia ⁊ doctrīa: a ſcholari de ingenio ⁊ diſputatione: a rectore de regimine: a mulieribus de ornatu ⁊ hi⁹. Si q̄ſiuit laudem ⁊ gl'iam de opere peccati mortal' mōtaliter peccauit: ſi ſm rationē deliberatam h egit: ſecus ſi ſm moduz ſenſualitatis: vel ēt ſi de aliq̄ venia li gl'atur. Si opa ſua d gñe bonorum: ⁊ ieiunia elemoſyne ⁊ hi⁹: q̄ſi oīa ad laudez humanā fec mortale vr cum ibi conſtituit finez: ſecus ſi aliquid hoꝝ aliqñ facit alio fine.

Si ita inordinate accepit laudez de aliquo ope: qꝫ pp eam conſequētiam paratus erat facere ꝯ aliqd ꝓceptoꝝ peccauit mortaliter. In alijs autem caſibus vr veniale.

De imodeſtia ornatus. c. 2.

E imodeſtia ornatuſ que ꝓcedit frequenṫ ex inanigloria: lꝫ ēt ex alijs cauſis poſſit ꝓcedere: ⁊ pcipue mulieres iuuenes de hoc intrrogāde ſt. ſ. de ornatu capilloꝝ fucoꝝ gēmarū veſtiū ꝓcioſaꝝ ⁊ foderaturꝫ ⁊ caudiſ eaꝝ ⁊ planellis nimis altis ⁊ coronis capitis ⁊ hi⁹: ī qb⁹ aliqñ ē mortale aliqñ veniale. Si vſus vel vſa ē fucis vel alijs ornamētis ad oſtentatōez

UVA. BHSC. IyR_109_1

⁊ inanēgloriā ſi de hi⁹ ſupbiuit. vel gloriata ē: mortale eſt: ſi tantā dele/ctationē hūit ad laudē ⁊ gloriā illā ꝙ nō curauit trāſgredi mādata dei ⁊ eccleſie. Si vſus vel vſa ē fuc[o] ⁊ alijs ornamētis ad īducēdū hoīes ad ſui ꝯcupiſcētiā extra m̄rimoniū mortale ē īdubitatū. Si ita īordinate delectat̄ ī hi⁹: ita ꝙ ēt ſi ſciret hoīes ex ſui ornatu ſcandaliçari .i. trahi ad ſui ꝯcupiſcētiā nō curās ꝺ ruina ꝓximi mortale ē. Si ad cōplacēdū viro ſuo vel adinueniēdū viꝝ ſi ē inupta vl' ne ꝯſpiciat̄ ab aliis vel ex aliq̄ leuitate vſa ē fuc[o]: vel alijs ornamētis ſupfluis de ſe nō ē mortale: ſed poti⁹ veniale: niſi h̄ ſit notabilis exceſſus ī hi⁹: vt poſſit iudicari ꝺ occaſiōe data alioꝝ ruie et nō tm̄ accepta qꝺ ē difficile iudica/re. Si hūit nimiā diligētiā ⁊ ſtu/diū ⁊ tps ad ornādū ſe: vl' fec̄ exceſ/ſuꝫ ī portatura veſtiū vltra ſuū ſta/tū vel ꝯditionē: vel nō ſ̄m morē patrie: vel veſtib⁹ nimis ꝺlicat[e] pcc̄ꝫ ē

Capitulū.3. de filiabus inaniſglorie. Et primo de hypocriſi.

J ſimulauit ſcītatē hr̄e p ieiuniū orōnē ⁊ hi⁹: cū maluſ eēt ſi h̄ egit ad ꝯſequendaꝫ laudē humanā ꝯſtituēs ibi finē mōtale ē alias veniale: niſi aliud vitiuꝫ adiungat̄. Si ſimulauit ſcītatem p hypocreſim itēdēs aliqd qꝺ ſit ꝯ honorē dei: vel vtilitateꝫ ꝓximi: vt ſemiare errores: adipiſci indign⁹ eccleſiaſticā dignitatē: decipe. n. ꝓxi/mū tpal'r vl' ſpiritualit̄ mortale eſt. Si ſimulauit ſcītatē exiſtēs ma/lus vt dent̄ ei elemoſyne ſicut ſan/cto viro: vel ꝓcuratōes eccleſiaruꝫ vt cerretāi ⁊ ſimilia mōtal'r pecca/uit. Si ſimulauit maiorē ſcītatem ꝙ̄ hūit: vel occultauit ſuū defectuꝫ ad edificatōeꝫ ꝓximoꝝ nō ē pecca/tum vel leue vel veniale ē: aut ſi h̄ facit ob aliquā vanitatē vel inanē/gloriam eſt veniale.

De iactantia.

J laudauit ſeipm̄ de aliquo opere pcc̄i mortalis morta/lit̄ peccauit. Si aūt ꝺ ope veniali venial'r peccauit quātū ē ꝺ ſe. Si laudauit ſe de aliquo ope bono: vꝫ de v̄tute: de ſciā: de indu/ſtria: vel diuitijs: vel potētijs ⁊ hi⁹ ex ſupbia ⁊ ianigloria mortale ē vl' veniale: ſ̄m radicē ipſi⁹ ſupbie vel inaniſglorie vn̄ ꝓcedit. Si laudauit ſe cōtemnendo alios: vt phariſeus publicanū mortale ē. Si āt ex aliq̄ leuitate vel vtilitate cōſequenda veniale vel nullum eſt.

De ironia.

J vilificauit ſe verbis vl' factis plus ꝙ̄ ſentiat̄ ī ſeipſo in mente: dicens aliqua mala de ſe: que in ſe nō cognoſcit veniale eſt ⁊ dicitur ironia.

De contentione.

Jquis contendit aduerſus alium contra veritateꝫ ſcienter in rebus alicuius importantie mortale eſt: ſecus in reb⁹ paruis ⁊ inaduertenter. Si con/tendit pro veritate ſed nimis īordinate cōiter ē veniale: ſed poſſet ibi eē tanta inordinatio ꝙ rōne ſcandali ſequētis eēt ibi mortale.

De diſcordia.

J hn̄s tractare aliq̄ cū alijs in cōi nolit concordari cuꝫ alijs de his q̄ ordināt̄ur ad honorē dei vel ꝓximoꝝ vtilitatem



UVA. BHSC. IyR_109_1

ex eo ꝙ male afficitur ad eoſ: vl' vt
oñdat ſe plus ſcire ꝙ̃ alij mortale ē
ſec⁹ aūt ſi nō cōcordat: vȝ qꝛ ſi vide
tur eē magis ꝯ deū ꝛ rōnē qḋ ipe i
tēdit: qꝛ tūc vl' nō eſt peccatū vel le
ue: niſi ſit nimis pertinax.

De pertinacia.

J fuit ptinax i ſnījs ſuis diſ
crepās a cōi ceteroꝝ ꝯſilio
vel iudicio cōiter ē veniale
ꝑiculoſū ꝛ inductiuuȝ erroris.

De ſingularitate nouitatum.

J fecit ſingularitateſ vl' no
uitateſ i ꝯuerſatōe vite vel
veſtib⁹: vel cerimonijs: vl'
alijs adinuentiōibus peccatū ē: ꝛ ſi
adiuenit aliquā malā cōſuetudinē
oīa ei imputantur.

De inobedientia.

J ñ obediuit ſupioꝛib⁹ ſuis
ſpūalibus vl' tpalibus legi
b⁹ canonicis: vl' ciuilib⁹ rō
nabilibus: ꝛ ſi q̄dē trāſgredit' ſupio
rū ordinatiōes hñtes viȝ pcepti: vt
qñ mandat' ſuari v̄bo vl' ſcripto i
v̄tute ſācte obediētie: l' ſb pena ex
cōicat ōis vl' carcerꝭ: vl' alijs penis
grauib⁹: ꝛ hi⁹ eqpollētijs peccauit
mortalit'. Jn alijs v̄o ordinatiōib⁹
ſimpl'r factꝭ trāſgrediēdo ē vēiale:
niſi fiat ex cōceptu: qa tunc morta
le quātūcūꝗ leuibus.

De gula. 6. ti. ꝛ hȝ. c. 3. primuȝ. c'.

Ula, ē ſextū capitale vitiuȝ
ꝛ iportat iordinatū appeti
tū ſeu ꝺlectatōeȝ circa cibū
ꝛ potū. Nō. 5. ſpēs ſeu modos q
cōtinēt' i h̄ v̄ſu. Prepꝛope laute
nimis ardēt' ſtudioſe. Si comedit
vl' bibit ex hoꝛā debitā ſine rōnabi
li cā ꝛ vrgēte. Si ē vſus cibis vl'
potib⁹ lautis nimis ꝛ ꝺlicatꝭ vltra
cōditionē ſui ſtatus. aliter. n. decet
comedē infirmū ꝙ̃ ſanū ciuē ꝙ̃ ru
ſticū. Si comedit vel bibit in ni
mia quātitate ſm exigentiā ſue cō
plexiōis: qḋ. n. vni parū eſt: nimiū ē
alteri. Et plus comedē i die ieiunij
ꝙ̃ altera die nō ē de ſe malū ꝓ vna
comeſtōne. Si comedit vl' bibit
cū nimio ardore gule: ſeu cū nimia
cōplacentia cōtēptus magis ſatiſfa
cere ꝺlectatōi gule ꝙ̃ neceſſitati ꝓ
uidere. Si adhibuit vl' adhiberi
fecit nimiū ſtudiū ꝛ diligentiā cir
ca cibaria delicata ꝑparāda vt cuȝ
varijs ſapoꝛib⁹ ꝛ diuerſis modis: ꝛ
huiuſmōi. Jn his oībus ſpecieb⁹
vel modis gule: tūc ē mortale: qñ ꝺ
lectatio gule q̄ritur vt finis parat⁹
facē ꝯ pcepta vt ſatiſfaciat ꝺlecta
tioni gule. Uel cū comedit vſꝗ ad
crepulā vel vomitum aduertenter
ſicut fit a pleriſꝗ i carniſpꝛiuio: vl'
vtit' aliq̄ cibo: ex quo v̄iſimilit' cre
dit icurrere magnam leſionē pſo
ne. Jn alijs v̄o caſibus cōiter eſt
veniale. Si comedit carnes in q̄
drageſima vel i alijs ieiunijs eccl'e
vel i 6. feria aut in ſabbato p totū
annū niſi vrgēte cā neceſſitatis vel
infirmitatis peccauit mortalit' ſi ſi
ne cōſilio medici. Si vſus ē lactici
nijs tpe q̄drageſime ſine cā ifirmi
tatis: ꝛ de conſilio medici peccauit
mortaliter. Jn alijs v̄o ieiunijs
eccl'ie ſuari pōt mos patrie ꝙ̃tū ad
vſū lacticinioꝝ q mos ſi nō appeat
tuti⁹ eſt abſtinere.

De ebrietate.

J bibit vſꝗ ad ebrietatē ad
uertēs ſe nimis bibere: vel
potētiaȝ vini ſufficientē ad
inebꝛiandum: vel de hoc dubitās ꝓ

UVA. BHSC. IyR_109_1

babiliter peccauit mõtaliter: ſecꝰ ſi
ignorauit potentiam vini vt Noe.
Si fuit cã inebriatiõis alteriꝰ ad
uertẽter inducẽdo ad nimiũ potuȝ
vel ponẽdo ſal in vino: ⁊ huiuſmõi
mortalit̃ peccauit: ſecus ſi fecit cau
ſa medicine. Si iduxit aliquẽ ad
frãgendũ ieiuniũ eccl̃ie ſine cã legi
tima ſuis ꝑſuaſionibꝰ peccauit mor
taliter. Si iduxit pueros: ⁊ iuue/
nes ad lãbacitates ⁊ tabernas ⁊ hꝰ
vt ꝑuertat ad turpia. Si frequẽ
tauit tabernã ſine cã rõnabili: vl' cõ
uiuia diſſoluta peccatum eſt.

De inſenſibilitate.

J abſtinuit ſe nimis a cibo
⁊ potu ⁊ alijſ neceſſarijs vi
te ꝑꝑ qd̃ incurrit infirmita
tẽ cõiter ẽ veniale: niſi fiat notabil'
exceſſus ⁊ addatur obſtinatio ↄ̃ ad
monitiones ex huiuſmodi ↄ̃fectu:
ga tũc videtur mortale ratione pe/
riculi inde ſequentis.

De filiabus gule ⁊ primo de ebi
tudine. c. 3.

J ex fumoſitatibuſ iordina
te comeſtionis ⁊ potꝰ icur/
rit ſcurilitatem ſeu groſſi/
tiẽ itellectus: ⁊ ex hoc ieptitudineȝ
itellectus: vel ineptitudinẽ legendi
orandiq̃ ẽ veniale cõiter.

De loquacitate.

J nimis locutus ẽ ſeu dixit
v̾ba ocioſa ⁊ ſine neceſſita
te ⁊ rationabilitate cõmu/
niter eſt veniale.

De ſcurilitate.

J fecit actus ſeu geſtꝰ iordi
natos: ⁊ ſi ſint ꝓuocãtes ad
libidinẽ ex̃ mr̃imonium eſt
mortale. Si v̾o ad diſſolutioneȝ vl'
leuitatem vt ventoſitatem ⁊ huiuſ
modi veniale eſt.

De inepta leticia.

J habuit ineptam leticiaȝ ⁊
vanam in ludis ⁊ iocis: cõi
ter veniale eſt niſi addatur
aliquod vitium.

De choreis.

Choree q̃ fiũt cũ inordinata
leticia ſũt mõtalia quinq̃ mo
diſ. p° cũ fiũt ex libidine. 2°
cũ fiũt i eccl̃ijs: q2 ſacrilegiũ ẽ. 3° cũ
fiũt a clericis ⁊ religioſis cũ mł̃ieri
bꝰ rõne ſcãdali. 4° cum fiũt ex iani
gl̃ia vel vana leticia: tã iordinata ꝙ
ibi cõſtituat̃ finis. 5° cũ tales chori/
çãteſ nõ curãt de ſcandalo ꝓximi ẽ
mortale. In alijs ãt caſibꝰ cõiter eſt
veniale. Poſſet tamen quãdoq̃ eẽ
mortale. nec de facili ↄ̃ huiuſmodi
poteſt dari iudicium.

De immundicia.

E imundicia que poteſt in/
telligi cũ quis imũde come
dit: ⁊ eſſet veniale: p̃cipue ſi
ex hoc cõturbat alios: vel q2 vomi/
tum facit: ⁊ ſi hoc facit q2 nimiũ co/
medit: vel q2 auidius comedat pec/
catũ eſt: ſecꝰ ſi cã medicine: vel põt i
telligi de imũdicia pollutionis que
cum accidit i inſonnijſ nõ iputatur
ad peccatũ: ſed peccatũ poteſt eſſẽ
in cauſa eius. ſ. ſi ꝓceſſit ex crapula
vel turpi cognitione precedenti: vl'
ex negligentia: vel etiaȝ poſt vigili
am recolens de ipſa imũdicia habi
ta in ſõnijs turpibus delectatur: ⁊
ſi eſt conſenſus rationis de huiuſ/
modi turpi delectatione eſt morta/
le vel veniale: vel nullum ſi ex alle/
uiatione nature. De imundicia ſeu
pollutõe ꝓcurata. Nõ ꝙ ſi qs quid
agit hac itẽtiõe p̀ncipalit̃ vt pollu

UVA. BHSC. IyR_109_1

tōem bēat: ſiue vigilādo ſiue dormiendo mortalit̄ peccat etiā ſi fac̄ cauſa ſanitatis. Si aūt ipa pollutō ēt ↄtigat ī vigilia p̄ter volūtatē ⁊ ſine ꝓcuratōe nō ē mortale.

De luxuria titulus. vij. ⁊ h₃ c. ij. Primum.

Luxuria ē. vij. capitale vitium ſ₃ q₂. s̄. ī p̄cepti dictū eſt ſatl ō ſpēb⁹ ei⁹ ī ope: ac ēt ī ↄgnatōe oī illr̄ omiſſis: videdū ē ō q buſdā alijſ ꝑtinētib⁹ ad ipa₃ luxuriam ⁊ ōlectatōe₃ moroſā: ⁊ p°. Si tetigit aliquē vl̄ aliquā vl̄ oſclta⁹ ē libidinoſe ex̄ ↄiugiū mortal'r peccauit: ēt ſi nō ſeqtur turpis act⁹ nō talia exercitia ī ope ipo ꝓ vno pctō hn̄t cū ope ipo: ſ₃ tāto graui⁹ q̄to ībi⁹ concurrunt plura: ſi autē fiant diuerſis tp̄ib⁹ diuerſa ſ̄t pctā. Si ſcripſit lr̄as vl̄ portauit: vel miſit: vel recepit cōtinētes amatoria ⁊ ꝓuocātia ad laſciuiā aduertēter mortaliter peccauit. Si fec̄ cātatiōes vel cātauit vel legit: vl̄ audiuit verba laſciuie: vel turpia ōlectabiliter ad ꝓuocādū ſe vel alioſ ad laſciuiā mortale ē. Si aſſociauit aliquē₃ quē ſciuit ire ad ꝓcan̄. vel turpiter agēdū: vel ad faciēdū ſerenatas vl̄ matutinatas peccauit mortaliter.

Si fuit mediatō iter aliqs ad huiuſmodi turpia: vl̄ poſſuit aliqſ mediatores iter ſe ⁊ iter alios ⁊ huiuſ mōi peccauit mōtal'r. Itē ſi recepit enſeniū: vel donū qdcūq₃: vel miſit ex amore libidinis.

De delectatōe moroſa.

E delectatōe moroſa: qd̄ vitiū repit̄ ī tepidis ⁊ multu₃ negligētib⁹. na₃ feruidi ſubito cogitatōes expellūt noxias: et frigidi ōſiderijs opis acquieſcunt.

Si habuit cogitatōes imūdas et carnales: ī qbus trahit morā poſtq̄₃ rōne ꝑpēdit ꝑp delectatōem ipſam cogitādi huiuſmōi peccauit mortalit̄. Nō ſolū qn̄ qs cogitatōib⁹ luxurie ratione cōſenſit deliberanſ facē malū ſi adeſſet cōmoditas. ſ₃ ēt nolēdo op⁹ ꝑpetrare: ſ₃ n̄ curādo ipaſ cogitationes libidinoſas expellere poſtq₃ ꝑpēdit: ſ₃ ī eis volūtarie immorando peccauit mortaliter.

De filiab⁹ luxurie. c. ij.

E filiab⁹ luxurie de qb⁹ nō oportet multū interrogare q₂ difficile ē itelligē niſi cū mixtura alioꝝ vitioꝝ: ⁊ prima ē cecitas mētis.

E cecitate mentiſ: ſi fuit ita mēte occupat⁹ circa mūdana ⁊ carnalia: q₂ neſciuit de deo cogitare vel de reb⁹ ſpūalib⁹.

De precipitatōe.

E p̄cipitatōe: ſi fuit p̄cepſ ⁊ ſubit⁹ ī opib⁹ ſuis ſin̄ ↄſilio ⁊ examiatōe mentis debita agens.

De icōſideratōe.

E icōſideratōe: ſi fuit icautus ī factis ſuis nō bn̄ iudicās circa occurrētia.

De incōſtantia.

E icōſtātia: ſi ī eo qd̄ delibe rauit bōi agē fuit icōſtās ⁊ mutabilis ex paſſiōe.

De amore ſui.

E amore ſui: ſi nimis ſeipſū dilexit q̄rēdo corporis ōlectatōes ⁊ cōmoditatē ⁊ bi⁹

De odio dei.

E odio dei: ſi hūit deu₃ vel legē ei⁹ ī diſplicētia: q₂ ꝓhib₃ ↄcupiſcētiā ⁊ huiuſmōi.

UVA. BHSC. IyR_109_1

De amore vite pñtis.

E amore vite pñtl: ſi nimis amauit vitã iſtã pñtẽ pp voluptates carnis qb⁹ ẽ ddit⁹ ita amar̃ vitã pñtẽ ꝙ aligs vellet h̃ ppetuari ƺ ꝑe.eſt mortale.

De honore futuri ſeculi.

E honor̃ futuri ſecl'i: ſi horrorẽ hũit ad vitã futurã. de aliis ṽo q̃ ptinẽt ad vitiũ luxurie ꝛ cõ ↄiugiũ: vid̃ īfra ð ↄiugatl

De ſupbia ti.8.ꝛ hƺ.c.ꝛ.ꝑri⁰.

Supbia ƺ Gregoriũ ẽ regia oĩuƺ capitaliũ vitioꝝ: ꝛ ẽ vitiũ m'ltuƺ ſbtile ꝛ difficile ad cogſcẽdũ: ꝛ ↄſiſtit ĩ appetitu iordĩato ppe excellẽtie: ꝛ hƺ q̃tuor ſpẽs ſiue mõs ð qb⁹ potes iterrogar̃: put videbit̃ expedir̃ ſi tñ penitẽs itelligat. Si bõa nãt' ſpũalia vl' tpalia q̃ hũit ſibi attribuit: ꝛ a deo non cognouit. Si bõa ĩpa a ðo recognoſcẽs merit] ſuis pncipal'r ſe accepiſſe eſtiauit: vƺ pp ſua ieiũia orõnes ꝛ hi⁹. Si ea bõa q̃ ñ hũit ſibi attribuit vl' pluſq̃ hũit cũ exiſtiat ſe hr̃e m'ltũ hũilitat] chãitat] patiẽtie: ꝛ hi⁹ cũ ñ hƺ. Si reputauit ſe melioreƺ eẽ cctis alios cõtẽnẽs: ĩ q̃lƺ hoꝝ modoꝝ põt eẽ mortale vel veniale ƺm ꝙ rõne cõſentit̃ vel non.

De filiab⁹ ſupbie.c.2.ꝛ primo de deriſione.

E deriſiõe q̃ aliqñ pcedit ex ſupbia. Si irriſit ſacra ꝛ a⁰ diuĩa vilipẽdẽs ea: aut ſcõs viros: aut p̃latos: aut ðo fuir̃ volẽtes: vt ſic retrahat eos peccauit mõtalit̃. Si irriſit itẽdẽs ex h̃ iniuriã vl' vilificatõeƺ vl' nõbilẽ pturbatione ẽ⁹ mõtalit̃ peccauit: ſƺ ſi ex leuitate vl' cã ioci ſec⁹. De ambitione.

E ambitõe q̃ pcedit ex ſupbia ꝛ iportat iordinatum appetitũ honoꝝ: ꝛ m'ltuƺ repit̃ ĩ p̃latis ꝛ dñis. Si ðſiderauit aliquã dignitatẽ: vl' bñficiũ curatũ rõne ðlibata pncipal'r pp honorẽ vel dignitatẽ vl' vtilitatẽ tpalẽ peccauit mortal'r. Si ðſiderauit dignitatẽ vl' bñficiũ eccl'aſticũ vl' ſeculare ad qð ẽ ĩdign⁹ l' iept⁹: vƺ q: crīo ſus ꝛ hi⁹ peccauit mortalit̃. Si ðſiderauit vel q̃ſiuit ad hi⁹ pueĩre ẽt faciẽdo ð pcepta mortale ẽ. Si q̃ſiuit honorẽ ð q̃cũq̃ re ita ĩordinate ꝙ ibi cõſtituat finẽ mortale ẽ: ĩ aliis ṽo caſibus videt̃ veniale.

De preſumptione.

Preſũptõ q̃: procedit ex ſupbia: ↄſiſtit ĩ h̃ ꝙ hõ ponit ſe ad ea q̃ ſ'c.ſ. vires ſuas: vl' nõ ptinẽt̃ ad ↄditõeƺ ſuã: vt ſecl'ar] ad iudicãdũ clericos: l' eos q ñ ſ'c ſibi ſb iecti l' ð his ð qb⁹ nõ hƺ ptãtẽ peccauit mõtal'r. Si poſuit ſe ad faciẽdũ ea exercitia ad q̃ ñ erat apt⁹: vñ põt ſeq ſpũale l' tpale dãnũ alt̃i: vt mdic⁹ ignar⁹ medicĩe: vl' aduocat⁹ ignar⁹ ad aduocãdũ: iudex ad iudicãdũ: ↄfeſſor ad audiẽdũ ↄfeſſiones ꝛ hi⁹ peccauit mõtalit̃: ſec⁹ ãt ſi cõpetẽt̃ ĩ arte i⁹ pit⁹ erat. Si pſumẽſ ð ṽtute ſua expoſuit ſe picul' pctoꝝ vt vadẽs ad loca ĩhõeſta vel frequẽtans ↄuerſatõem mulieꝝ leuiũ ꝛ hi⁹: vbi ðfacili põt labi ĩ mõtali pctõ: mõtale vr̃. Si nimis ð ſe pſumẽſ ñ puidet neceſſitatib⁹ vel piculis occurretib⁹ ſpũalib⁹ vel tpalib⁹ expectãſ effectũ miraculoſũ a ðo.ſ. vt euƺ ſanet ĩfirmũ ſine medico ꝛ medicinis vel miſtret ei cibũ ſin labore ẽ mõtale: ꝛ dicitur tẽtare deum.

UVA. BHSC. IyR_109_1

De temeraria iudicatione.

Si faciat alterius q̄ dubia ſūt q̄ aīo fiat ī malā p̄tē īterp̄ta tus ē ſeu iudicauit ꝛ ſine ſignis ſufficientib⁹ indicātibus maliciā alteri⁹ deliberate iudicauit aliquē de pctō mortali mortal'r peccauit. Si v̄o idicauit de veniali venial'r peccauit. Idē ſi iudicauit de mortali:ſed deliberato animo.

De curioſitate.

Si fuit curioſuſ circa cognitionē itellēiuā vt q̄rēdo ſcire q̄ ſūt.ſ.capacitatē ſuā. vz de trinitate:d̄ p̄deſtinatōe:vel q̄rēdo ſcire a q̄b⁹ nō dʒ:vt a demonijſ vel p ſortes vel q̄rēdo ſcire paruz vtilia:ꝛ dimittēdo magi neceſſaria vel q̄rendo ſcire ſolū ad ſciēdū:ꝛ ñ ad deū cognoſcēdū vel ad aliquā vtilitatē pctm̄ ē:q̄nq̄ mōtale q̄nq̄ veniale. Si fuit curioſus circa vſuſ ſenſuū.ſ.oculiſ aſpiciēdo:aurib⁹ audiēdo:narib⁹ad odorādū:guſtu ad guſtādū.tactu ad tāgēdū ſine neceſſitate vel vtilitate:ſed ſolū delectatōe ſenſuali:pcc̄z ē cōiter veniale:ꝛ q̄nq̄ pōt eē mortale. Si repit'ſe ī ſpectaculis ad vidēdū:vt torneamēta paleſtra:currere ad brauiū ꝛ hi⁹:nā ſi ī h̄ ſit pic'l'm mortl ſpūaliſ vel tp̄alis:vt q̄n ſūt ſpectac'la rep̄ntatiua turpitudinē:l' cū recipet notabilē leſionē corpis eſt mortale: ꝛ multo magis ī exercēte ꝛ p̄bēte occaſionē ī hi⁹ ſpectacul':alias ē vēiale:niſi pp hoc aliqs ita delectatur ꝙ mens ei⁹ auerteret a deo ita vʒ ꝙ̄ patus eēt trāſgredi mādata dei et eccl'ie vt illa aſpiceret vel faceret.

Et hoc idē itelligo de q̄cūq̄ peccato qd̄ de ſe ē veniale:q̄ per hunc modū pōt effici mortale.

De ingratitudine.

Ingratitudo reperitur ī oī peccato mortali:ſed vt circūſtantia aggrauans ipſuz: q̄a vbi hō dʒ ſemp ſeruire deo euz offendit. Eſt ēt vnū ſpeciale pcc̄z inq̄ātū.ſ.recipiēs bn̄ficia a deo vl' ab hoīe ea ñ recognoſcit recogitat ꝛ regratiatur ꝛ recompenſatur vl' ꝙ pei⁹ ē vilipēdit bn̄ficia recepta l' murmurat de eis:vl' iniuriat̄ bn̄factōi:cōit̄ āt repit̄ mixtū cū aliq̄ gn̄e pcti q̄n mortale q̄n veniale ē.

De ſcandalo.

Et ſcandalū qd̄ q̄nq̄ nō ē peccatū ſpāle:ſed circūſtantia aggrauās pctm̄ inq̄ātum vʒ ex dicto vel facto alterius non recto dat̄ alteri occaſio ruine ſpūalis:ꝛ hoc eſt ſcandalū:ꝛ ſi hoc intēdat eſt circunſtantia aggrauās peccatum ꝛ mutās ſpēm. vn̄ ē neceſſaria cōfiteri q̄n ē tale q̄d' veriſimilit̄ trahens ad ruinā pcti mortalis:ꝛ p̄cipue cū hoc ſeq̄t̄. Si āt h̄ itēdat .ſ.ducē aliquē ex dicto vl' fctō ſuo ad aliquā ruinā ē mōtale ꝛ ſpeciale pctm̄ ſi intendat inducē ad mortale:alias veniale.

De adulatione.

Adulatio q̄ cōit̄ ē ſcandalizatiua:ꝛ ꝯſiſtit ī h̄ ꝙ q̄s v̄bis vel factis ſuis iordinate q̄rit placere alijs ad beniuolētiā captandā:ꝛ ſi in malo adulatus ē criminal'r puta laudās aliquē d̄ vindicta facta vel turpitudīe ꝛ hi⁹ ē mōtale. Si adulat̄ vel laudat aliquē ītēdēſ eū d̄cipe notabil'r ītp̄alibus vel ſpūalib⁹ ē mortale:ſec⁹ ſi aliq̄d iuſtū ītēdit ab eo hr̄e vel q̄d p̄uum

UVA. BHSC. IyR_109_1

recipe p modū doni vt hiſtriones
Si nimis laudauit aliquē ex q̊ ille
ſūpſit occaſionē ſupbie vel inanis
gl'ie cōiter ē veniale ꝛ pōt eē aliqñ
moꝛtale. Si ꝟo laudauit aliquē
ad eū excitandū magis ad ꝟtutē vl'
ad cōfoꝛtandū eū i tribulatiōib⁹: ꝛ
tētatiōib⁹ e obſuatis debitis circū
ſtantijs eſt ꝟtuoſum ꝛ meritoꝛium
alias veniale.

De blaſphemia ī ſpiritū ſanctū.

E baſphemia in ſpiritū ſan
ctū q̄ pcedit ex malicia: vꝫ ī
quātū qs ꝯtēnit vl' refugit
ea cogitare mēti occurētia p q̄ poſ
ſet retrahi a pctō: ꝛ hꝫ ſex ſpecies. ſ.
Pꝛeſūptō: Deſpatō: Inuidētia frne
gr̄e: Impugnatio ꝟtutis agnite: Ob
ſtinatio: Impenitētia. De hiſ ꝟo in
terrogādū ē put videt̄: ꝛ cōit̄ non
repit niſi i multū ſcelerat̄. Pꝛeſū
ptio aūt dr̄ h̄ cū qs p̄ſumit d̄ dei mi
ſericoꝛdia exiſtimās q̄ pcat ſibi ad
bn̄placitū ſuū vl' q̄ ſaluet eū pſeue
rantē i pctō. Deſpatio aūt cū credit
deū n̄ poſſe nc̄ velle ſibi pcer̄ ēt pēi
tēti vl' volēti ſaluari. Impugnatio
ꝟitatis agnite dr̄ cū qs ꝯ̄dicit ꝟita
ti fidei quā nouit. Inuidentia frne
gr̄e ē cū dolet qs de gr̄a dei ꝛ gl'ia
creſcēte i hoīb⁹. Obſtīatio confir
mat volūtatē ſuā i pctis cōmiſſis.
Impenitentia aūt dr̄ cum qs ppōit
firmit̄ eē i futuꝝ nō penitere.

De ſciſmate.

E ſciſmate h̄ pctm̄ cōmittit̄
cū qs recedit ab obedientia
rōane eccl'ie ſumēs ſibi aliō
caput: vl' ſeqns aliquē canonice nō
electū: ꝛ ſemp ē moꝛtale ꝛ excōica
tio ꝯ̄ tales: niſi foꝛte cū eēnt duo q̊
rū qlibꝫ hr̄ p ſūmo pontifice a ſuiſ
ſeqcib⁹: ꝛ neſcit̄ clare qs ſit canonī
ce elect⁹. In h̄.n. videt̄ ppl'i excuſa
ri ſi nō ſūt ptinaces ſed pati illi ad
herere quē ſciūt ꝟe eē electuꝫ cano
nice. Si initit̄ oꝛdiationib⁹ vel ali
enationibus factis a ſciſmaticis ex
cōicatus ē: ex̄ de ſciſ. c. i.

De īfidelitate paganoꝝ hētícoꝝ.

E īfidelitate paganoꝝ hēti
coꝝ l' iudeoꝝ: q̄ꝝ qōlibet ē
grauiſſimū pctm̄ ducens ad
dānationē: n̄ oꝫ dicē īter hos. Soli
.n. hētici ſt̄ excōicati: ſꝫ ꝛ cū alijs p̄
cipue iudeis n̄ oꝫ hr̄i domeſtica cō
uerſatio: ꝛ p̄cipue idiote. Poteſt cir
ca hi⁹ īterrogare put ibi vr̄. ſ. ſi ha
buit aliqd dubiū ī his q ſt̄ fidei: vꝫ
d̄ ſacro altaris ꝛ hi⁹: ꝛ ſi de h̄ hꝫ diſ
plicētiā n̄ ē curañ. Si āt volūtarie
ꝛ ſpōte dubitat eē moꝛtale. Hētic⁹
qdē eē excōicat⁹: ꝛ n̄ pōt abſolui ci
tra ſedē aplicā vt pꝫ ī pceſſu curie.
Itē receptoꝛ credēſ l' fautoꝛ hētico
rū ē excōicat⁹. ex̄ d̄ hē. c. qcūqꝫ li. vi

Incipit .3. ꝛ vltia ps i q̄ tractat̄ d̄
mō īterrogādi ſtat⁹ diuerſos pſōa
rū ꝛ p⁹ ad ꝯiugatos. c. i. ꝛ hꝫ. §. xxiij.

Unc ꝟo foꝛmāde ſt̄ interro
gatōes ptinētes n̄ ad oēs ſed
ſolū ad qſdā ſtat⁹ hoīum: ꝛ
p⁹ ad ꝯiugatos īterrogādi ſt̄ n̄ oēs
ſꝫ put videt̄. Si d̄ fcō ꝯ̄xerūt in
aliq̄ caſu phibito mōtale ē q2 ꝯ̄ phi
bitiōeꝫ niſi ignoꝛātia facti pbabiliſ
eos excuſaret. Sꝫ ſciēdū ē q ſt̄ qdā
īpedimēta q̄ īpediūt mr̄imoniū ꝯ̄hē
dū: ꝛ dirimūt iā ꝯ̄ctū: q2 nullū ē qd
ītelligendū ē qn̄ dicta īpedimēta p̄
us īter eos īueniūt q̄ꝫ ſit ꝯ̄ctuꝫ mr̄i
moniū. ꝛ ea ꝯtinet̄ i iſtis ꝟſibus. Er
roꝛ ꝯditio votuꝫ cognatio crimen.
Cult⁹ diſparitas vis oꝛdo ligamen

UVA. BHSC. IyR_109_1

hōeſtas. Si ſis affinis ſi forte coi
re neqbis. Hec aſſociāda vetāt cō/
nubia facta retractāt. Pro hoꝝ ali
quali breuiſſima declaratiōe nō ꝙ
error itelligit̄ ð pſōa nō ð fortuna
vł bōitate cū.ſ.qs ɔbit cū Berta cre
dēſ eē Catherinā:cū q.ſ.itēdebat ɔ
here. Cōditio itelligit̄ de ɔditōe
ſuili.ſ. cū qs ɔbit cū ſua credēs eā
eē liberā. Nā ſi liber ɔbit ſciēter cū
ſua tenet mr̄imonium:⁊ ſilr̄ ſi ɔbit
ſuus cū libera credēs eē ſuaȝ. Idē
videt̄ ſi ſuꝰ cū ſua:lȝ crederet̄ eē li
bera. Uotū.ſ.ſolēne p pfeſſionē ta/
citā vł expreſſā alicui religioni ap/
probate:tal ēt eēt excōicatꝰ. Co/
gnatio q̄ ē triplex.ſ.nālis ſpūal ⁊ le
gal nāl dr̄ ɔſāguinitas: ⁊ h̄ hȝ tres
lineas.ſ.aſcēdētiū: vt pr̄ ⁊ auꝰ ⁊ hꝰ
deſcēdētiū: vt filius nepos ⁊ hꝰ col
lateraliū: vt fratres ſorores ⁊ hꝰ ⁊
hȝ q̄libet linea q̄tuor ḡdus excluſi/
ue pcipue collaterales:nā iter aſcē/
dētes ⁊ deſcēdētes vr̄ eē ppetua p
hibitio h̄ ē ēt excōicatio. Cogna
tio ſpūal hȝ ēt tres ḡdus.⁊ ɔbit in
baptiſmo ⁊ cōfirmatōe. Primꝰ ē in
ter tenētē ad baptiſmū vł ɔfirma/
tōem ⁊ eā q̄ tenet̄ q̄ dr̄ pr̄nitas vł fi
liatio. Scðs ē iter pr̄eȝ ⁊ mr̄eȝ car
nalē eiꝰ q tenet̄ ⁊ eū q tenet cū vxo
re eiꝰ: ⁊ dr̄ cōpr̄nitas. Tertiꝰ ē iter
filios nāles eiꝰ q tenet ⁊ illā q̄ tene/
tur: ⁊ dr̄ fr̄nitas. Cognatio tertia
.ſ.legalis q̄ fit p adoptiōem hȝ tres
lineas vł ḡdus. Primꝰ ē iter ipȝ ad
optātē ⁊ filiaȝ quā adoptauit:ac ēt
filiā ipiꝰ adoptati. Scðs ē iter vxo
rē adoptātis: ⁊ ipm adoptatū:ac ēt
vxorē adoptati: ⁊ ipm adoptanteȝ.
Tertiꝰ ē iter filios nāles ⁊ legitioſ
adoptāt: ⁊ ipm adoptatū: ⁊ h̄ tm̄ cū
ipi filij ſt̄ i ptāte pr̄is. Crimen iſtud
qð hȝ dirimē ɔctū ⁊ iplere ɔhēdo i
telligit̄ tm̄ ð duobꝰ criminibus in
duobꝰ caſibꝰ. Primꝰ ē ꝙ cū muli
er machinat̄ cū effectu i mortē vxo
ris altiꝰ vt hēat illū i viꝝ: vł eɔ vir
i mortē altiꝰ viri vt hēat illā i vxo/
rē ⁊c. Scðs cū pſ dat fidē alicui
ɔiugate ducere eā i vxorē poſt viri
ſui mortē ⁊ cū iſta pmiſſione ſequit̄
adulteriū. Cultꝰ diſpitas: vt ſi fide/
lis ɔbat cū iudea vel pagana pma/
nēte i ifidelitatē: ſecꝰ ſi ɔberet cum
heretica:nā tūc tenet:ſȝ cohabitare
nō debēt ſi eēt ei piculū icurrēdi in
hereſim: ⁊ peccauit mortalit̄ ɔhens
cū tali. Uis violētia.ſ.abſoluta ipe
dit ⁊ dirimit: ⁊ ſilr̄ violētia p metū
q pōt cadē i cōſtantē viꝝ ⁊ ɔtinet̄ i
h̄ vſu. Stupri atqȝ ſtatus vberis at
qȝ necis: niſi poſtea ð iuito efficiat̄
volūtariꝰ. Ordo itelligit̄ de ordie
ſacro.i.ſubdiaconatu: ⁊ ſupra ⁊ tal
ɔhens eēt excōicatꝰ. Greci i ſacris
vti pn̄t ɔcto ſȝ nō pn̄t ɔhere. Li/
gamē.i.ſi ſit alti ligatꝰ p coniugiuȝ
ēt p vba ð pn̄ti nōdū cōſumatū: nā
tal nullo mō pōt alti mr̄imōialiter
copulari:niſi ille cuȝ q̄ contraxerat
pfiteat̄ in aliquā religionē. Et ſi re
cederet vnꝰ cōiugū:ita ꝙ p multos
ānos alter nihil audiret de eo nē lȝ
alteri ɔhere niſi ſciret de morte eiꝰ
Honeſtas.i. publice honeſtatis iu/
ſticia q̄ orit̄ ex ſpōſalibꝰ ɔctis cū ali
qua:cuȝ qua poſtea nō ſeqt̄ mr̄imo
nium pp mortē vł aliā cām: nā cuȝ
nulla cōſanguinea illiꝰ vſqȝ ad q̄r/
tū ḡdū ɔhē pōt. Affinitas eſt pro
ximitas q̄ ɔbit̄ p eū q duxit vxorē:
⁊ oēs cōſāguineos vxoris vſqȝ ad
q̄rtū ḡdū: ⁊ vxorē ipam ⁊ oēs cōſā/

UVA. BHSC. IyR_109_1

guíneos viri ei⁹ vſq₃ ad q̄rtū gradū: nec illa mulier pōt ɔ̄hē cuȝ aliquo. Et nō ꝙ affinitas ɔ̄bitur etiaȝ ꝑ fornicarium coitum: ita ꝙ ille q̄ fornicatur cum aliqua nō pōt cōtrahere mr̄imoniū cū ɔſanguīea aliq̄ ei⁹ vſq₃ ad quartum gradum: neq₃ illa mulier pōt cōtrahere cū aliquo cōſanguineo fornicātis cum ipſa vſq₃ ad quartū gradū: ⁊ ſcienter ɔ̄hens in huiuſmodi gradibus affinitatis eſt excōmunicatus. Sic forte coire nequibis. Jn potentia exercendi actum coniugalem q̄ pōt prouenire: vel ex frigiditate naturali: vel ex maleficio vel in diſpoſitione membri genitalis viri vel mulieris.

De his omnibus impedimentis habes plene in tertia parte ſumme ti. I°. Sed nota ꝙ nō oportet nec expedit interrogare omnes coniugatos ſigillatim de his impedimētis. ſed de illis tantum de quibus poſſit preſumptio haberi: ⁊ precipue ꝺ impedimento criminis vel cognationis vel publice honeſtatis ſed multo magis de affinitate. Si tamen quis cognoſceret conſanguineam eius cum qua iam contraxit per verba de preſenti: ⁊ multo magis ſi iam conſumauit matrimonium: matrimonium quidem tale nō diuiditur: ſed amittit ius petendi debitum. ita quod petere non poteſt abſq₃ mortali peccato: tenetur tamen reddere exactus. Jdem ꝺ muliere que permittit ſe cognoſci a conſanguineo viri ſui. Si vero anteq̄₃ contraxit per verba de preſenti cum aliqua cognouit conſanguineam eius: ita ꝙ ſemen emiſit itra clauſtra pudoris non poteſt iaȝ habere illam: ⁊ ſi iam conſumaſſet cum illa non tenet matrimonium: nec in hoc poteſt diſpenſari cum illa niſi per papam. Unde ante diſpēſationem ſemper peccat mortaliter exigens ⁊ reddens debitum ſciens dictum impedimentum. Alter vero coniugum neſciens excuſatur ꝺ peccato ex ignorantia facti probabilis: de his ⁊ omnibus alijs quando caſus occurrit: vide plenius in ſummis. Si contraxit matrimonium clandeſtine quia mortale eſt propter prohibitionē eccleſie. Si habens votum ſimplex continētie contraxit matrimonium peccauit mortaliter: niſi ſit diſpenſatus a papa prius: ⁊ tenetur adimplere votū vſq₃ ad conſumationem matrimonij: nam ipſo conſumato impotens fit ad implendum: ⁊ exactus omnino tenetur reddere expreſſe vel interpretatiue petenti: ſed exigere nō pōt ſine diſpenſatione alter peccat mortaliter. Si contraxit cuȝ aliqua: vel mulier cum aliquo ꝑ ꝟba de futuro: ⁊ poſt matrimonium cū aliqua contraxit vel de futuro vel de preſenti mortaliter peccauit ꝑꝑ fractam fidem: niſi de cōi conſenſu mutuo ſe abſoluerint: quod fieri ꝺbet per iudicium eccleſie. Uel niſi aliq̄s ſeptem caſuuȝ ſuperuenerit: quibus ſolui pn̄t ſpōſalia quos habes ī ſūmis. Si poſt mr̄imoniū ɔ̄ctuȝ ꝑ ꝟba de pn̄ti ɔ̄xit cum aliqua mortaliter peccauit: nec tenet mr̄imoniū. etiam ſi eſſet conſumatuȝ: ⁊ filios genuiſſet: ſed oȝ redire ad primū: niſi ille cū quo prius cōtractū ē ingreſſus eſſet religionē ibideȝ profeſſus: vel niſi cum eo papa diſpen-

UVA. BHSC. IyR_109_1

faſſct i ſecũdo:in quo tñ ſꝫ theologos diſpenſare nõ põt:ſed qꝛ diffi-cile eſt diſputare ꝺ ptãte pape ſi ſine ſurreptione obtenta ẽ forſitan trãſire põt. Si ꝯtxit mr̃imonium vel filios vel filias iũxit mr̃imonio ante etatẽ legitimã:qꝛ ꝓhibitũ eſt.

Etas aũt legitima ſm iura eſt in duodecimo anno:ſi eſt femina ĩ qr-todecimo:ſi ẽ maſcul⁹.ſ.ad ꝯhẽduꝫ ꝑ v̾ba de pñti:⁊ ad cõſumãdũ matrimoniũ. Si ꝯſumauit mr̃imoniũ ante benedictionẽ nuptiarũ eſt mortale:vbi.ſ.ꝯſuetũ eſt bñdici nuptias:qꝛ ꝯ̃ ꝓhibitionẽ eccleſie ⁊ hic aduertẽdũ ẽ:ꝙuis ſponſi nõ conſumẽt mr̃imoniũ cum ſponſiſ añ bñdictionẽ:ĩ mľtis tñ locis multaſ turpitudines ⁊ corruptelas faciũt cuꝫ eis illas viſitando:vñ ĩterrogãduꝫ ẽ de his vbi iſta repiuntur. Si celebrauit nuptias tp̃e ꝓhibito ab eccleſia qꝛ mortale ẽ. Tp̃a aũt ꝓhibita ſunt iſta.ſ.ab aduentu vſqꝫ ad epiphaniã:⁊ a ſeptuageſima ad octauam paſche:⁊ a trib⁹ dieb⁹ ante aſcenſionẽ vſqꝫ ad octauam pent. excluſiue.

De actu ⁊ peccatis commiſſis in eodem.

Ciẽdũ eſt ꝙ in actu hoc cõiugali aliqua fiunt. vbi eſt dubiũ: vtruꝫ ſint mortalia an venialia. Aliqua vero ſunt que ſunt manifeſte mortalia. Aliqua in qb⁹ ẽ veniale. Aliqua ĩ qb⁹ nullum pctm̃ eſt. Primo qdẽ mortale eſt:ſi exerceať taľ act⁹ extra vas debitũ vel etiam ſi ĩtra vas debitũ: tamen nõ ſuſcipit ſemen ad euitanduꝫ generationẽ. Si ex tactibus impudicis extra actũ matrimoniuꝫ ſeqť pollutio in altero ipſoꝝ. Si exercens actũ ꝯiugalẽ hꝫ appetitũ deliberatũ ad aliam. Si habet ad̾ eã ita inordinato affectu in actu cõiugali:ac ſi nõ eſſet vxor eius: ꝙ etiaꝫ opus carnale ageret cuꝫ illa vľ alia difficile tñ eſt hoc diſcernere ⁊ cognoſcere. Si alter alteri omnio exigenti denegat debitũ ſine cã legitima:propter qꝺ exigens incurrit ĩcontinentiam vel graue ſcandaluꝫ Eſſet aũt cã legitima ſi notabiľr timeret notabile nocumentũ ꝑſone vel ꝯiugis vel ꝓlis in vtero: vel qa ex adulterio cõmiſſo ꝑdidit ius petendi debitũ:vel etiam ſi in loco ſacro peteret:qꝛ ſic locus violaretur vel etiam in publico qꝛ contra debitam honeſtatem. Non eſt aũt legitima cã omnino denegandi debitum petenti in die ieiunioꝝ vel feſtorũ ſolenniũ:vel ira quã hñt ad inuiceꝫ ꝑ parum tempus. Dubiuꝫ de mortali qñ quideꝫ ſeruat vas debitum ſed modus ĩdebit⁹:puta ſi latraľr: vel a ꝑte poſteriori accedať ad vas debitum:vel mulier ſupergrediať virum in qb⁹ modis:⁊ ꝑcipue in vltimo aliqui dicunt eẽ mortale. Alij v̾o vt Tho.⁊ Alber.dicunt ꝙ non eſt mortale de ſe: ſed poteſt eſſe ſignum mortalis concupiſcentie:nec per hoc impeditur gñatio:⁊ ſi non ita aperte procreẽtur:vnde in hui⁹modi noli ꝓ̃cipitare ſentẽtiã:nec ꝺ negare abſolutionem perſeueranti in huiuſmodi. Sed deteſteris ⁊ ꝓhibeas quantum potes:quando v̾o hoc ẽt fieꝛ primo ⁊ 2° modo ꝓpter periculum aborſus forte tunc eſſet ſine peccato. Dubium etiaꝫ de mortali eſt tempore mẽſtruorũ:

UVA. BHSC. IyR_109_1

⁊ p̄cipue in exigente sciēte talē ōfe ctum: quē qdam ponūt eſſe morta/ le: p̄cipue qñ nō ē quaſi continuus: ſed ɔſuetus vt menſuatim. Alij di/ cūt ɔ̄rīū: vt Pe. de pal. ⁊ hec opio ē coior. Uñ nec pp hoc deneges ab/ ſolutionem ſed prohibeas quantū potes de exactione exigenti: ⁊ exa/ ctū admoneas: vt ñ aſſentiat exigē/ ti: niſi ex hoc timeatur ō eius incon tinentia. Dubiū ē ēt de exigente ōbitū a ɔiuge pmanēte in adulťio: ſiue occulto ſiue manifeſto qð ipſe nouit. Hoc qdam dicunt eē morta/ le in exigente: q̄r facit cōtra conſti/ tutionem eccleſie: vt notatur. 32ᵃ. q. .i. c. ſiquis vxorem. ⁊ hoc firmatur ī ſumma piſana. Sz ī ſūma cōfeſ/ ſoꝝ ⁊ archidiaconus ī roſario mi/ tigant hunc rigorē excipientes ca/ ſū: vt ħ cū faceret exigens ad ꝑui/ dēdū incōtinētie ſue. Sz Pe. de pal. multomagis mitigat hūc rigo/ rē: vt cum non ſperatur emendatō ex hoc pmanēt] ī adulterio: ſed po/ tiꝰ ōterioratio ñ peccat exigēſ ſaltē mortaliter. Ueniale autē ē cum exi gitur actus ɔiugalis: ⁊ ſi debito ſer uato vaſe ⁊ mō: tñ p̄ncipaľr ītētio/ ne delectationis ɔſequēde: ita tam̄ ꝙ eſt intentio infra limites matri/ monij. Si exerceatur actꝰ ɔiuga lis ꝑpter ſanitatē corporalē pecca/ tū eſt: q̄r nō ad hunc finem ordina/ tū eſt veniale: tamen puto eſſe pec/ catū in ſolēnitatibus ⁊ ieiunijs exi/ gere debitū aliqua infirmitate. ſ. cō cupiſcētie ductus ſine contemptu: tñ ſacri tpis velˀ eccleſiaſtice exhor tationis veniale eſt ſꝫ Tho. ⁊ Ric. ſꝫ reddēs non peccat: cum timet de īcontinentia ľ ſcādalo cōiugis: pec caret aūt ſi negaret oīno. In tp e ꝟo p̄gnationis exigere veniale eſt: ſi tñ nō ē piculū abortus: reddere ꝟo nullum peccatū ē. Añ purifica/ tionē poſt partū exigere, ſeruat] ali/ is circūſtantijs non videť mortale ſm Guil. Reddere ꝟo nō volunta rie nullū. Exigere ēt vľ reddere de bitū ante ingreſſum eccleſie poſt p tum de ſe nō vř peccatū: ⁊ poſſunt mulieres intrare eccleſiam añ qua drageſimum diē abſq; pctō: in quo tñ eſt ſeruanda conſuetudo patrie. Actꝰ impudici q ibi exercentur. nō ptinentes ad opus: ſed ad exer/ citiū ōlectatōis: vt tactꝰ ⁊ oſcula et hꝰ inordinate cōiter ſunt venialia ꝙuis ibi poſſet eē tanta actuum in ordinatio ꝙ poſſet eē peccatū mor/ tale: ſine peccato autem exerceť ac tus coniugalis cū ſit cā ꝓlis ſuſci/ piende: vľ etiam cum ſit cā redden/ di debitū ſeruatis tamen alijs ōbi/ tis circūſtantijs. Debet tñ exactus oīno reddere: ⁊ p̄cipue vir vxori: ñ ſolum expreſſe: ſed etiam p ſigna pe tenti: nec vir debet vxorē auertere ne petat pp periculum. Fit ī tertio modo ſm aliquos ſine pctō. ſ. cum ſit cā vitāde fornicatōis in ſe: vel ī coniuge ſua.

Interrogatiōes fiende circa ſta tum matrimonij.

Irca p̄dicta ſic poſſunt fier ri iterrogationes: ⁊ primo ſi vſus eſt matrimonio ex vas debitū. Si aliqd fecit ad euitā/ dū ꝓlem modo indebito: lꝫ in vaſe ōbito ⁊ quomodo. Si vtendo ma/ trimonio habuit intentionem ad aliam. Si tpe mēſtruoꝝ exegit ľ reddidit. Si in diebꝰ fēſtoꝝ vľ ie/



UVA. BHSC. IyR_109_1

iunioꝝ. Si tpe ꝑgnationis: ꝑcipue ꝓpe ꝑtū: vel ante purgationē poſt ꝑtū: ſi exigit vl' reddidit a ꝑmanēte in adulterio. Si ꝑncipal'r cā dilecta tionis: aūt alia ⁊ q̄ cā ⁊ circa hi⁹ iu/dicādū d̄ pctō mortali vel veniali iux̄ ꝑdicta: vt p3 in ſūmis. Si oīno negauit debitū petenti. Si ex̄ act⁹ ꝯiugij ꝑ tact⁹ ſecuta ē pollutio ī al tero ipſoꝝ. Si excōicat⁹ aliq̄ vicl'o ꝯxit mr̄imoniū. ſ. excōicatōe maio/ri peccauit mortal'r: ⁊ ꝑcipue qn̄ ſci uit ⁊ h̄ qꝛ ꝑticipauit ī diuinis. ſ. ſa/cramēto mr̄imonij. Idē vr̄ de mio ri excōicatōe ſi eā nouit: qꝛ ſepat a ſuſceptione ſacroꝝ: ⁊ mr̄imonium ē vnum ex ſacris eccl'ie. Si exn̄s in pctō mortali ꝯxit mr̄imoniū vr̄ mō tale: qꝛ ſacr̄z ſuſcipit ī mōtali ſcien/ter: ꝑcipue ꝟo vr̄ mortale ꝯtrahen do ꝑ ꝟba d̄ p̄nti: qꝛ ibi eſt eēntia ſa/cramēti. Si ꝯxit cū aliq̄ ꝑſona per ꝟba d̄ p̄nti l' de futuro nō ītendēs h̄re illū l' illā in ꝯiugē: ſe tm̄ copulā carnalē extorq̄re mortal'r peccauit q̄uis nō ſit ibi real'r mr̄imoniū: co gēdus tn̄ ē in foro ꝯſcie illā ducē: l' al'r illi ſatiſfacere maxīe ſi ē ſecuta copula: in q̊ tn̄ caſu eccleſia iudica/ret matrimoniū ⁊ cogeret illū: cui obedire tenetur. Si vir non ꝓuidit vxori ⁊ familie d̄ neceſſarijs nō tn̄ ſupfluis. Si nimis eaꝫ exaſpauit ꝟ/bis l' factis. Si çelotypus: ⁊ ex hoc nimis ſuſpectuoſus ꝯ cā fuit vl' ni/mis remiſſis in cura ei⁹. Si vxor in obediēs ⁊ ꝯtētioſa ⁊ ſui ſenſus fuit erga viꝝ. Si nimis inculta ⁊ negli/gens circa gubnationē dom⁹. Si irreuerēs ⁊ diſcola ad ſocroſ ⁊ ꝯ gnatos. Si nimis dedit d̄ reb⁹ viri parentibus ſuis l' paupibus pluſq̄

d̄buit. Si d̄dit licētiā viro coeundi cū alijs mulierib⁹ cū ꝑegrinaret̄ ē mortale. Si mulier nō vult ſeq vi/rū transferentē domiciliū ad qd̄ te net: niſi eā traheret ad peccatū: aut dubitaret d̄ morte ſua aut eſſet va/gabūd⁹. Si vterq̄ filios educauit ī timore dei ⁊ ī obediētia mandato rum eius.

De ꝑncipibus rectoribus ⁊ baro nibus. c. 2.

Circa ꝑncipes rectores ⁊ ba rones ſeculares ſic poſſunt fieri īterrogatōes ⁊ ꝓut fu erit expediēs ſm̄ cōditionē ꝑſona/rū: ⁊ p⁹. Si ꝑ vſurpationē ⁊ iniu/ſto titulo obtinuit dignitateꝫ regi/mē l' dn̄iuꝫ ciuitatis vl' caſtri: quia mortal'r peccauit: ⁊ ſemꝑ ī ipō ma/net: dū tenet hi⁹ vſurpationem niſi poſtmodum titulū ſibi iuſtificaſſet nec ibi ante iuſtū titulū pōt exrece/re iudicia ſine mortali. Si ambitio ſus fuit ad dignitates ⁊ regimē ni/mis aſpirans: ⁊ ſi ītendit negligere iuſticiam ad regrenduꝫ amicos: vt ſic in dn̄o ꝑmaneat mōtal'r peccat. Si ꝑlatis eccleſiaſticis l' alijs ſupi/oribus ſuis nō fuit obediens: ⁊ ad monitiones ⁊ correctiones ab eis factas non ſuſtinuit patienter: ⁊ ſi ꝯtēpſit mortal'r peccauit. Si ſen tētias excōicatōis vl' interdicti nō curauit: aut ſic ligatus diuis ſe in/geſſit qd̄ ē mortale. Si ꝑꝑ crimē eius ciuitas ē interdicta: qd̄ eſt ſibi ad maius iudiciū. Si ꝑꝑ excōica tionē latā in ſe iudices vel actores vl' miniſtros grauauit: qꝛ vltra mō tale eſt excōicat⁹. Si de factis aut defectibus eccl'iaſticarū ꝑſonaruꝫ ad cū nō pertinentibus ſe intromi/

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſit vł trahēdo ad ſuum iudicium ⁊
hiꝰ peccau t mortałr. Et ſi cepit vł
capere fecit ł ꝑcutere vł incarcera
re clericos vł religioſoſ ēt delinq̄n
tes ē excōicatus: ſi nō habuit prius
licētiā a ꝑlato ſuo. Si electiōem
alicꝰ malicioſe ipediuit vł ꝑ violē/
tiā aliquē itromiſit: vel ſi grauauit
aliqđ monaſteriū vł collegiū eo ꝙ
nolebat eū eligere: ꝓ q̊ rogabat eſt
excōicatus vltra mortale. Si ꝓ/
hibuit ſubditis ne vēderent clericis
neceſſaria: ł eis panē coquerent ex
quo non hūit ab eis qđ voluit. Si
patronatuſ eccłiaꝝ de nouo ſibi v/
ſurpauit vł bona vacantiū eccleſia
rū aut monaſterioꝝ vltra mortale
eſt excōicatus. Si poſuit talias
vel collectas vel alia grauamia cle
ricis vł alijs perſonis eccleſiaſticiſ
ſine licentia pape: ſi non deſiſtat pꝰ
admonitionem eſt excommunica/
tus. Si fecit ſtatuta vel leges cō
tra libertatem eccleſiaſticā vł iudi
cauit ſm ea: vł dedit ꝯſiliuꝫ ad hꝰ:
vł non remouit ſi potuit vltra mor
tale pctm̄ eſt excōmunicatus. Si
noua pedagia inſtituit non hn̄s au
ctoritatē a pꝛīcipe ſuꝑ hoc: vel anti
qua ſeu noua pedagia augmētauit
excommunicatus ē: ſecus ſi fecit h̄
cum licentia ꝑncipis ⁊ cauſa rōna/
bili ⁊ non tenuit ſtratam publicaꝫ
ſecuram vt debuit peccauit morta
liter ⁊ tenet̄ ad reſtitutionem. Si a
clericis ⁊ religioſis theloniū peda/
gium ſeu gabellam accepit ꝓ his q̄
deferūt ł deferri faciūt nō cā nego
ciationis grauit̄ peccat ⁊ ē excōica
tꝰ. Quāuis aliqd vt Jo. cal. hāc nō
admittāt: qꝛ nō ē rcepta: ⁊ papa ſcit
⁊ tollerat: imo ipſe facit in t̄ris ſuis
ſed tutiꝰ ē vt obſeruetur. Si pu
blicos vſurarioſ alienigenas ⁊ non
inde oriūdus ad fenꝰ exercenduꝫ in
ciuitatibꝰ ſuis admittit: vel admiſ/
ſos iā īfra certū tp̄s nō expellit eſt
excōicatꝰ. Et idē ſi ciuis exn̄s dedit
ad h̄ ꝯſiliū vł fauorē: h̄ v̄uꝫ ē ſi tał
ē ꝑſona eccłiaſtica hn̄s .ſ. dn̄iū tpa/
le: nā dn̄s ſecularis nō ē excōicatꝰ:
ſed excōicādus. c. vſuraꝝ de vſu. li/
bro. vj. tn̄ epi. ⁊. ſ̄. icurrūt ſꝫ alij. Itē
ſi ciuis exn̄s ōdit ad h̄ ꝯſiliū vł fa/
uorē. Si nauigātes indiſticte ōpre/
datus ē ł depdari fecit: vł h̄ factuꝫ
noīe ſuo ratū hūit vt pirrata excōi/
catus ē excōicatōe papali. Si na
uigantes expoliauit: vł res coꝝ ad
portus terraꝝ ſuaꝝ a mari delatas
ſibi appropriauit: qđ ē rapina: ⁊ ex/
cōicatus ē ſm aliquos. Si incen
dia fecit ł fieri fecit diruit ł fregit
eccleſias ł loca religioſa ē excōica/
tus: ⁊ ſi eēt dn̄ūciatꝰ eēt caſus papa
lis. Si emunitatē eccleſiaꝝ vio/
lauit: vꝫ faciēdo capere hoīeſ in eis
ꝑꝑ debita aut maleficia ī eccleſia ł
locis ꝑuilegiatis ſacrilegium com/
mittit: ⁊ pōt excōicari: ⁊ eſt mortale
ſecꝰ eſſet ſi combuſtores eccleſiarū
illuc fugientes: vel violatores eccle
ſiarum: qꝛ tūc ꝑꝑ hoc nō gaudet im
munitate eccłiaꝝ. Si eccleſias vel ꝑ/
ſonas eccleſiaſticaſ ſiue ꝑuilegia ea
rū violauit: vt młti tyranni faciūt.
Si fec̄ repreſalias vel ꝑmiſit fieri
fecit ꝯ ꝑſonas eccleſiaſticas eſt ex/
cōicatus: niſi illas reuocauerit īfra
menſē. c. ⁊ ſi pignorationes de iniu/
rijs ⁊ dā. da. li. vj. Utꝝ aūt liceat fa
cere repreſalias ꝯtra laicos: vide in
3ª parte ſūme ti. 2. Si ad eccleſi/
as ī quibꝰ patronus fuit nō poſuit



UVA. BHSC. IyR_109_1

doneos: vł nō repn̄tauit: ſʒ ie[illegible]ptos ꝛ ideotas: vł cōcubinarios ꝛ alios malos pn̄tauit: vł ſubditos ſuos ecclesiaꝝ pronos tales eligē aut ſuos pn̄tare ꝑſuaſit ſic mortaliter peccauit. Si recepit pecuniā vt aliquē pn̄taret cū eēt pron⁹: vł ſupplicaretur pape vł epo ꝓ bn̄ficio alicui cōferēdo ſimoniā cōmiſit: vł ēt abſqꝫ pecūia ſi porrexit p̄ces ꝓ idigno eſt mortale ꝛ ſimoniac⁹. Si fuit fautor: vel defenſor hēticoꝝ aut ēt ſciſmaticoꝝ peccauit mōtalr ꝛ ē excōicat⁹. Si ipediuit volētes recurrere ad foꝝ eccłiaſticū ſup cāſ que ad ipſū foꝝ ꝑtinent: ne. ſ. corā eccłiaſtico iudice hi⁹ cāe agitēt: vel ad hoc dās ꝯſiliū auxiliū vł fauorē ē excōicat⁹. Si bellū aſūpſit iiuſte vł fuit adiutor iiuſte bellantis: qr oīa mala q̄ inde ſequunt̄ ei reputat̄ ad culpā: ꝛ tenetur ad reſtitutionem oīuꝫ dānoꝝ ide ſequentiū: ꝛ hoc niſi ad adiuuādū eū teneret̄ ꝛ ſeruienduꝫ vʒ qr miles aut e⁹ vaſallus. tał. n. adiuuās cū eſt dubiū an bellū ſit iuſtū excuſat̄. xxiij. q. i. c. qd culpat̄ nō āt excuſaret̄ ſi ſciret bellū eē iniuſtuꝫ Si cōſuluit exn̄s in officio cōitatis: q. ſ. aſſumat̄ iiuſtū belluꝫ tenet̄ ad oīa mala ꝛ dāna: niſi ꝓponeret̄ i cōſilio mā mō falſo tāqꝫ eſſet iuſtū: tūc. n. ignorantes videntur excuſari. De mā belli: ꝛ qn̄ iuſtū dicat̄: vide in ſumma in 3ª pte ti. ij. Si idiſcretos ꝛ tyrānos officiales fec̄ ſeu ꝑpoſuit terris ſuis: tenet̄ de dānis ꝛ mał eoꝝ: ſi ſciebat eos eē tales ſec⁹ ſi ignorabat: niſi cū audiſſet non remouerit eos ſi potuit. Si iniuſtas exactōes ſeu collectas ipoſuit rapinā cōmiſit: ꝛ q̄ dicat̄ iniuſta talia ſeu collecta: ꝛ quō ſatiſfacere debeat: vide in 3ª pte ti. 2. Si poſuit iudeos in officijs publicis: qđ ꝓhibet̄. xvij. q. iiij. c. conſtituit. Si ea q̄ ſunt cōitatis appropriauit ſibi vʒ ſyluas. ſ. ꝛ campos ꝛ hi⁹ mortaliter peccauit ꝛ tenetur ad reſtitutionem. Si liberos homines in ſeruos ſibi ſubiecit: xp̄iani. n. nō pn̄t redigi in ſuitutem rōne belli: vel etiā capti n̄ pn̄t licite emi in ſeruos: vel empti vēdi: ꝛ emi ab alijs n̄ pn̄t ſʒ ifideles bene redigūt̄ in ſuitutē: ꝛ emi ꝛ vēdi pn̄t: capti iniuſto bello q̄ſi poſtea efficiant̄ xp̄iani: non tn̄ ex hoc liberātur a ſuitute: quāuis ſit piū hoc facere. Si a decedētib⁹ ſine filijs accepit bona ipſoꝝ nō ꝑmittēs eos teſtari ꝛ legare ad placitū niſi talis p̄ria haberet talem ſubiectionē a tpe cuius non eſt memoria in ꝯriũ. Si nimis vindicatiu⁹ fuit. Si homicidia: mutilationes: incarceratiōes: vulnera ꝛ hi⁹ ſeua ſine iuſticia vel cum iuſticia ſʒ ex odio ꝛ vindicta fecit ꝓcurauit vł permiſit: ꝛ hi⁹ grauia ſunt mortalia. Si torneamenta vel duella fieri fecit vel permiſit vel ludos vł ſpectacula periculoſa anime vł corpori: vt proijcere lapides ad inuicē vł repreſentationes turpitudinum fieri fecit vel permiſit: ꝛ non prohibuit: ſi ſine graui ſcandalo potuit remouere mortaliter peccauit: diſ. 83. c. error. Si leges ſtatuit quas non debuit vel potuit: quia. ſ. iniqs mortaliter peccauit. Si nimis durus fuit ad diſpenſandum vel ꝑcenduꝫ i quibus potuit: vel econtra nimis facilis ad parcendum delinquētib⁹ in p̄iudiciuꝫ iuſticie ꝛ vtili

UVA. BHSC. IyR_109_1

tatis cōis. Si feuda vaſallis ſuis abſq; iuſticia denegauit: vel ſeruiciū indebitum ab eis exegit aut fidē nō ſeruauit. Si ipſe expñs vaſallus alterius non fuit fidelis dño ſuo vt debuit: ſm q̄ in iuramēto fidelitatis exprimitur: vel obſequm debitū nō pſtitit vel aliquā iiuriā fec dño. ſ. alienādo feudū aut diminuēdo: vl aliqđ hiꝰ mortale ē: ⁊ tenet̄ ꝯ dānis. Si tutelā alicꝰ ſibi cōmiſſā nō fidelr̄ egit: ſed bona illiꝰ cōſumpſit ⁊ diſſipauit mōtale ē: ⁊ tenet̄ ꝯ dānis. Si ī t̄ra ſue iuriſditionis ſuſtinuit iniuſtas mēſuras: aut iiuſta pōdera: aut iniuſta p̄cia rex̄ venaliū ſcient̄ mortale ē: ⁊ teneri videt̄ ſi cōmode pōt obuiare. Sil̄r peccat ſi īducit vel ſuſtinet malas conſuetudines aut corruptelas. Si tollerauit aut ſuſtiuit publicos vſurarios inde pp̄ h̄ recipiēs certā q̄tā vel ſumā ānuatī: mortale ē ⁊ tenet̄ illud ſic acceptū reſtituere n̄ vſurario ſʒ creditorib' eius a qbꝰ vſure ſt̄ extorte ſm Tho. Si pignꝰ aliqđ hūit cuiꝰ fructꝰ n̄ cōputauit ī ſorte vſura ē: ⁊ de alijs ſpēbꝰ vſure ſi in aliq̄ offendit l̄ fuit pticeps ꝯ qbꝰ ſ̄ i. ij. pte ti. de vſ. Si penas l̄ emēdas ī pecuniā pp̄ cupiditatē vl̄ odiū nō pp̄ correctōnē delinq̄ntiū accepit l̄ vltra debitū extorſit: vel penas corpales: aut mortis ī pecūiariā pp̄ auariciā ꝯ iuſticiā cōmutauit mōtale ē Si pmiſit ī t̄ris ſuis latrones iualeſcere vl̄ malicioſe eis fauēs: vel ex auaricia nolēs expēdere ad ſecurādā p̄riā mortale ē: ⁊ tenet̄ de dānis ⁊ rapinis fcis ſi cōmode potat obuiare. Si iuſticiā vēdidit vel munera iniq̄ accepit. ſ. p admiſtratōe iuſticie: vel alias iniuſticiā fecit ī iudicādo l̄ fieri fecit mortale ē. Si fidē pmiſſā violauit ēt inimico: niſi pꝰ ille violaſſʒ mortale ē. Si obſides ſuos nō libauit mortale ē. Si viduas ⁊ pupillos ꝯ oppſſores nō ꝯfendit cū potuit. Si treugas nō ſuauit Si nimis ſumptuoſus fuit ⁊ curioſus ī veſtitu ⁊ apparatu equox̄ ⁊ familie cū canibꝰ ⁊ auibꝰ: edificijs cōuiuijs: nā vt poſſint facere hꝰ pompas emūgūt pplos vſq; ad ſāguinē facientes multa iniuſta. Si fec̄ edificari domos ſuas vel laborare in agris ſuis vel vineis vel liḡ pōtari p ruſticos l̄ colonos ⁊ nō ſoluit eis plene de labore ſuo: niſi ad h̄ ex ꝯbito tenēnt̄ l̄ ſi diebꝰ feſtiuis fec̄ p ſe laborare mortale eſt ſic ī pº caſu qđ tñ multi faciūt ⁊ male nec ſubditi ꝯ bēt obedire. Si nimiſ ſe occupauit ī venatōibꝰ ⁊ aucupijs l̄ qđ peiꝰ eſt ſubditos ī hiꝭ grauādo īducēs ad hꝰ ⁊ qđ peſſimū ī diebus feſtiuis ⁊ nō auditis diuis vt miſſa pp̄ quod dñs peccat mortal̄r ⁊ oēs ⁊ ipe reꝰ ē oium. Si pp̄ diſcurſus ī hꝰ ꝯſtruxit ſegetes aliox̄ tenet̄ eis ꝯ dāno: vel pmiſit accipe: vel fecit ꝯ blado ⁊ feno aliorū a ſuis pp̄ eq̄s ſuos tenet̄ de dāno. Idem ⁊ de alijs fructibꝰ. Si hiſtriōibꝰ ſupflue: ꝯdit vl̄ nimis turpia repn̄tātes ī curia nutriuit, vl̄ ꝯcubinā vel ludētes ad alcas ⁊ hꝰ: q̄ oia ſt̄ dānabilia. Si de caſtitate familie ſue nō curauit ſʒ ī honeſte ſe hn̄tes cū feīs ⁊ maſculis retinuit nec correxit eos cū poſſet mortal̄r peccauit. Si v̄o ſit cōiugatus interroga de hiꝭ que habentur in cā. precedentiꝭ prout videbitur fore expediens.



UVA. BHSC. IyR_109_1

De iudicibus.c.3.

Jrca iudices ſeu quēcūq₃
hñtē ptātē ordinariā vl' de
legatā ingrendū ē prio. Si
iuriſditionē aut ptātem recepit ſi/
moniace: vt ſi iudex eccleſiaſticus:
aut vſurpatiue: qꝛ vſurpata ptās ñ
dat auctoritatē: vñ iudicādo pecca
ret mortalit̄. Si excesſit fines mā
dati ſiue ptātis ſue peccat mortalit̄
ſi ſcient̄ vel ex ignorātia craſſa: Si
officialis vl' iudex ali⁹ timore odio
cupiditate vel amore vel aliq̄ cā ini
quā tulit ſniam aduertēter morta/
le ē ꝛ tenet̄ ad oē interceē pti leſe: et
ſi ille ꝓ quo dedit ſniam nō vult ſa/
tiſfacere vel nō pōt qm̄ p̄ncipalit̄
ip̄e tenet̄: dic̄ Rai. Si ꝑ ignorantiā
craſſa ip̄e tulit iniquā ſnīā i iudicio
aīe tenet̄ ꝛ peccat vt ſ⁹. Rai. qꝛ de
buit ſcire ſe iſufficiētē ꝛ nō iudica/
re. Si ꝑ negligētiā: qꝛ ſufficiēs erat
ꝛ ſi laboraſſet ad igrēdū ꝛ legendū
ỽitatē iuēiſſ₃: ſ₃ neglexit h̄ agē te/
net̄ vt ſ⁹. Miti⁹ tñ agit̄ cū eo q ex
ignorātia craſſa q̄₃ cū eo q ex mali/
cia: ꝛ h̄ h₃ locū i iudice ordinario ñ
ꝺlegato. Si ꝺlegat⁹ iudex iudicauit
bona fide ꝛ ꝺ ꝯſilio ꝑitoꝝ tulit ini/
quā ſnīā ñ vr̄ peccare aut teneri ad
reſtitutionē leſo: tum q̄a neceſſita/
te obedīētie iudicauit. tū qꝛ ſepe ex
certa ſcīa ꝺlegātis aſſumit: qꝛ ē ig/
r⁹ iuris: qꝛ bon⁹ vir: qđ lē veru₃ niſi
igrēdo ꝯſilium fuiſſet negligēſ aut
culpabilis: tūc. n. peccat ꝛ tenet̄ ad
reſtitutionē. Vul. Si aſſeſſor iduc̄
iudicē ad ferēdā iniquā ſniā₃ excu/
ſat̄ q̄dā iudex ſi ſimplex ē ꝛ h₃ bo/
nā ꝯſciam. ſ. credēs ſniā₃ eē iuſtā: ꝛ
ſi nō fuit i culpa eligendo aſſeſſorē:
q̄a bonuſ ꝛ ſufficiēs cōit̄ credebat
ſed aſſeſſor peccat mortal'r ꝛ tenet̄
ad ſatiſfactionē leſo ſiue doloſe ſi/
ue ignorāt̄ iducat iudicē ad iudicā/
dū iniuſte. Rai. Si iudex ig̃rus iu/
ris ſecū duc̄ aſſeſſorē: q cōit̄ ñ repu
tat̄ ſufficiēs vl' iniqu⁹: ſi ꝺ ꝯſilio ei⁹
fert iniquā ſniā₃: l₃ credat iuſtā: vr̄
q₃ mortal'r peccat: ꝛ tenet̄ ad reſti/
tutionē iſolidū. Si accepit pecuniā
i iudicio: qđ pōt eē. 5. mōis: ꝛ ſēꝑ vr̄
mortale. p° ſi accepit vt male iudi/
caret ꝯ iuſticiā ꝛ ꝯ ꝯſciā₃: ꝛ tūc iᵃ pe
cunia d₃ dari ei i cui⁹ iiuriā data ē.
1. q. i. c. iubem⁹. 2ᵃ ſi accepit vt bñ iu
dicar₃: vl' vt iudicaret ꝛ daret ſnīā
l' ſi accepit vt ñ iudicaret cū debēt
iudicare: l' vt ñ male iudicaret: i hiſ
5. caſib⁹ d₃ reſtitui ei q dedit. 2. q. 3.
c. ñ l₃. Rai. ꝛ ſ₃ Vul. i foro pñie pōt
pauꝑib⁹ erogari: ſic̄ ꝛ aᵃ turpia lu/
cra: ꝺ ꝯſilio tñ. Si iudex nullo° vo/
luit ferre ſniā₃ cū ꝺberet ꝑꝑ h̄ ali/
q̄s amittit ius ſuū mortale ē: ꝛ tene
tur illi reſtituē lit eſtimatōe₃. Rai
23. q. 5. c. admīſtratōes. Si iudex
accepit aliq̄d a ꝑtib⁹: vñ nō q̄ ordi
nari⁹ nihil pōt accipe ēt expēſas ni
ſi moderata enſēia ſpōte oblata vt
eſculētū ꝛ potulētū. di. 18. c. de eulo
gijs. Delegat⁹ pōt recipe moꝺratas
expēſas. qñ. ſ. ē pauꝑ: l' qñ o₃ eū exi/
re ꝛ eq̄tare ꝓ examinatōe cāe vel ꝓ
aſſeſſore ſ₃ gl'. Si. āt papa alic⁹ cām
ꝺlegauit: nō vr̄ q̄ aliq̄d poſſit peter̄
nec ēt expēſas: ſi ſua ſibi ſufficiunt
niſi oporteat eū exire: vl' plus q̄₃ do
mi expēdē. Rai. ꝛ Vul. Si. iudex ec
cleſiaſtic⁹ ordinari⁹ vel delegat⁹ ꝯ
ꝯſciā₃ ꝛ ꝯ iuſticiā: ꝛ i grauamen al/
teri⁹ ꝑtis i iudicio q̄cq₃ fac̄ ꝑ g̃ram
vl' ꝑ pecuniā icurrit ſuſpēſionē ab
executōe officij ꝑ annū ꝯdēnād⁹

UVA. BHSC. IyR_109_1

ad eſtiationē litis: de q̄ vide i.3. pte ti. Si iudex eccl'iaſtic⁹ excōicatiōis ſñia ſuſpenſiōis vel iterdicti nimis de facili fulminat: aut ſine p̄miſſa admonitōe vl' ſine ſcriptis vl' alias ꝯ ordinē iuri graui' peccauit. ꝺ his i.3. pte. Si iudex qcūqꝫ dilationes a liqs ꝯ ius fec̄ ⁊ ſi ordinē iudiciariū nō ſuauit. Si ptē alt'az ꝯ iuſticiam grauauit. Si reo fec̄ qōnes vl' poſitōes ſeu iqſitiōeſ ad q̄s rñdere non tenebat'. Si appellatōes legitimas nō admiſit. Si doloſe locū appellādi dedit. Si p⁹ appellationē legitimā nihilominus i cām ꝑceſſit. Si i dubijs magnis pitos ñ ꝯſuluit. Si allegatōeſ friuolaſ admiſit. Si paupib⁹ viduis orphanis nō ſubuenit: ⁊ i aduocatōe nō ꝓuidit: i q̄lꝫ iſtorū vr' eē mortale cū ſcieṫ deliqt. Si iudex illicite relaxauit penā debitā reo qō fit tripl'r. Uno° q: non erat ſūm⁹ iudex. ſ. p̄nceps: nec ei publica ptās ē plenarie cōmiſſa: ſed vt iudicet ꝑm leges ⁊ ſtatuta ciuitatis. 2°° q: ⁊ ſi hꝫ plenariā ptātē is tñ q paſſus ē iiuriā non aſſentit ſibi remitti ſed vult reū punire. 3°° qñ ⁊ ſi iudex hꝫ plenariā ptātē: ⁊ leſus vl't remittere: tñ nō ē cā iuſta reip. vtilis: ſed nociua. ſ. p̄bēs icentiuū delinquēdi Tho. i qōlꝫ: ⁊ peccat mōtal'r. Nota q̄ q fingit frauduleṫer cāꝫ aliquā p quā iudex aliqs vadat vl' mittat ad aliquā mulierē ꝑ teſtimonio ferēdo ē excōicat⁹. c. mulieres de iudi. li. vj. Si debitā penā auxit vl' minuit cū nō poſſit vel debēt: qñ poſſit l' ñ: vide i 3ª pte ſū. ti. 3. Si ēt mutare poſſet: vide ibi. Si iudicauit ꝑꝫ allegata ⁊ ꝓbata ꝯdēnās quē nouit inocētē q tñ vtꝫ peccet vel non vel excuſeṫ: vide i 3ª pte ſū. ti. 3°. Si miſter iudici exñs execut⁹ ē iniquā ſñiā ⁊ iniuſtā: ſi ꝑ certo ſcit inocētē ñ excuſaṫ a pctō. Rai. ſec⁹ ſi dubitat: q: tūc excuſaṫ ꝑp obedientiam

De penitentib⁹ vo ad iudiciū habes in 3ª. pte ti. 3. c.

De aduocatis procuratoribus ⁊ notarijs. c. 4.

Jrca aduocatos procuratores ⁊ notarios introgādūꝫ ē p° ſi poſuit ſe aduocandū cū ꝓhibereṫ i iure ſcīēter h̄ faciēs vr' peccare. Prohibeṫ aūt ifidelis ⁊ excōicatus excōicatione maiori: nec ñ religioſus niſi ꝑ mōaſterio ⁊ de mādato ſui p̄lati ſed ⁊ clerici i ſacris vel ēt i minorib⁹: ſed ⁊ bñficiati ꝓhibenṫ aduocare i iudicio ſecl'ari niſi i cā ꝓpa ⁊ p' eccl'ia ſua vel ꝑ ꝯiūcti vl' miſabilibus pſonis: ſunt ⁊ alie pſone ꝓhibite ꝺ qb⁹ h'r. 3. q. 7 §. tria. Et it' alios ꝓhibeṫ ſodomita p̄cipue notarius de iure vel de fcō Judex vel aſſeſſor ēt non pōt eē aduocatus i cā i q̄ ē iudex: nec cleric⁹ ꝑ extraneis ꝯ eccl'iā ſuā. Rai. Si aduocatus vel curator ſciēter defēdit cām iniuſtā peccat mortaliter ⁊ teneṫ alt'i pti de oi dāno inde habito. Tho. niſi ſatiſfaciat cliētulis: q p̄ncipal'r teneṫ ⁊ ſcit iniuſticiā: qñ. ſ. obtinet oēm victoriā cāe. Si vo ignoraṫ iniuſtā cāꝫ defēdit. ſ. putās iuſtam excuſaṫ ꝑm modū ⁊ ꝯſuetudinē regiōis: q̄ ignorātia excuſare pōt. Tho. Et ſi ex ignorātia craſſa peccat mortaliter. Si in p̄n° credebat iuſtā: ſed i ꝑceſſu cāe videt iniuſtā dꝫ dceſſe vel diſerere cam ⁊ nō vlterius proſequi: alias peccaret: ⁊ ſi obtinet victoriam cauſe tenetur

g 4

UVA. BHSC. IyR_109_1

leſo ad ſatiſfactionē ñ tñ dʒ eā ꝑde re aduerſario: vł ſecreta ſue cāe reuelarꝰ: ſʒ īducē cliētulū ſuū ad cedē dū vel cōponendū cum aduerſario ſuo ſine dāno aduerſarij. Tho. dū aūt ē ei dubia vſq ad finē lʒ ꝓſequi ſēp illā ſine pctō. Uul. Si aduocādo vſus eſt īdebito mō ſm Rai. Si ꝓduxit falſos teſtes vel ꝓduci fecit vel corruptos ſi īduxit falſas leges ſeu alias ꝓbationes falſas iuris vel facti. Si mētiꝛ vel mētiri fecerit: vel docet clientulum ſuū ī iudicio. Si dilatiōes nō neceſſarias q̄rūt ī grauam̄ ptiū. Si appellat ſciēꝛ ꝯ iuſtā ſñiam ī quolibet borꝫ videꝛ mortale. Si nō fideliter cām foueat quātū iuſticia ſuadet obtinēdo de cōtigētibꝰ ex negligentia vel notabili ignorātia: ī q̄ poſſet eē mortale. Si ꝓcaciꝛ aūt dicēdo ꝯuicia vł vociferādo. Si prodidit ſecreta aduerſario ſuo: ⁊ ſi ꝑ ꝑdictū modū vicit iniuſtā cām teneꝛ leſo de oī dāno inde ſecuto. Si amittit iuſtā cāʒ ꝑꝑ ſuā īfidelitatē vel negligētiā vł ignorātiā teneꝛ cliētulo ſuo ꝺ oī dāno: Si aduocatꝰ nō pſtauit ꝓcinium in iuſta cā pauperū ⁊ miſerabilium pſonaꝝ: nā ſi nouit tale cām: ⁊ ſcit illū ꝑ ſe nō poſſe iuuari: ꝗ nō hʒ ad ſoluēdū: nec aliū videt ꝗ velit eū iuuare ꝑꝑ qꝺ amittit cāʒ teneꝛ gratis iuuare ſi pōt: alˀs videꝛ mortale Tho. ⁊ Rai. Si īmoderatū ſalariū accipit de ſua aduocatione naʒ moderatū petere pōt: ⁊ aduocatꝰ ⁊ iuriſcōſultꝰ vt dic̄ Aug. xiiij. q. v. c. nō ſane: ꝗ moderatū ſumiꝛ ex quatuor. ſ. ex quātitate cāe: ex laboꝛ aduocādi: ex ſciētia: ⁊ facūdia aduocādi: ex cōſuetudine regiōis: ⁊ ꝭʒ hoc magis ⁊ minꝰ pōt accipe ꝭʒ Rai: vł ab initio cū fac̄ pactū vel ex poſt facto ꝯpleto. Sʒ ex q̄ cā ē incepta nec dū finita nullū dʒ facere pactū cū litigatore quē accepit ī ꝓpaʒ fidē: q2 poſſet eē occaſio magni pic'li. iij. q. vij. §. ꝑterea. Itē nō lʒ paciſci de q̄ta cū aduocato: vʒ decia vł cēteſima: ſʒ de quāta lʒ moderate tñ ꝭʒ iura: de hac mā vid plenī iʒ pte ſūme ti.

Si iuriſpitus exñs in cā quā nouit iniuſtā conſuluit qūo obtinereꝛ mortale ē: ⁊ ſi vinciꝛ ex cōſilio eꝰ teneꝛ leſo ꝺ dāno. Si ex ignorātia craſſa male cōſuluit. Si nō cōſuluit paupibꝰ nō hñtibus ad ſoluendū. Si nimis petijt: idē dicēdū ē ſic̄ ꝺ aduocato. Si ꝓcurator exñs ꝺ fēdit ſciēter iniuſtā cāʒ. Si nō fideliter ⁊ ſolicite fouet iuſtaʒ. Si paupibꝰ nō pſtauit ꝓcinium. Si nimiū petit ſalarū idē dicēdū qꝺ ꝺ aduocato. Si notariꝰ exñſ aduertēter falſauit iſtr̄a peccauit mortaliter: ⁊ tenetur de oī dāno ſecuto. Si malicioſe occultauit iura aliorū ſeu iſtr̄a: ⁊ non aſſignauit aut deſtruxit vel alijs dedit vltra mortale teneꝛ de oī dāno. Si ex ignorātia notabili vel negligētia male dictauit inſtr̄a vel teſtamēta cū ꝺfectibꝰ vñ oriūtur litigia vel ꝑdūtur bona alioꝝ peccat mortalr: ⁊ teneꝛ de oī dāno leſo exīde. Si fuit rogatꝰ ī teſtamētis eoꝝ ꝗ nō erāt ſui ſenſus ſciēter tanq̄ vſū rōnis libeꝝ habētiū mortale eſt: ⁊ teneꝛ de oī dāno leſis. Si ī iſtrumētī ſuis nō ē vſus ſolēnitatibꝰ legalibꝰ: vñ validāꝛ ꝯtus: q2 mortale ē: ⁊ teneꝛ de oī dāno. Si fec̄ iſtr̄a ī fraudē vſuraꝝ ſcienter mortale ē ⁊ ē piurꝰ. Si nota

UVA. BHSC. IyR_109_1

rius i officio ē ſalariat⁹ ſufficiēter a cōitate ⁊ accipit ēt ab his ꝑ qbuſ ſcribit lr̃as gr̃as ⁊ hĩ⁹: vel nō ſalariatus a cōitate accepit de cōſuetudine pro labore ſuo vlt̃ debitū ⁊ eqtatē peccauit ⁊ tenet̃ ad reſtitutionē. Si diebus feſtiuis ſine neceſſitate: ſʒ ex cupiditate fecit iſtr̃a vł copiauit vł extendit ſcripturas cū poſſet differre mortale videt̃. Si fuit rogatus: vel dictauit vel redegit i ſcriptis ſtatuta ꝯ libtatē eccleſiaſticā mōtalr̃ peccauit. eſtqꝫ excōicatus. Si notari⁹ ex̃ns epĩ ꝓ ſcribēdis noībus ordinandoꝝ vel lr̃is ordinationū accepit pecuniā ſi ſalariatuſ ē ab epo ſimoniā cōmiſit. Si ꝟo nō ſalariat⁹ ſatis accepit vt ꝯ lucro accipet ordinatō ſimonia ē: ꝯ q̄ vide plenius i. ij. ꝑte. ti. i. c.

De doctorib⁹ ⁊ ſcholarib⁹. c. v.

Jrca doctores ⁊ ſcholares ingrēdū ē ⁊ p⁹. Si docēſ publice legeſ vł phyſicā admiſit ad lectōnē ſuā ſciēter religioſoſ vel ſacerdotes ſeculares: vel alios clericos nō ſacerdotes ſʒ i dignitate cōſtitutos q꞉ excōicat⁹ eſt: qn̄ aliquē ꝑdictoꝝ aduertēt̃ admittit ſit̃ cū illiſ. c. ſup. Spe. extra ne cle. vel mo. Si docens aut legēs i qc̄ūqꝫ facł̃tate ēt i ſacra theologia admittat religioſū exeuntē de mōaſterio cū habitu ad audiēdū ſine lĩnia ꝑlati ſui ſciēter ē excōicat⁹ cum eo꞉; q꞉ ꝑticipat i crimīe. Jtē ſi cū lĩnia ꝑlati ſui ſʒ ſine habitu ad lectōez recipit ꝭm Lapū. Si magiſter vł ſcholaris ex̃ns bononie tractat cū aliq̄ ciue bononiēſi de cōditione hoſpitij irreqſitis inglinis niſi tp̄s cōditōis fuerit elapſū excōicatus ē extra de loca. c. ex reſcripto. Et h̄ excōicatio nō hʒ locū niſi bononie. Si quis ex eo pacto r̃cept⁹ ē in cānonicū vt ſcholas teneat ſimoniac⁹ ē: vnde ⁊ mortale: ſʒ vacāte ꝑbēda pōt ei annecti h̄ on⁹ docēdi licite. Ho. ⁊ Ber.

Si aliqd exigat̃ vel ꝓmittat̃ pro lĩnia docēdi q̄uis ꝭʒ Ho. nō ſit ſimonia ē tn̄ ꝯ iura vn̄ ⁊ mortale qꝺ patet ex pena ꝑꝑ h⁹ īpoſita: q꞉ exactuʒ reſtituit̃ ⁊ debēt exactores officijs ⁊ bn̄ficijs expoliari: extra eo. c. i.

Rai. Si magiſter hʒ bn̄ficiū vel ſalariū ſufficiēs ꝓ docēdo: ſi exigit a ſcholaribus ſimoniā cōmittit ꝑcipue a clericis ⁊ paupibuſ exigendo q꞉ vēdit doctrinā ⁊ tenet̃ ad reſtitutionē Ho. ⁊ Rai. Si aūt nō ſufficit ſalariū ei⁹ pōt exigere ſi tn̄ ſit idoneus in docendo: al̃s nō. A pauperibus aūt nō dʒ exigē oblata ꝟo gratis ſēp pōt accipe: ⁊ multo magis ſi nullū hʒ ſalariū pōt recipē collectā ꝓ labore. Si magiſter feſtū colēdū de iure vel de conſuetudie non vult cōcedere niſi ꝓ pecunia vel eꝯ nō colēdo cōcedit colēdū ꝓ pecūia ſimoniā cōmittit. Rai. Si magiſteriū inde q̄rit inept⁹ ⁊ valde ignorāſ vel recipit: videt̃ eē mortale ꝑꝑ piculū qꝺ ſequit̃: q꞉ rōne magiſterij dant̃ fides in quibus reqrit̃ vnde nocumētū ꝓximo ſeqtur ex cōſilio malo: ⁊ hoc ꝑcipue i theologica facultate: ⁊ admittēs tales ſciēter ad magiſteriū ēt videt̃ mortale peccar̃.

Si q̄rit gradus: vel magiſteriuʒ nō ad vtilitatē aīaꝝ ⁊ dei honorem ſed ad ſui ſuſtētatōem ⁊ honoreʒ ꝯtinet ad ambitionē: ideo vide ꝯ ambitōe qn̄ mortale ē vł veniale. Si inde q̄rit emptionem vel diuitias vel

UVA. BHSC. IyR_109_1

libertatẽ:totuꝫ ẽ dãnabile ꝑſertim
i religioſis. Si docuit publice in
theologia exп̃s in mortali notorio
peccauit mortaliter. Petrus ſi ſciẽ
tias ꝓhibitas legit vel didicit vt' ni
gromãtiã vel' artẽ notoriã ⁊ hi⁹ mõ
tale ẽ: vel ſi notabiliter ignorans ſe
ad docẽdũ poſuit: ⁊ errores' notabi
les docuit ẽ mortale. Si nõ adhi
buit diligẽtiã ad ꝑfectũ ſcholariũ i
ſcia ⁊ morib⁹ quã debuit faciens' ni
mias vacatões: vt' nõ vtilia ſꝫ curio
ſa docẽs: vt' de moribuſ eoꝝ nõ cu
rãs: nec cõpeſcẽs i q̊ potuit: i hi⁹ ne
gligẽtiã notabiliter cõmittẽs mor
tale ẽ. Si vniuerſitatis iuramen
ta nõ ipleuit mortale' eſt peccatum.
Si ſe' iacuit de doctrina: vel aliiſ
detraxit ſe ꝑferẽdo: vel eis iuidit':
vel ſectas nutriuit iter ſcholares: t'
ſcholares alt'ius doctoris ad ſe tra
xit iniuſte: vel põpoſe idut⁹ ẽ: ꝯ qb⁹
vide. s̃. de hi⁹ guitate. Si ſchola
res nõ fuerũt obediẽtes doctori in
his in qb⁹ tenent̃. Si rixaſ iter' ſe
fecerũt. Si minus aptũ elegerũt
ad legẽdũ ex cã iniuſta. Si dimiſert
ieiunia eccl'iaſtica cũ ieiunar̃ poſſẽt
vel miſſe auditionem i feſtis: vel a
lia ſacr̃a. Si contendũt i diſputa
tõe ꝯ ꝟitatẽ ne videãt ſuccũbẽ. Si
ſupbiũt ex ſcia. Si aliquẽ malũ finẽ
itẽdũt ex ſcia ſua: vt' lucra iniuſta cu
rioſitates ambitiones ⁊ hi⁹. Si
ſũt negligẽteſ i ſtudio. Si ꝓdigi i ex
pẽdẽdo: ⁊ de aliis igrẽdi ſunt ꝓut
videbit̃ expedire de dicti. s̃. i ꝑma
pte ⁊ i 2ᵃ. Si nimis ardenter ſtu
duit i libris gẽtiliũ pp ornatũ nimiſ
vacãs ſtudio vtiliori vel neceſſario
vel ſacre ſcripture ꝑcipue q̊ ad reli
gioſos: vel i poeticis pp mãꝫ turpẽ
quia iſtud eſt mortale. xxxvij. diſ. c.
ideo prohibetur.

De medicis ⁊ aromatariis. c. vi.

I poſuit ſe ad praticã i me
dicia ſine ſufficiẽti peritia
qꝛ ſi paruꝫ vel nihil ſtuduit
videt̃ mortale: qꝛ expoſuit ſe ꝑicu
lo occidẽdi hoies. Si ꝑitus ⁊ ſuffi
ciẽs exп̃s obmiſit aliqd de cõtinẽti
bus circa ifirmoſ q̊s hꝫ i cura ex ne
gligentia qꝛ ex negligentia notabili
vñ ſecutũ ẽ magnũ nocumẽtũ i ifir
mũ vel ſeq potuit: male potuit excu
ſari a mortali. S ꝟo ꝑua negligen
tia: ẽ vẽiale: vt ſi nõ viſitat ifirmos
ſollicite ⁊ hi⁹ vbi tñ nõ ẽ ꝑiculum:
Si dedit medicinã vel ꝯſiliũ ꝓ ſa
lute corpis i ꝑiculũ tñ aie pp q̃ veni
at q̃s ad peccatũ. i. ꝯ ꝑcepta: puta vt
fornicet̃ q̃s: vt euitet certas ifirmi
tates: vel medicinã dat ꝑgnanti ad
occidẽdũ pueꝝ ꝓ cõſeruatõe mr̃is:
vel' potũ iebriãtẽ: ⁊ hi⁹ mortalit̃ pec
cat: ⁊ h̃ ꝓhibet̃: i. c. cũ ifirmitas: ex
tra de pe. ⁊ re. Si ꝟuauit ꝑceptuꝫ
factũ a medicis. ſ. ꝙ iducãt ifirmoſ
qñ p⁹ vocãtur ad viſitãdũ eos ad cõ
feſſionẽ faciẽdã: qꝛ obmittẽdo hoc
ſm doctoreſ peccat mortalit̃: vt di.
. c. cũ infirmitas ꝯ pe. ⁊ re. ſi paupeſ
ifirmos q̊s nouit nõ valẽtes ſoluer̃
nõ viſitauit gratis: qꝛ ad hoc tenet̃
⁊ ẽt ſoluẽ ꝓ eis medicinas ſi poteſt
al's mortale ẽ: di. 83. c. i. ⁊ in glo. ſup
ꝟbo iferas. Si nimis largus fuit
ad iducẽdũ debiles ad frãgendũ ie
iunia eccl'ie ſine rõnabili cã: qꝺ fre
quẽter faciũt: nõ ẽ ſine peccato. Si
ꝟo ẽt ſanis diſſuadet ieiunia eccl'ie
dicẽs nociua eẽ ⁊ ſic inducũt ad frã
gẽdũ ieiuniũ ſine cã mortale ẽ ꝯ pe.
di. i. c. noli. Si dedit medicinã du

UVA. BHSC. IyR_109_1

biã ſanationis vel mortificationis videt' mortale. ⁊ vt dicit. c. cũ infirmitas. extra de pe. ⁊ re. potius d̃bet dimitti in manibus dei q̃ʒ expõi periculo medicine. De emulatione vero ⁊ detractiõe quã faciunt medici interrogandum eſt prout habes ſupra.

De aromatarijs.

Ji cõponẽdis medicinis n̄ ponũt q̃ ordinat medic⁹ cũ nõ bñt: vel ita bona vt ẽ neceſſe in quo offendunt medici nõ facientes añ ſe cõpõi. nã ſi ex hoc ſeq̃tur g̃ue p̃iculũ ĩfirmo: vel nõ opat̃ ſãitatẽ quã feciſſet ſi bñ feciſſʒ illã mortale ẽ: ⁊ ẽt ĩ medico ſi h̃ diſſimulauit. Si docent vel vendũt ea q̃ pcurãt aborſuʒ ad illud faciendũʒ vl' vendũt venena his quos credũt ad vſurãs peccatum mortale eſt:

Si ſophiſticant aromata q̃ð frequent' faciũt ponẽtes ĩ eis vnuʒ pro alio: vel ĩ electuarijs ſirupis ſpẽbuſ ⁊ cõfectõib⁹ ĩ cereis faciẽtes malaſ mixturas ⁊ vendẽtes pro puris q̃r vltra peccatũ tenetur ad reſtitutionem illis ad quos tales res vendũt ſeu erogare paupibus cum incerti ſũt. De nimis p̃cijs piurijs ⁊ mẽdacijs ⁊ diminutis põderibus q̃ faciunt interrogandum eſt put. s̃. i. c. d̃ fraudulentia ⁊ alijs vitijs ĩ p̃ma parte. c. i.

De mercatoribus cãpſoribus et proxenetis. c. 7.

Ercatoribus cãpſoribus ⁊ p̃xenetis q̃rendum eſt. Si miſit nõ ſolũ arma ⁊ ligna mina ſʒ etiã q̃cũqʒ mercimonia ad Alexãdriã vel parteʒ egypti: vl' terras ſarracenorũ ſoldano ſubiectas excõicat⁹ ẽ excõicatõe papali ſi nõ habuit licentiã a papa d̃r q̃ veneti bñt. Si negociãtur nõ pp aliquẽ finẽ honeſtũ puta ſuſtentationẽ familie ſue ex lucro moderato: vel p̃pter ſuſtentatõem paupeꝝ vel p̃uiſiõe eoꝝ pro ciuitate neceſſarioꝝ ⁊ hi⁹: negociãt̃ pp auaritiã: ⁊ ad theſauriçandum ẽ mortale pctm̃ ſi ĩ lucro cõſtituunt finẽ: vel ſi intẽdunt lucrũ p fas ⁊ nefas ſi pñt. Si cõpoſuit ſe cũ ʒ alijs mercatoribus q̃ nõ vendãt d̃ aliq̃ minori p̃cio q̃ʒ cõuentũ fuit inter eos: q̃ð eſt exceſſum vt ſic cogãtur pſone emere caro p̃cio peccatũ eſt: ⁊ legibus p̃hibituʒ Poſti. Si vendũt merces p maiori p̃cio q̃ʒ valeãt: ⁊ ex eo q̃ nõ ſoluit fecit ei terminũ ſʒ etiaʒ mutuat ei pecuniã aliquã: vſurã cõmittit.

Si vẽdẽdo mercãtias ſuas puta lanam vel pannos recipiẽdo p precio alia mercimonia puta ſericuʒ p aromatibus vel alia: q̃ð vl'garit' d̃r barato multi maiori precio vendit ſic q̃ʒ ſi recipet pecuniã peccatũ ẽ iniuſticie ⁊ mortale: niſi ille cui vẽdit etiã longe maiori precio tardat res ſuas tunc põt vnus exceſſus cõpenſari cum alio ſi ſunt quaſi equales.

Si vẽdẽdo ad terminũ plus iuſto p̃cio vẽdit rõne dilationis tm̃ ⁊ diuerſis ſpẽb⁹ cãbioꝝ ⁊ varijs modis cãbioꝝ vſuraꝝ ⁊ fraudulẽti⁹ ĩ quãtitate ⁊ q̃litate ⁊ ſuba reꝝ. Interrogãdũ ẽ put hẽs. s̃. i. c. de vſurpatõne rei aliene. Si fraudauit vel fraudari fecit: vl' ali⁹ p eo iuſta pedagia ſeu gabellaſ mortale eſt ⁊ tenetur ad reſtitutionem: ſec⁹ ſi de iniuſtis vl' cũ nõ tenetur loca i⁹ ruta a latrõib⁹ pp quod hec ſoluunt̃ pp

UVA. BHSC. IyR_109_1

defectũ dñoꝝ. Si ẽdit falſas mo-
netas ꝉ diminutas ſcienꝰ ꝑ bonis:
vel eas diminuit ẽ pctm̃ ⁊ teneť. ſe
cꝰ ſi accepit monetas valẽtes in lo-
co ꝑ eo qḋ valẽt ibi: ⁊ mittẽs ad ali
uꝫ locũ vbi plus valent plus petit.
Si faciẽs ſocietatẽ cũ alijs n̄ fide
liť ſe hũit aliq̃ occulta lucra ſibi ſo
li retinẽs: tũc ad ſatiſfactionẽ tene
tur: niſi certꝰ eẽt ꝙ ſocij tãtũdẽ oc-
culte ſubtraxiſſent. Si fec ꝑ alijs
ſecuritatẽ cũ fraudibꝰ: nã ſine frau
de aſſecurare merces p mare vel p
ťrã: ⁊ i die q̃rere emolumẽtũ plus ꝉ
minus ẜm quãtitatẽ piculi nõ vr̃ il
licitũ cũ ſubſtet piculo mag̃. Aſſe-
curatio ꝟo pecunie p modũ ſatiſfa
ctiõis q̃ vl'gariť dr̃ ſcripta: vbi nul
lũ ẽ piculũ ⁊ dãnũ nõ i tutũ quantũ
ad ꝯſciẽtiã: ſecꝰ ſi ſibi ẽ piculũ ibi.
Si accepit pecuniã aliquam ſub
noĩe diſpoſiti rñdẽs ſex vel octo ꝑ
cẽtenario: ⁊ cũ illis pecunijs lucrať
ipe mutuãdo vel alijs illicitis ꝯcti-
bus ad rõnẽ.io. ꝑ centenario ⁊ hiꝰ
ꝯmiſit duo mortalia: vnũ ẽ accipiẽ-
do: aliud mutuãdo ⁊ teneť de vſu-
ra. Si ſe ĩtromiſit in barochólis
ritrãcolis achaſinis q̃ vocabula n̄
ꝯclaro obbreuitatẽ ſꝫ de his vide i
ſum.li.2.ti.qd malicie ſit i eis: acha
ſinũ dr̃ qñ qs gerit negocia ſtipen-
diarioꝝ. Jdẽ ſi dñoꝝ laborãs ꝑ eis
⁊ cũ mutuat eis pecunias cũ expen-
dit recipiẽs idẽ certũ lucrũ vꝉ ſala
riũ: ⁊ quãtũ mereť labor ꝑ iuſtꝫ cau
ſis põt accipe: vñ ꝑ bellantibꝰ iniu
ſte nõ põt accipe rõne mutui nihil
plus: alias vſura ẽ. Si vſus ẽ piu-
rijs ⁊ mẽdacijs emẽdo ⁊ vẽdendo
q̃ ſolent eẽ his cibus ⁊ potus. Et
de his dic vt.ſ.i pa pte in locis ſuis
⁊ cũ ſtat i tali ꝓpoſito vẽndo mẽ
dacijs ⁊ piurijs ⁊ dolis qñ occurre
ret ſemp ẽ i mortali. Uñ nõ ẽ abſol
uẽdus niſi diſponat abſtinere ab il
lis vbi ẽ mortale. Jtẽ ſi emit res ra
ptas vel furatas p mare vel p ťraꝫ
dic.vt.ſ.i pa.pte.c.2. Si emit vel
vẽdidit diebus feſtiuis abſqꝫ neceſ
ſitate ſed ꝑ cupiditate: ꝉ fec rõcinia
libroꝝ: vel fecit fieri ſuis diſcipulis
dic vt.ſ. de obſeruatõe feſtoꝝ. Si
fuit ꝓxeneta ſeu mediator: q dr̃ ſen
ſale ꝯtractuũ fraudulẽtoꝝ ſciẽter
mortale ẽ: ⁊ teneť leſo ſatiſfacẽ. Si
fuit mediator ꝯctꝰ vſurarij itẽdens
vtilitatẽ vſurarij ⁊ ſuã magis q̃ꝫ ac
cipientꝫ ſub vſura mõtale ẽ: ⁊ ſi ipe
ĩduceret ad mutuãdũ alios ad vſu
ras q h nõ cogitabãt vr̃ tenere ad
reſtitutionẽ. Si mediator extat i
alijs ꝯctibus: vt vendendo domos
eq̃s ⁊ aa aĩalia: ⁊ male ꝯſuluit ẽptor-
ri i eius dãnũ vꝉ ſui vtilitateꝫ ⁊ vẽ-
ditoris peccat mortaľr ⁊ teneť leſo
ac oẽm ſatiſfactionẽ: ⁊ eꝯ teneť ſi
i dãnũ vẽditoris ꝯſuluit. Si i ſiẽ
dis mr̃imonijs vtiť mẽdacijs ⁊ hꝰ
i notabile dãnuꝫ ꝯbentium peccat
mortaliter.

De artificibus ⁊ mechanicis.c.8

Jſ fecit artẽ cuius opus ẽ cũ
pctõ: vel ad pctm̃ mortale:
vt plurimũ ſicut facere ta-
xillos ſeruire vſurarijs in illa arte
Militi i bello iniuſto: nauigio pir-
ratoꝝ: lenocinio ĩtendendo barata
riã ⁊ hꝰ: oꝫ ꝙ dimittat ex toto ar-
tẽ: alias nõ ẽ abſoluẽdus. Si ar-
tẽ fec cuiꝰ actificiũ põt eẽ ad bonũ
⁊ malũ finẽ ⁊ vſuꝫ: vt gladios bali-
ſtras lãceas venena: ⁊ hꝰ ſi ꝟiſimi-
liter põt eſtiari ꝙ emptor velit ad

UVA. BHSC. IyR_109_1

malū vſū nō pōt facē vł vēdē fcā: vt puta ī iniuſto bello: ſec⁹ ſi dubitat. Si q̄ ēt ſēp g ſūt ad malum vſuȝ q̄ſi ſēp vt facē fucos: ꝛ ſerta ꝛ hi⁹ oȝ dimitteꝛ. Si mēdatijs vtitur plurijs dolꝰ malis menſuris vel ponderib⁹. Si feſtiuis diebus laboꝛauit. Si nō ieiunauit cū poſſȝ moderando laboꝛē: ꝺ qb⁹ dic vt. s. in pꝛima pte. c. xxiij. ꝛ. ix.

De lanificibus.

J vēdidit pānū lane lani ex minus pꝛecioſe ꝑ pāno lane magꝭ p̄cioſe: ꝛ ſub iſto p̄cio: vel vni⁹ tincture ꝑ alia: vel cuȝ aliquē defectū habentē ac ſi nō haberet nil minuens de pꝛecio: vel ſi i feſtis fecit lanā tēdere ſine neceſſitate. Uel cū nō plene ſoluit laboꝛātib⁹ hi⁹: ī his. n. maius ꝛ minus peccatum ꝺm materiam.

De ſetariolo.

J textoꝛib⁹ ſerici p̄ciuȝ ſui laboꝛis dat nō i pecuniaȝ: ſȝ i rebus diuerſis: puta pāno ſerico tritico ꝛ hi⁹: ꝛ cū ille nō indigeat illis: oȝ cū vēdē minoꝛi pꝛecio q̄ȝ ille receperit: peccat mōtaliꝛ ꝛ tenetur ad reſtitutōnē de dāno: niſi a p̄ncipio cū eo ſic cōuenerit ꝙ darȝ de huiuſmodi tali pꝛecio. tunc autē non videtur deceptio.

De tabernario ꝛ hoſpite.

J vēdit vnam ſpēm vini ꝑ alia vł lipbatū vinuȝ ꝑ puro: vł ad clerificādū vinuȝ fecit: aut miſit aliq̄ nociua coꝛpib⁹ vł nō dedit plenas mēſuras vł i taberna tēuit meretrices ꝛ ribaldos vł luſoꝛes ad taxillos: vł aduertenter ōdit his q̄s vidit iebꝛiari peccauit i qbuſdā moꝛtalꝛ. Jn alijs vero venialiꝛ ꝛ teneꝛ de dānis.

De macellario.

J vēdidit carnes coꝛꝛuptaſ ꝑ ſanis qꝺ ē mōtale ſi vnā ſpem ꝑ alia: vt capꝛam ꝑ caſtrato: ꝛ hi⁹: vel diminutū pondus: vt. ij. vncias ꝑ libꝛa peccauit moꝛtaliter: ꝛ tenetur de dānis.

De piſtoꝛe.

J fec panē nimis pōderoſū ita ꝙ ementes ſint decepti: vł minoꝛis pōderis q̄ȝ dȝ: vł farinā bonam alterius accepit cum fecit panem ꝛ poſuit minus bonaȝ: vł cuȝ nimio furfure peccauit ꝛ teneꝛ ſatiſfacere.

De ſutoꝛe pannoruȝ.

J qꝺ reſtat ſibi de ſerico vł panno vł tela: vel alijs ſibi datꝭ ꝑ fiēdis veſtib⁹ ſibi furaꝛ illud ſi ſit qꝺ nōbile: niſi ille diminute dediſſet ſibi mercedē laboris ꝛ illud capit ſibi ad ſupplendū. tm̄ vł vbi eēt in pacto. Si noctibus vł dieb⁹ ſolēnib⁹ abſq̄ magna neceſſitate laboꝛat: vł ſi faciat nouas īuētiones vanitatum.

De aurificibus.

J vtit vł ſi vēdit auꝝ vł argētū archimiatū ꝑ ꝟo: vel auꝝ min⁹ purū ꝑ magis puro peccat ꝛ teneꝛ ꝺ dāno. Si emit calices ſacros nō cōflatoſ p ſe qꝺ ꝑ hibeꝛ.

De cerdonibus.

J vēdidit vnaȝ ſpēȝ coꝛij ꝑ alia min⁹ bōa ī ſutularib⁹.

De fabꝛis.

J ferrum pꝛo calibe vł malū ferrū.

De locatoꝛibus eq̄noꝝ

J ſcieꝛ locauit equuȝ defectuoſū vł p̄icloſū ꝛ hi⁹: ql.

UVA. BHSC. IyR_109_1

tenet vltra pctm̃ de dãnis: ⁊ ſic diſcurrendũ ē p aliaſ artes.

De hiſtrionibus.

Hiſtrio fecit repñtatiões ⁊ iocoſ i v̄bis l' factꝭ turpia continētes vl' i eccl'ijs: vl' i diuinis officijs vl' tpibꝰ idebitis ē pctm̃ plꝰ vl' minꝰ gue ſꝫ quãtitatē.

De citharicãtibus.

Jmuſicus citharicauit ad cõgregatiões illicitas: vl' in eccl'ia i orgãis pulſauit ballatas puto mortale i pulſantē ⁊ procurante.

De ſeruitoribus ⁊ laboratorib'.

Jifidel'r laborati ſc̃.i.ñ bonoꝰ ex ĩcuria ⁊ negligētia: l' non tantuꝫ quãtũ cõmode potuerunt peccatum eſt.

De agricolis ⁊ ruſticis.

Jcredit explicite myſteria q̃ cõit ſolēnicat eccl'ia: vt i carnationē paſſionem ⁊ reſurrectionē. Si ſcit dñicã orõnem. De obſuatõe feſtoꝝ ⁊ ieiunioruꝫ ſi tñ põt. De auditõe miſſe i feſtis. De ꝯfeſſiõe ⁊ cõione ſemel i ãno fiēda Si recipit ſacr̃m ꝯfirmatõis vl' nõ qꝛ tenet ſi põt. Si tenuit ꝓpos filios ad baptiſmũ vl' ꝯfirmationem qḋ ē ꝓhibitũ. De mendatijs v̄o ⁊ ꝑiurijs ⁊ blaſphemijs ⁊ ebrietatib' iterroga. Si ad meretrices acceſſit qḋ aliq nõ credũt eē mõtale: nec tñ tal' ignorãtia excuſat eũ. Si decimas nõ ſoluit ſaltē ſm ꝯſuetudinē loci illiꝰ: qꝛ peccauit ⁊ tenet ſatiſfacere de p̄terito: ſi ſacerdos non remittit vl' ēt oblatões ſm ꝯſuetudinē loci nõ ḋdit. Si de excõicatõe nõ curauit: ſꝫ igeſſit ſe diuinis vl' cõtēpſit vitare excõicatos qḋ ē mortale pctm̃. Si nocuit p ſe vl' p familiã ſuã vl' aĩalia: puta diſcurrēdo ꝑ prata alioꝝ l' mittēdo vl' ꝑmittēdo aĩalia itrare ad paſcēdũ: vl' ſi mutauit t̃minos poſſeſſionũ: vl' arrando adũat ḋ t̃ra ꝓximi vicini agro ſuo i his peccauit ſꝫ quãtitatē dãni qḋ itēdit facē: ⁊ tenet ſatiſfacē. Si dolũ cõmiſit i agricultura vl' nõ bilē negligētiã i dãnũ ꝓxĩ: vt nõ ſimãdo t̃ras vl' cultiuãdo vl' ſeminãdo vl' recoligēdo fructꝰ ḋbito tpe ꝑꝑ qḋ depierũt vl' boues nimis fatigãdo: vñ deſtruũt: ⁊ ꝑcipue ad lucrũ hñdũ ſuũ peccat ⁊ tenet de dãno. Si tenēs poſſeſſionē ad affictũ male tractauit: vl' ſi ꝑtiariꝰ non rñdet dñis de quãtitate tota ḋbita fingēs ſe minꝰ recolligiſſe tenetur dñis de dãnis. Si aĩalia tenens ad ſoccidã nõ rñdet ex itegro dãti de lana caſeo ⁊ fetibꝰ: ⁊ hꝰ. Jn his ē pctm̃ mortale vl' veniale ſꝫ quãtitatem dãni: ⁊ tenet ſatiſfacē. Si diebꝰ feſtiuis laborauit ⁊ precipue tpe meſſiũ ⁊ vĩdemiaꝝ abſꝫ magna neceſſitate: l' detulit ligna l' victualia dñis ſuis mortale ē. Si vacauit ludis choreis ⁊ alijs vanitatibus. Si gubnauit familiã ſm ꝑcepta dei ⁊ eccl'ie. De ſupſtitiõibꝰ ⁊ falſis opinionibꝰ q̃ ſolēt abũdare in eis. Si hꝫ vota q̃ ipleuit vel non.

De pueris ⁊ puellis. c. l.

Ngrēdũ ē ḋ mendacijs ⁊ ꝑiurijs. De votꝭ nõ ipletꝭ q̃ tñ nõ obligãt ſi irritãt a parētibꝰ añ ãnos pubtatꝭ. De miſſa ñ audita i feſtis. De ꝯfeſſiõe ⁊ cõione fienda ſemꝰ i ãno. De irreuerētia ad parētes ⁊ maioreſ. De rixis. Si verberauit clericuꝫ: qꝛ ē doli capax ex

cõicat⁹ ē. De furtis fact| ꝯ reb⁹ pa/
rētū vl' magroꝝ ſuoꝝ. De ꝯtractõi
bus ⁊ turpibus ṽbis auditiſ l' dict|
libēter. De ꝯtumelijs adiuicē. De i/
uidia ⁊ alijs ꝑut vr̄ plus ⁊ min⁹ ſm
etatē ⁊ ſēſū: pcipue ꝯ vitijs carna/
lib⁹ cū maſcul' ⁊ feminis l' p ſeipos
cōmiſſis: l' adiuicē q̄ hodie abūdat
ī ipis pp malas ſocietates ⁊ occul/
tāt. Introgādi ſt' cū magna cautela
⁊ a lōge vt ñ addiſcāt q̄ igr̄āt. Mul
to magl| h̄ ſuādū ē erga puellas de
oib⁹ p̄dict| ſi cr̄dūt tc̄ habuiſſe vſū
rōnis iudicādū ē ꝯ mōtali aut vēia
li ſ₃ regulas in p̄ª ⁊ 2ª pte de illis.

De clericis ⁊ cõi. c. 2.

Jrca cl'icos ī coia: a q̄l₃ cle/
rico pōt iterrogari cum vr̄
expedire: vt qñ tal' cleric⁹ ē
ignot⁹. Si accepit aliquē ordinē
p ſimoniā: q₂ p h̄ peccauit mortalit̄
⁊ ē ſuſpēſus ſm iura antiq: nec pōt
exeq ſuſceptū l' ꝑmoueri vlt̄⁹. niſi
ꝑus p papā diſpēſet: ꝙ verꝝ ē ſi ipe
fuit ꝯſci⁹ ſimonie: q₂ ſi ignorāte eo
pōt p aliū ēt diſpēſari: al'r. n. ſp pec/
caret mortal'r exequendo nec excu
ſat eū iur| igr̄antia. Hec Rai. Si
accepit aliquē ordinē l₃ nō p ſimo/
niā: tñ a ſimoniaco ī ordie l' dignita
te: ſiue occl'to ſiue māifeſto ē ſuſpē
ſus ⁊ idiget diſpēſatōe pape: ſed dū
igr̄at factū. ſ. eū eē ſimoniacū excu/
ſat̄ a pctō exequēdo officia ſua: ſed
cū retificat̄ ñ pōt exeq ſine diſpen/
ſatōe. Si ſuſcepit ordinē₃ a ſimo
niaco ī ordie ꝯferēdo: l' bñficio no/
torio ſit'r ē ſuſpēſus: ſec⁹ ſi ſimonia
nō ē notoria du₃ ṽo neſcit excuſat̄
mō p̄dicto: ſ₃ ñ poſtea qñ certificat̄
ſ₃ idiget diſpēſatōe pape: al's ñ pōt
exeq. Rai. Si recepit ordinē bñs
aliquā irreg̃laritatem ⁊ homicidij
mutilatōnis illegitimatōiſ ⁊ hi⁹ ſi
abſ₃ diſpēſatiōe peccauit mortalit̄
nec pōt exeq abſq₃ diſpēſatōe alias
peccauit mortal'r. Si recepit ordi
nē excōicat⁹ l' ſuſpēſus l' īterdict⁹
peccauit mortal'r: ⁊ ñ h₃ executiōe₃
Si exeqt̄ offm̄ alicui⁹ ordis: vt can
tādo epl'am l' legendo euāgeliu₃: vt
diacon⁹ ī aliq̄ p̄dictoꝝ irretit⁹ ſnīa
peccauit mortal'r niſi igr̄atia ſci eū
excuſet: ⁊ ē irregular|. Rai. Si ac
cepit ordinē ī aliq̄ pc tō mortali ſcie̅
ter peccauit mortal'r: ⁊ quotiēſcūq₃
exeqtur offm̄ alicui⁹ ordinis ī mor
tali vt accolitatum ſubdiaconatu₃
diaconatu₃ miniſtrādo aliquod ſa
cramētum ſolēniter: vt baptiçādo
cōicando cōfeſſiones audiendo: et
hi⁹. Tho. mortale ē ſi extitit publi/
cus cōcubinari⁹ vl' al's notori⁹ for/
nicator ē ſuſpēſus ab executōe offi
cioꝝ ſuoꝝ: pcipue a celebratōe miſ
ſe ⁊ ſi exequitur ſic ſuſpēſus efficit̄
irregularis idigēs diſpēſatiōe pa/
pe al's non poteſt exequi. Ho. Si
nō portauit tōſurā ex leuitate ⁊ la/
ſciuia mortale videt̄. Si ſe exer/
cuit in negocijs ſecularib⁹ negoci/
ando ⁊ hi⁹ l' ſi tenuit tabnas ibi mi
niſtrās vel ſi luſit ad aleas ⁊ taxil/
los vl' ſe imiſcuit enormitatib⁹ vel
turpib⁹ vl' tripudijs cū feminis. Si
vſus ē officio ordinū ſic ꝯbit| orna
mēt| vt faciēdo ſubdiaconatū ſine
manipulo diaconatū ſine ſtola: cele
brādo miſſā cū ꝯfectu alicui⁹ ſacre
veſtis ordinate. ſ. caſſula amictu al
ba ⁊ hi⁹ vel nō ēt in lapide ſacrato
aut ēt ſine lumine vl' ſine adiutorio
⁊ ſine miſſali ⁊ hi⁹: q₂ ī quol₃ horū
ē mortale pctm̄ ſi ſcienter dimittit

UVA. BHSC. IyR_109_1

nec excuſat iuris ig̃rantia. Si ex̃ns
in ſacris i ſubdiaconatu: ꝛ. s̃. obmi/
ſit horas canõicas: q2 in q̃lȝ die quo
obmiſit aliquã horã: ẽt btẽ ꝟginis:
cũ poſſet peccauit mortal'r. Si ex
negligẽtiã obmiſit: ſecꝰ ſi ex obliui/
one: ꝛ tũc tenet̃ dicer̃ qñ recordat̃:
aut ſi obmiſit ex ipotẽtia infirmita
tis ꝛ hiꝰ õ cã. Si dicẽdo horas alijs
exercitijs ſe occupauit manualibꝰ:
vt faciẽdo cognã ꝛ hiꝰ videt̃ mor/
tale: q2 nõ ſatiſfacit ꝑcepto eccleſie
Si mentẽ circa alia vagat̃ volũta/
rie nõ curãs: ꝛ ſic q̃ſi ꝑ totũ officiũ
vr̃ mortale: ſecꝰ ſi ꝓpõit velle attẽ/
dẽ: ꝛ diſtrahit̃: ſed cũ auertit diſpli
cet ei ·Petrus. Si recipit ordinẽ ſa
crũ añ etatẽ legitimã. ſ. ſubdiacona
tũ añ. 18. annos. Diaconatũ añ. 20. ꝛ
ſacerdotũ añ. 25. ſufficit ãnꝰ icboa/
tus peccauit mõtal'r: nec dȝ exequi
añ etatẽ legitimã ſi nõ faciat ñ effi/
cit̃ irregularis ſm cõem opĩonem
ſȝ peccat. Si ſacerdos ex̃ñs cõmiſit
aliquã ſimoniã: puta audiẽdo ꝯfeſ/
ſiões ꝑ hñdo pecuniã: al's nõ audi/
turus: baptiçãdo: cõicando: iungen
do: vẽdẽdo ſepulturas ꝛ hiꝰ morta
le ẽ. Si i cõfeſſiõe cõione l' i colla/
tiõe ſacramẽtoꝝ obmiſit debitam
mat̃iã l' formã l' ritũ. in q̃lȝ hoꝝ eſt
mortale ſiue ex certa ſcia facit ſiue
ex ignorãtia craſſa vl' notabili ne/
gligẽtia: nã i nõ ſeqt̃ magnũ pericl'ȝ
ꝛ irreuerẽtia dei. Interrogãdũ ẽ eim
de formiſ. ſ. baptiſmi eucbariſtie et
alioꝝ ſacroꝝ q̃ ſũt maiorl põderis
ſi ſciũt eas: q̃s hẽs ifra. c. vltio. Si
notorijs pctõribꝰ dedit eucbariſtiaȝ
l' alia ſacra nõ penitẽtibꝰ. Si occul
tis pctõribꝰ q̃s ipſe ſciuit denegauit
publice eucbariſtiã: vel alia ſacra:
ga in vtroqȝ vr̃ mortale: licȝ ẽt ipſi
peccẽt petẽdo ꝛ ſumẽdo. Si cele
brauit cũ mortali nõ ꝯfeſſo: lȝ cõtri
tꝰ mortal'r peccauit: niſi aliqua ne/
ceſſitate iſtãte: ꝛ ſacerdotl copiã nõ
hñte tũc ſufficit ꝯtritõ: ſed ſine hac
celebrauit mortal'r peccauit. Tho.
Si celebrauit nõ dictis matutinis
mortale ẽ. Si dicẽdo miſſaȝ nõ ꝯſe
crauit: putãs ex h euadẽ pctm̃ mor
tale ẽ: ꝛ g̃uiſſimũ. ſi celebrauit ad fa
ciẽdũ veneficia ſeu maleficia. Si ñ
dixit ex itegro ſȝ dimiſit notabiles
ptes miſſe ex ig̃rãtia ſeu feſtinatio
ne ꝑcipue canonis. Si dicẽs ꝟba ñ
itẽdit ꝯſecrare. Si nõ ſũpſit ſacr̃m.
Si nõ ieiunꝰ. Si plures miſſas in
vna die dixit in caſu nõ cõceſſo. Si
nõ i açimo ſed fermẽtato accipit.
Si cũ hoſtia quaſi corrupta: l' vino
acetoſo l' q̃ſi putrido. Si ſẽp i miſ/
ſa occupatus in varijs cogitationi
bꝰ voluntarie l' nõ curas fuit de at
tẽtione. Si nõ poſuit aquã cũ vino
in calice ex ignorãtia l' certa ſcia in
q̃lȝ hoꝝ ꝑdictoꝝ ẽ mortale. Si nõ
diligẽter ſeruauit eucbariſtiaȝ ſub
ſera: ꝑꝑ qð aliqd ꝑdit̃: vl' a muribꝰ
deuorat. Si nõ õfert ifirmis apte:
ꝛ cũ lumine mõ debito. Si euomuit
ſacr̃m ꝑꝑ ebrietatẽ vl' ex voracita/
te. Si nõ renouauit vt dȝ: ꝑꝑ qð ef/
ficit̃ putrida vl' marcida vel ꝟmeſ
gñant̃. Si dedit ifirmo patiẽti vo/
mitũ ſciẽter. Si ſtilla ſanguinis ca/
dit in t̃rã: ꝛ i his freq̃nt̃ ẽ mortale:
lȝ non ſemp. Si nimis raro celebra
uit: ꝑcipue ſi non celebrauit in ma/
gnis ſolẽnitatibꝰ vr̃ mortale ſcðm
Tho. Si ꝓmiſit alicui dicere miſ/
ſas recipiẽs elemoſynas: ꝛ nihil in/
tendit facere vr̃ mortale. Si habẽſ

UVA. BHSC. IyR_109_1

pollutione nocturnā ꝺ͛le ꝑcedēti i/ mediate ex cā: vbi fuit mortale: vel dubitat fuiſſe mōtale celebrauit ēt ꝯfeſſus vr̄ mortale ſm Tho. ł ſm Pe. ꝺ pal. qn̄ ſic incōtritus accedit ad celebrandū: veniale āt ſi ex cau/ ſa vbi fuit veniale niſi ſubſit neceſ ſitas. Si audiuit cōfeſſionē alicuiꝰ nō hn̄s auctoritatē ab aliq̄: ſi abſol uit a caſibꝰ a qbꝰ nō potuit: vt a re/ ſeruatis ſiue ex certa ſcia: ſiue ex ig̃ rātia craſſa. Si itromiſit ſe de diſ/ pēſatione votoꝝ: vł abſoluit ab ex cōicatōe maiori abſq̄ ſpali ꝯmiſſio ne. Si poſuit ſe ad audiēdū ꝯfeſſio nes. oīno ig̃rās ⁊ neſciēs diſcernere īter mortale ⁊ veniale ⁊ cōia mor/ talia: ē mortale. Si abſoluit quē in uenit excōicatū maiori: ⁊ a peccatī: q̄ꝛ nō pōt. Si abſoluit eū q nō vult a peccatī diſcedere vel ſatiſfacere qbꝰ dꝫ. Si reuelauit pctm̄ auditū in ꝯfeſſiōe cognoſcēti ꝯfeſſū illū ſi ne licētia illius: ī quolꝫ ꝑdictoꝝ vr̄ mortale: nec excuſat ignorātia. Si nimis feſtinauit in audiēdo nō ſuf/ ficiēt̄ iterrogādo. Si ī ꝑplexis ca/ ſibꝰ peritōres nō cōſuluit. Si ī cau/ tꝰ iniūgēdis penitētijs. q̄ꝛ vł nimis graues: vel nimis ꝑuas dedit. Si in t̄rogauit de his de qbꝰ n̄ ōbuit: vꝫ nomē ꝑſone cū q̄ peccauit: vł ī cau/ te ī turpibꝰ. Si ꝑdicauit in peccato mortali exn̄s peccauit mōtalr̄: ⁊ to tiens quotiens ſic ꝑdicat Tho. Si ꝑdicat aduertēter mēdacia morta/ le ē. Tho. Idē videt̄ ſi ſcandaloſa: vn̄ ꝯcitat ſeditōes ī pp̄lo. Si ꝑdica uit īdulgētias diſcretas. Si ꝑdica/ uit pp pecuniā ſibi ꝓmiſſā vł dādā ſimōia ē: vn̄ mortale. Si ꝑdicat pro pter inanēgloriā ibi ꝯſtituendo fi/ nē mortale ē. Si ꝑdicauit ſine licen tia. Si dixit nimis curioſa allegan/ do poetas ⁊ phōs freq̄nter. Si fa/ buloſa ⁊ ꝓuocātia ad riſū: ſi ab hiꝰ ſe nō ſubtraxit cū poſſet: ⁊ iniunge ret̄ ei peccauit. Si nimis familiari ē cū mulieribꝰ cōuerſādo viſitādo eas ex neceſſitatē: pp q̄ꝺ multi ſcā/ daliçant̄: ⁊ ipſe nouit ꝺ poſſet eſſe mortale. Si viſitauit monaſteria ⁊ qua de cā. Si cognouit carnalit̄ il lam quā audiuit ī ꝯfeſſiōe: vł quaꝫ ſuſcepit ad baptiſmū ł ꝯfirmatōeꝫ cōmatrē q̄ꝺ maximū ⁊ grauiſſimū ē ſcelus cōiter reſeruatū epīs. De alijs ꝟo inhoneſtatibꝰ īterroga ꝑ ut videbit̄ expedire. Si veſtes ſa/ cras calices exꝑ̄ſoria ⁊ alia ꝑtinen/ tia ad cultū diuinū nō tenuit mun/ da ⁊ ꝺcēter aptata pp magnā irre/ uerētiā poſſet eē mortale. Si bn̄di/ ctionē mēſe ⁊ gr̄aꝝ actiōes non di/ xit q̄ꝺ dicere dꝫ. 44. di. c. non licet. Si nō fuit hn̄ modeſtꝰ aſpectu aſ/ piciēdo hic ide mł̄ieres ⁊ vana q̄ꝺ multū ſcādaliçat ꝑſonas: ſitr̄ ī iceſ ſu ſtatu hitu auditu ⁊ hiꝰ actibus. Si nō obediuit mādatī iuſtī ſuorū ſupioꝝ ⁊ ſn̄ijs: ⁊ ſi ꝯtēpſiſſet mōta le ē. De alijs ꝟo pctis mortalibꝰ de qbꝰ hēs ī pᵃ ⁊ 2ᵃ ꝑte. ſ. iterrogādū ē ꝓut expedit ſm q̄litatē ꝑſonaꝝ.

De bn̄ficiatis canonicis. c. 12.

Eneficiatī canonicī. De oī/ bꝰ iā dictī ī. c. ꝑcedēti ꝑn̄t ī t̄rogari ꝓut credi pōt ipos ī ill̄ eē iuolutos ⁊ ēt ꝺnotatī in ꝭ. c. Si bn̄ficiū ſimplex ſiue curatum obtinuit ꝑ ſimoniā cꝰ ipē fuit ꝯſciꝰ nō pōt niſi ꝑ papā diſpēſari ꝙ reti/ neat. Si ꝟo ig̃rāte eo ſiue ſciēte: ſimoniā cōmiſit: talē oꝫ renunciare

b

UVA. BHSC. IyR_109_1

tali bn̄ficio:ſed nō diſpēſat̄:aľ fur/
tiue tenet: vn̄ ꝯtinue ſtat taliſ in pec
cato mortali poſtq̄ h̄ ſciuit: q̊uſq̄
renunciet:nec facit fructꝰ ſuos:ſed
tenet̄ reſtituere deductis expenſis
factis ī vtilitatē bn̄ficij: ⁊ h̄ maxie
de ſimonia ꝑ munꝰ a manu. Si aūt
ignorāte eo poſſet ēt per aliū diſpē
ſari n̄ tn̄ ꝑ euꝫ cū quo cōmiſſa ē. Sꝫ
ſi ſimonia ē notoria:ē ēt ſuſpenſus
qd̄ ad executionē ordinū:ſed diſpē
ſari poteſt ꝑ epm̄ ſi cū eo non ē cō/
miſſa ſimonia:non aūt ſi ē occulta:
ē ſuſpenſus quo ad ordines:ſed dū
tenet̄ tale bn̄ficiū ē ſuſpenſus quo
ad ſe:qꝛ ſine mortali pctō non exeq
poteſt. Si recipit bn̄ficiū ſimplex
vľ curatū ꝑ p̄ces carnales.i. ꝓ indi
gno porrectas cum eēt male vite et
hiꝰ: vľ ꝑ obſequm tꝑale factū epō:
vľ alij ꝯferenti peccauit mortalit̄.
Si bn̄ficiū curatū ꝑ preces ſuas
recepit ēt ſi alias dignꝰ ſit: q̲a tales
p̄ces eſtimātur ꝓ idigno tāq̄ ambi
tioſo ⁊ p̄ſūptuoſo cōmiſit ſimoniā:
vn̄ mortale ē ſm̄ Tho. forte tn̄ non
tenet̄ renunciare. Pro bn̄ficio aūt
ſimplici lꝫ porrigere p̄ces ꝓ ſe ſi aľs
eſt dignus: vľ ēt ꝓ bn̄ficio in gn̄ali
⁊ hoc intēdens ad ſui ſuſtentatōeꝫ
nō ad curā nec magis curatū petēs
q̄ aliud. Si querit vel hꝫ bn̄ficiū
non intendens clericari ſed vxora/
ri: ⁊ ītēdēs gaudere d̄ fructibꝰ bn̄/
ficij vr̄ vſurpatio reꝝ eccleſiaꝝ: et
ꝯ̄ ītētionē dotantiū eccľas. Et ideo
graue peccatū ē. Si non fuit ele/
ctus a patronis: ľ a collegio: ⁊ ꝯfir/
matꝰ ꝑ ſupiorē ad quē ſpectat ſiue
ꝑ epm̄ inſtitutus:ſed de mandato ľ
manu dn̄i tꝑalis vel ꝑ potentiā ac/
cepit: ⁊ dr̄ itruſus: qꝛ fur eſt ⁊ latro
nec pōt aliqd diſponere ī tꝑalibus
vľ ſpūalibꝰ: vn̄ nec abſoluere nec
ſacr̄a pōt dare parrochianis illius
eccľie:ſed ī quolibꝫ hiꝰ actu peccat
mortaľr. Si renūciauit alicui bn̄fi
cio qd̄ hꝫ eo pacto q̄ det̄ cōſangui/
neo: vel ꝑꝑ pecuniam ꝑꝑ h̄ ſibi da/
tā ſimonia eſt ⁊ mortale in vtroq̄:
nec pōt ip̄e ſibi retinere tale bn̄fici/
uꝫ ſic ſibi collatū. Si ꝑ mutationeꝫ
ſui bn̄ficij vel eccľie, fecit cū benefi
cio alterius ꝯueniendo inter ſe: abſ
q̄ iudicio ſupioꝝ ad quos ſpectat
collatio bn̄ficioꝝ ſimonia reputat̄
de his vide plenius in ſūma. Si
recipit bn̄ficiū exn̄s illegitimus abſ
q̄ diſpenſatione qꝛ contra iura: id̄
tenere non poteſt. Poteſt autē cuꝫ
eo diſpenſare de ſimplici beneficio
ep̄s. De curato ꝟo ľ dignitate ſoluſ
papa. Si fuit electus ꝑ ſimoniaꝫ
non vꝫ electio vel ſi ipſe aliquē ele/
git ꝑ ſimoniā: vel ad c̄patū vľ cano/
nicatū ľ ad aliam eccleſiam: vt cle/
rici collegiataꝝ eccleſiarum: vel ſi
aľs indignū ignorantem ⁊ publice
malum elegit ad prelaturā ex ami/
citia ⁊ hiꝰ mortale ⁊ grauiſſimū ē ⁊
oīa mala q̄ ſequunt̄ ei imputantur.
Si male tractauit bn̄ficiū ſeu eccle
ſiā ꝑmittēs eccleſiā vľ edificia rue/
re: vel poſſeſſiōes incultiuari: ⁊ aľs
res deperire mortaľr peccauit: ⁊ te
net̄ ad reſtitutionē: ſeu ſatiſfactio/
nem ſi committit notabilē negligē
tiā: ⁊ dānū ſit notabile. Si fructꝰ
bn̄ficij non bene expendit: vꝫ vltra
ſubuentionē ſuā ſubueniēdo pau/
ꝑibus: ſed dilapidauit in conuiuijs
⁊ turpibus: ľ ēt dedit ꝯſanguieis n̄
indigētibꝰ mortale ē: ſecꝰ ſi ꝯſāgui
nei idigent: qꝛ tūc pōt dari eis. Si

UVA. BHSC. IyR_109_1

pl'ra bñficia hñtia curã tenet absq3 dispensatione fur ē ꝛ latro: naz hñs bñficiũ cũ cura: si recipit 2ᵐ cuz cura ipso iure vacat pᵐ. c. ð multa de p̄bē. ex̄. ꝛ hoc postq3 hũit pacificam possessionē scdi: l' hr̄e potuit ꝛ fructus ei⁹ pcepit: alias nõ vacat pᵐ: v3 si fruct⁹ scdi bñficij ɔcedũt alteri p papã p illo tpe non vacat pᵐ ex̄ de p̄bē. li. vi. c. si tibi ɔcesso. Si hñs p̄bēdã hñtē dignitatē: ꝛ si ñ curã aĩarũ: si recipit 2ᵃᵐ: silr vacat pᵃ ex̄ de p̄bē. c. de multa: ꝛ in isto casu ꝛ in p̄ori tenet ad restitutionē fructuũ si recipit. Si hñs bñficiũ vnũ violēter occupat 2ᵐ: l' si sciens se ītrudit silr pdit pᵐ: ꝛ si qð hēbat ius in 2° ēt pdit: ꝛ vacat illud 2ᵐ: de p̄bē. c. eũ q. li. vi. Itē nõ põt qs hēre dignitatez cũ p̄bēda absq3 dispensatione pape. Quicũq3 recipit psonatuz vl' dignitatē l' offm̃ l' bñficiũ cui cura aĩaꝝ sit annexa: si añ obtineat simile: cũ sit p̄uat⁹ pᵒ vt dcm̃ ē: si non dimittit pᵐ absq3 mora ĩ man⁹ ordinarij i c⁹ epatu ē ipso iure: ē ēt p̄uatus 2°: ꝛ ē ĩhabilis ad sacros ordines ꝛ ad qðcũq3 aliud bñficiũ: per exuagãtē. Joãnis. 22. Itē absq3 dispēsatiõe non põt qs tenere plures eccl'ias vl' p̄bēdas: q tñ nõ hēant curã aĩaꝝ nisi in. 5. casib⁹. Primus qñ: sũt ita tenues q neutra illarum sufficiũt ad sustētationē. Scd's si vna dependet ab altera. 3⁹ pp raritatem clericoꝝ. 4⁹ si eccl'ia est annexa p̄bēde vel dignitati. 5⁹ si h3 vnam intitulatam ꝛ aliam cõmēdatam: sed talis commenda de parrochiali ecclesia fieri nõ põt: nisi ei q attigerit vigesimumqntum annũ ꝛ sit sacerdos: ꝛ talis non potest cõmitti nisi vna ex euidenti necessitate vel vtilitate: ꝛ durat nisi per sex menses: extra de elec. c. nemo in. 6.

Si h3 plures ecclesias vel prebēdas hñtes curã aĩarum absq3 dispēsatione pape fur est latro: ꝛ continue ĩ mortali: nec eps põt dispensare in hoc. Si etiaz habet p dispēsationem pape sed surrepticie: puta quia petendo vnum tacuit de alio qð habebat vel dixit se habere legitimam etatem cum non haberet: ꝛ hi⁹ idem iudicium est. Si p dispēsatione epi h3 plura bñficia sed simplicia. sed ad supfluitatem vel ēt p dispēsationē pape simplicia vel curata cum vnum sibi sufficeret sm statuz suũ non videtur tut⁹ ĩ ɔscia sua: q2 disipatio est: ꝛ non dispensatio. Si accepit ecclesiam parrochialē a quocũq3 cum non attigiss3 xxv. ãnuz absq3 dispēsatõne pape: circa etatem nulla est dispēsatio ꝛ nullũ ibi ius h3. c. l3 canõ. de elec. in vi. Si ĩfra annum cõputanduz a die assignatõis sibi regiminis ecclesie ñ fecit se ad sacerdotiũ pmoueri ē ipo iure p̄uat⁹. e. c. l3 canõ. Item tenet psonat'r residere in residētia: põt tñ eps cã rõnabili dispensare ad tps tm̃. Sed de pmotione ad sacerdotiũ ĩfra ãnũ non extendit ad ecclesias collegiatas hñtes curam: nec ad assumptos ad earũdez regimen: ð elec. c. statutũ: li. vj. Possunt ēt epi dispensare cum ipsis q hñt vel habebunt ecclesias parrochiales vt vsq3 ad septimum litterarum studio ĩsistētes pmoueri nõ teneatur nisi ad ordinez subdiaconatus: quē nisi ĩfra ãnuz suscipiãt sũt ipo facto p̄uati tali beneficio: ꝛ medio



UVA. BHSC. IyR_109_1

tpe vl' vicarios illis eccl'ijs puidea
tur.ď electi in.vi.c.cum ex eo. Si
hñs qõcũqz bñficiũ ſimplex: τ quã/
tũcũqz paruũ niſi dicit horas oi die
peccat mortal'r omittẽdo ex negli/
gẽtia ẽt ſi nõ ſit in ſacris cõſtitut⁹.
Si cãonic⁹ vl' ali⁹ cleric⁹ recipit
q̃tidianas diſtributões q̃ dat' i teſſẽ
tib⁹ horis cũ nõ iterfuerit furtũ cõ
mittit τ tenet' ad reſtitutõez. Si
cũ nõ poſſit p ſe curã exercere eccle
ſie non poſuit ibi loco ſui idoneum
q' bñ officiaret: ſz malũ τ ignorantẽ
q ex ſuo malo ſcãdaliçat: vt notori
us fornicator τ luſor τ hi⁹: vel q ne/
ſcit miniſtrare debite ſacramẽta τ
cõfeſſiões audire peccat mortalit':
qm̃ oĩa mala q̃ ſequũt': ei' iputãtur.
Si ipe nõ põt inuenire idoneũ p
ſe exerceat: vl' ſi nõ põt alit' puider'
renũciet. Jtẽ nõ lz plato ſub pre/
cio vl' ãnuo cẽſu ɔcedẽ vices ſuas
ſeu iuriſditionem qr ſpũale ẽ ex' ne
plati vices ſuas.c.i.ij.τ.iij. vz ſi dice
ret cõcedo q exerceas vices meas
vel talez iuriſditõem: τ totũ lucruz
ſit tuũ: τ dabis inde mihi tm̃: illicitũ
ẽ: ſz cõmittendo pure vices ſuas lz
ɔſtituere ei ſalariũ.xij.q.ij.c.chari/
tatẽ tuã. vz dicẽdo dabo tibi tm̃ p
ſalario tuo: τ totuz lucrũ erit meũ.
Jnno.hec. Si alienauit res eccl'ia
ſticas: vz mobilia bõa vt res ſacras
vl' imobilia: vt poſſeſſiões ſine ne/
ceſſitate vel maiori vtilitate: vl' nõ
ſuata forma iuris τ hi⁹ grauit' pec
cauit. Jtẽ de exercitio cure aĩaꝝ
qũo ſe habuit i audiẽtia cõfeſſionũ
i collatõe alioꝝ ſacramẽtoꝝ: i viſi/
tatõe ifirmoꝝ: pcipue ne deficiant
eis ſacramẽta cũ expedit. Jn admo
nitõe ſubditoꝝ: i correctõe vitioru,
precipue quo ad notorios peccato/
res: cõcubinarios tenentes inimici
tias τ hi⁹. Si non admonuit non
cõfitẽtes: τ nõ cõicãtes annuatim
quãtum potuit ſignificando epo cũ
non potuit: τ hi⁹. nam oues ex negli
gẽtia perdite ab eo requirẽtur: ď q
bus τ alijs ſupradictis τ hi⁹ habes
ſatis i tertia pte ſumme. Si alie/
nos prochianos audiuit nõ habẽs
auctoritatem ſpecialẽ ipe: vel ipi: qr
non põt eos abſoluere. Si emit
aliq̃s res imortales de fructibus ec
cleſie qr tales debẽt remaner' eccle/
ſie: vñ ſi emit noĩe alteri⁹: vt ſic poſ
ſet dare τ legare cui vl'let fraus eſt
τ furtũ: τ ad reſtitutõem tenetur.
Si idulgẽtias per ſe dedit cũ nõ
poſſet: vel plures dixit hr̃e eccl'iam
ſuaz: quam habebat ob queſtuz eſt
mortale. Si reliquias nouas ex/
hibuit ppl'o onorandas non approba/
batas ab eccl'ia. Si nimis facilis
fuit ad diſpenſandum i ieiunijs ec/
cleſie. Si elemoſynas extorſit a
populo τ a ſubditis ad quas non te
nebant'. Si queſtores dicer' men
dacia i eccleſia ſua pmiſit: τ qõ pe/
ius ẽ ſi fecit pactum cum eis ď quo
ta. Si ſcõas nuptias benedixit.
Si permiſit chriſtianas nutrices
fuire in domo iudeoruz. Si ſub
ſtinuit ſortilegas: τ diuinatrices in
ſua prochia. Si permiſit ludos
vel malas conſuetudines nõ obui/
ando quantum potuit. Clerici vero
qui manifeſtis vſurarijs alienige/
nis aut alias oriundis ď terris ipſo
rum ad fenus exercendum domos
locãt vel alio titulo concedunt ipo
facto ſunt exõicati niſi ſint epi: de
vſuris.c.vſurarum li.vj. Clerici

UVA. BHSC. IyR_109_1

archidiaconi:plebani:decani: p̄po/
ſiti:cantores: ⁊ alij clerici pſonatū
hn̄tes:ac ēt ſacerdotes qui audiūt
i ſcholis leges vel phyſicā:p⁹ duos
mēſes ſi non dimittunt hi⁹ lectōes
ſunt excōicati.capitu.ſuper ſpecu/
la.ex̄ ne cle.vel mona. Clerici et
religioſi qui inducūt aliquē ad vo/
uendum vel iurandum: vł fide iter
poſita ſeu alias ꝓmittendum vt ſe/
pl'turas apꝺ eos eligāt: vł iā electā
non mutent ſunt excōicati:nec poſ
ſunt abſolui niſi p papā:niſi i mor/
tis articulo:cle.cupientes de penis
idē de reli. Clerici qui ſcienter ⁊
ſpōte participauerūt cum excōica/
tis a papa:⁊ ipſos i officijs recepūt
ſunt excōicati:⁊ abſolutio pape re/
ſeruatur.c.ſignificauit ex̄ de ſen.ex
cō. Falſantes litteras pape:ł fal/
ſis ſcient̄ vtentes:vel remouenteſ
ēt vnam litterā de bulliſ pape ſunt
excōicati ⁊ abſolutio pape reſerua
tur. Clerici ſepelientes in ecclijs
ł cimiterijs eoꝝ excōicatos a iure:
vł vſurarios manifeſtos vel noīa
tim iterdictos tpe interdicti i caſi/
bus nō conceſſis ſūt excōicati : cle.
eos de ſepultu. Sepelientes vo ſe
occidētes:vel itorneamentis mori/
entes ⁊ hi⁹ peccāt mortalr: nec ſūt
excōmunicati.

De religioſis.c.xlij.

Circa religioſoſ ⁊ rligioſaſ.
Si ſūt clerici vel ordinati
iterrogari poſſunt d̄ his d̄
quib⁹ ſupradictū eſt in.c. d̄ clericis
in cōi ꝓut erit expediēs. Si vero
ſunt bn̄ficiati in eccleſijs curatis d̄
his habes in.c. p̄cedenti:ſed ēt vl/
tra:p̄dicta ēt de infraſcriptis q̄ ſūt
ꝓpria eoꝝ dicēdū eſt:⁊ p̄io. Si

fuit receptus ad monaſteriū.per ſi
moniā mortale eſt : ſi vo fuit ſimo
nia mentalis tm̄ pnīa aboletur : ſi
vero pactiōalis:qꝛ.ſ.monaſterium
exigit tm̄ al's nolebat cū recipe ⁊ i
grediens ł ꝓping ei⁹ tm̄ dederūt ł
minus ꝓ ipſo igreſſu:niſi forte cu
monaſterium ē ita tēue q nō ſufficē
illi ꝓuidere:nā tūc oblati ſpūalib⁹
gratis.i.ingreſſu lꝫ petere ⁊ paciſci
de tpalib⁹ de qb⁹ debeat viuere : ł
dicere illi porta tecū ſi vis comede
re mecū ſm̄ Ho.⁊ aliquos alios:ſe/
cus ſi monaſteriū ē pigue ⁊ poteſt
illi ꝓuidere nō pōt fieri aliq.pactio
vel exactio abſq vitio ſimonie:tūc
vltra peccatū recipiens ł receptus
vł recepta debēt expelli de illo mo
naſterio:ex̄ de ſimonia.c. qm̄. Pōt
tn̄ eps in hi⁹ diſpenſare.ſ. vt nō ex
pellantur de monaſterio. Rai.et
Uul.p̄cipue reperit̄ talis ſimonia i
monialibus vbiq terraꝝ:.nō ſic ve
ro ē de viris religioſis.Si igreſſus
ē religionē nō pura intētione.ſ.ſer
uiendi deo:ſed alia de cā:vꝫ non la/
borādi vł ſi ē monialis qꝛ nō potu/
it nubere:⁊ qꝛ poſuerunt parentes
ipaꝫ inuitā lꝫ malefecerit:tn̄ pōt et
dꝫ mutare itentionē.ſ. vt ibi mane
re velit ad ſeruiēdum deo:⁊ ſic erit
in bono ſtatu:al's erit i mortali. Sꝫ
ſi repit ſe in monaſterio diſſoluto ñ
viuēte regularit̄ q̄rat ſi pōt muta/
re locū cū diſpēſatione ſi idiget qđ
tn̄ i moniali erit difficile : qđ ſi non
pōt:nō ſeq̄tur turbā.i.alios ł alias
in malū:ſed ſeruet ipſa ordinē ſuuꝫ
ſi ad bonū nō pōt reducē alios vel
alias. Si ingrediens monaſteriū
reticuit ipedimenta que habuit ad
illuꝫ ſcienter:vꝫ qꝛ erat ſeruus vel



UVA. BHSC. IyR_109_1

habebat occultã infirmitatẽ vel al/
terius religionis ꝓfeſſus ꝯiugatus
debitoꝛ in multiſ:⁊ hiꝰ peccauit moꝛ
talr̃:p̃cipue ſi ſciebat tale ĩpedimẽ/
tum ⁊ ꝑ illud nõ poſſe recipi adᷓ re/
ligionẽ. Uel de his iterrogatꝰ men
daciũ dixit:⁊ põt ⁊ dz de monaſte/
rio expelli ſi aliter ꝓuidere nõ põt:
Si hz votũ religionis artioꝛi an
teq̃ʒ intrat laxioꝛẽ pꝛius dz querere
diſpẽſationem ſi ẽt eẽt bona:⁊ mul
to foꝛtius poſt ꝓfeſſionẽ i vna reli/
giõe non põt ad aliã tranſire eq̃lez
vl̃ laxioꝛe:⁊ de mendicante oꝛdine
ad mẽdicãtem vl̃ õ mendicantibuſ
ad monachalẽ tranſire nõ põt ſine
diſpenſatione pape niſi adchartu/
ſiẽſes. Si induxit aliquẽ ad religio
nem ꝑ ſimoniam vl̃ ꝑ fraudes:pu/
ta aſſerẽdo ibi obſeruari regulam:
q̃ꝺ non fit: vel dicendo ſe ad nihil
obligari:⁊ reticẽdo ſeueritates re/
ligionis q̃s ille nõ intẽdit ſeruare ⁊
hiꝰ peccauit moꝛtalr̃. De illiſ qui
ẽt volẽtes igredi religionẽ aliquaz
i q̃ bñ viuit̃:auertũt vt trahãt aquã
ad ſuũ molẽdinũ ĩfamãtes illos et
crimĩa ĩponẽtes:ſua s ãt vſʒ ad ter
tiũ celũ extollẽtes ñ euadẽ dãnatio
nem certũ eſt:qꝛ ꝯ̃ caritatẽ agunt ꝯ̃
iuſticiã ⁊ ꝯ̃ ſacrã ſcripturã agunt.

De voto paupertatis.

Ji religione expñs obſerua
uit pauptatis votũ nihil re
tinẽs l̃ retinere deliberãs:
ẽ moꝛtale.n.ꝓpꝛiũ hr̃e:⁊ totiens q̈/
tiens illud ꝓponit. Dr̃ aũt ꝓpꝛiũ q̃ꝺ
celat̃ pꝛioꝛi ſuo:vt ſi habeat ⁊ tene/
at pecuniã vel veſtẽ neſciẽte pꝛela/
to:l̃ ſi ſciat tñ ꝯ̃ voluntatem eius ⁊
abſq̃ʒ licẽtia:vl̃ õ licẽtia eiꝰ ⁊ volũ/
tate:tñ non patꝰ ſibi tradere ad pe
titionẽ eius:ſed recuſare ſi poſſʒ de
facto:⁊ multo peius ſi non ſolũ mo
bilia:ſed ẽt immobilia vt redditus
⁊ poſſeſſiones retinet vt ꝓpꝛia dãs
vẽdens ⁊ diſſipans vt placet:nec p̃
latus poteſt dare licentiã ſic retinẽ
di:nec papa põt in ꝓpꝛio diſpenſare
ex̃ de ſtatu monachoꝝ.c.cũ ad mo/
naſteriũ. Si dedit bona monaſte/
rij ſiue ꝯuẽtus abſq̃ʒ ſupioꝝ licen/
tia habita vel p̃ſumpta. Si aliquid
occulte recipit vel tenet moꝛtale ẽ
⁊ ꝓpꝛietas. Si repiẽs ſe in loco vbi
non viuit̃ in cõi:pp q̃ꝺ oʒ eum ſibi
ꝓuideri õ neceſſarijs hʒ aliqua ve/
ſtimẽta vel pecuniã:⁊ aliq̃ꝺ hiꝰ cuʒ
bona licẽtia bñplacito p̃lati aduer
tat diligẽter. Primo q̃dẽ vt ꝑ euʒ
non ſtet q̃n oĩa velit ponere i com/
muni:ſi alij vellent: ⁊ ad hoc opat̃
quãtum põt. Secundo ſi hec nõ
põt ſemper ſit paratus ſimpliciter
ponere oĩa:⁊ dimittere in manibus
p̃lati. Tertio vt de hiꝰ conceſſis
nihil det ſine licẽtia ſupioꝛis ſui ge
nerali vl̃ ſpãli ẽt in elemoſynis niſi
i extrema neceſſitate. Quarto vt
nõ theſauriçet nec ſupflua teneat:
nec delitioſa q̃rat:nec multũ inqui/
rendo ſollicitet:nec habeat inoꝛdi/
natũ affectũ in hiꝰ:⁊ ſic poterit trã
ſire ſi i alijs bñ ſe habeat:ſecꝰ ñ agẽ
do non religioſe:ſed laicalit̃ viuit.
Sed ⁊ cum p̃dictis ſi poſſʒ locũ
inuenire vbi in cõi viuitur melius
ei eſſet.

De voto caſtitatis:

Ji ſeruauit votuʒ caſtitatis
non ſolum ab omni carna/
li opere ⁊ cõtactu venereo
ſe abſtinendo ſed etiam ab omni lo
cutiõe turpi ⁊ amatoꝛia:⁊ ab omni

UVA. BHSC. IyR_109_1

cogitatione immunda deliberata ꝛ delectatione moroſa: quia in quo libet horum eſt mortale: vt dictum eſt. s. circa ſecunduȝ ꝛ nonum preceptum Eſt etiam ſacrilegium qđ grauius eſt: ꝛ quia ad iſta deuenit per conſeruationem ꝛ familiaritatē: ideo ingrendum eſt ſi hȝ domeſticitatem cum aliquo ſi monialis: vel cum aliqua ſi religioſus: ꝛ ſi ħ reperitur eē ex̄ caſum neceſſitatis ꝓhibēdus eſt: al's nō abſoluēd⁹: qꝛ quaſi impoſſibile eſt ꝙ talis nō incidat ī ruinaȝ: di. 32. c. hoſpitiolum: ꝛ di. 81. per totum. Scandala ēt multa ꝛ oblocutiones ſequuntur in populis ꝛ hi⁹: ꝛ ideo prohibendus eſt ꝛ conſanguineorum etiam rar⁹ ſit acceſſus.

De voto obedientie.

Si fecit ꝯ votum obedietie quod eſt ſemp mortale: ꝛ nota ꝙ nō ſemp qñ quis ag t aliqd ꝯ regulam ſuam: vel tranſgreditur regulam vl' ꝯſtitutiones facit ꝯ obedietiā: ſed qñ facit ꝯ precepta ꝯtēta in regula ꝛ cōſtitutōibus ſuoruȝ ſupioꝝ: vel qñ aliqd trāſgreditur ex cōtētu quātūcunqȝ illud ſit minimum. Quādo vero p̄latus vl' p̄lata iniungit aliqd fieri p̄cipiēdo vl' mādādo ī virtute ſancte obedietie l' ſpūs ſancti vt facias hoc l' ſub pena excommunicatōis ꝛ hi⁹: illud dicitur p̄ceptum cuius trāſgreſſio ē mortalis. Idem eēt qñ p̄latus aliquid mādaret ſubdito quocūqȝ loqretur declarāſ ſibi ꝙ intēdit obligare illum ſub peccato mortali ad faciendum illud: ꝛ intellige ſi mandat qđ non ſit illicitum ꝛ tale quid ꝙ teneatur ſubditus ei obedire.

Similiter quando regula vel cōſtitutionibus eſt aliquid preceptorie mandatuȝ: vel ſub pena excommunicationis: vl' ſub pena carceris: vl' ſub pena grauioris culpe: vel per ſimilem locutiōem communiter cenſetur obligare ad mortale: al's autē faciēdo cōtra cerimonialia: vt frāgere ſilētium: tarde venire ad chorū ꝛ huiuſmōi eſt veniale niſi qs faceret ex ꝯtēptu: quia tunc mortale. Cōſuetudo aūt q̄uis non ſit ipe cōtēptus eſt: tamen inductiua cōtempt⁹: ꝛ ideo caue ne aſſueſcas alicui tranſgreſſioni.

De officio diuino.

Si dixit horas canonicas ꝛ officium defunctoꝝ qñ deȝ dici. Nā religioſus etiam ſi nō hȝ ordinē ſacrū tenet̄ ex p̄cepto ad officiū: p̄cipue ſi ē ꝓfeſſus: vnde obmittēdo aliquā horā peccat mōtal'r ꝛ omni die q̄ obmittit ex negligētia: nō autē ex p̄cepto tenetur dicere iſtud: vel illud q̄uis nec debeat ad placitum ſuum mutare officium: ſed debet dicere ẜȝ ordinem ſuum. Si non fuit cum alijs in eccleſia: ꝛ nimis tardauit ad dicēduȝ officium. Si ſomnolēter vl' dormiuit: redicat vel aliqd loco ei⁹ dicat: ſed ſi ꝓ maiori p̄te dormiuit totum reiteret. Si ibi īcompoſitus fuit: ꝛ oculis vagis. Si riſit vel ridere fecit: vel aliquam leuitatem vel locutionem fecit non neceſſariam. Si mēte diſtract⁹ p̄cipue qñ nō aduertit. Si male legit vl' cātauit vl' īcliauit ex negligētia: in q̄lȝ hoꝝ ē pc̄cm veniale cōiter. Si elegit p̄latum ꝑ ſimoniā: vl' ēt ꝛ ſi nō ſimoniace tñ īdignū ſciēter. Si nō illuȝ quē iudi



UVA. BHSC. IyR_109_1

cauit meliorē ad officiū illud: ſ; aliū rōne amicitie: vł alia itētōe mūdane mortale ē. Si accuſauit calūnioſe ꝑlatū vł ſociū de aliq̄ crimina li: vel teſtificatꝰ eſt: vł deſiſtit ab ac cuſatōe iniuſte: vł al's īfamauit prelatū vel ſubditā dicēdo criminalia de eis: ēt ſi eēnt ꝟa itētiōe īfamādi mortale ē. Idē ſi ſecreta ſui ordinis reuelauit ſine cā iuſta ꝛ rationali: ꝛ q̄uo qs teneat̄ ad reſtitutionem fame ī ſūma ī 2ª parte diffuſe. Itē ſi ī viſitatōe ꝑlatoꝝ nō reuelauit dicēda q̄ ſūt ꝯ honeſtatē religiōis de ꝑlatis ꝛ ſocijs: ꝛ ꝑcipue qn̄ cōiter ſic ꝓuat̄: ꝛ ſit ꝑceptū a viſitatore: vt dicāt que īdigēt correctōe: tūc' eni obmittere aduertēterq̄ dicēda ſunt ē mortale pctm̄: d; tn̄ ītelligi ꝑceptū ꝓuato ordine fraterne correctionis vn̄ oīo occulta de q̄bus pōt pſumi emēdatio dici nō debēt: vbi aūt nō ſperat̄ emēdatio: ꝛ pſumitur recidiuatio: vel aliqd̄ magnū ſcādalum dici d;: nō tn̄ accuſando ſi ſufficienter ꝓbari nō pōt: q: tūc grauit̄ peccaret: ſ; ſimpliciter denūciādo ꝑlato: vt pri ſi ſperat̄ ꝙ ide ꝓuidebit̄.

Si fecit vł coopatus ē ꝛ aliquā cōſpirationē ꝯ ꝑlatos vł īuenit: aut ſectatꝰ ē partialitates ꝛ ſectas ī monaſterio: aut cōuentu: aut diuiſiōes q: mortale ē: ꝛ crimia mūdanoꝝ vł demonioꝝ potiuſq̄ religioſoꝝ. Interrogandi ēt ſt̄ de. 12. abuſionibus clauſtri ꝓm Rai. que ꝓm Ugonem ſūt iſte. Prelatꝰ negligēs: diſcipulꝰ īobediens: iuuēis ocioſus: ſenex obſtinatꝰ: mōachꝰ curialł: mōachꝰ cauſidicꝰ: habitus precioſus: cibꝰ exq̄ſitus: rumor ī clauſtro: lis ī capl'o: diſſolutio ī choro: irreuerētia circa altare. In his qn̄q; ē mortale qn̄q; veniale ꝓm q̄litatē facti ꝛ ītentionem Magna ēt ē abuſio religioſū: iurare ī cōi locatōe: ēt ſi dicat' ꝟitatē; ꝛ ēt maledicere: ꝛ blaſphemare: ēt ſi ex leuitate. Interrogādū ēt ē precipue de cerimonijs ꝑncipalibꝰ ꝛ de eſu carniū ex īfirmitatē. De lineis nō vtēdis ad carnē: de lectis ñ plumeis: de ieiunijs regule vł ꝯſtitutōnū: d obſuātia ſilētij ī certis horis ꝛ locis. Ad q̄ oīa obligātur oēs monachi. ꝛ ēt plures religioſi: ꝛ monachi ſacti Bn̄dicti: ex de ſtatu mo. c. cū ad monaſteriū: ꝛ plures religioſi alioꝝ ordinū ex cōſtitutōibꝰ ſuis. Et l; ī his ꝑlatꝰ poſſit diſpēſare: nō tn̄ pōt diſſipare qd̄ ē ꝓ; Ber. qn̄ fit abſq; cā rōnabili ꝛ vrgente: al's peccatū eſt diſpēſanti ꝛ diſpēſato plus ꝛ minꝰ ꝓ; trāgreſſionē. Si ī obediēdo male ſe habuit: v; ꝙ obediuit ī malo: puta dicēdo mēdaciū: vł ex negligētia dimiſit cōe mādatu; vł tardus fuit ad obediēdū vł non effectuoſe ſ; q̄ruloſe: vł diſſolute ꝛ nō cū maturitate. Si irreuerens circa maiores egre ſuſtinēdo reprehenſores. ꝛ cū indignatiōe communiter veniale.

De exercitio.

I vacauit ocio qd̄ ē ſentina oīum maloꝝ: ꝛ quātū. Si inutilr̄ expendit tp̄s faciendo ea que ſūt nulliꝰ valor. Si fecit exercitia mūdanoꝝ: vt faciendo burſas veſtes opere polimito recamatōes vel linea reticulata ꝛ hꝰ. vł cōfectōes nimis ꝑcioſas: vł alia guloſa: q: magnū peccatu;: ſi abuſio ē ac occaſio multoꝝ maloꝝ: ꝛ iō prohibendū ē h̄ malū ēt reperit̄ ī mōia

UVA. BHSC. IyR_109_1

lib⁹ modernis. Si ꝯuerſãdo fuit nimis leuis. vł alios inducẽs ad le-uitatẽ: vł riſum ṽbis, geſtib⁹ vł ſo laciiſ q̃ aliquãdo ſine peccato fieri poſſunt ad recreatõẽ: vł ſubleuã-dũ ſe: vł alios ab accidia raro tñ de cet hi⁹ religioſos. Si aliqñ irriſit vł geſtiuit: qđ ſimijs cõgruit ⁊ iſtri onib⁹ ñ religioſis. Si murmurauit circa victũ ⁊ veſtitũ. Si impatiẽter tulit graues mores alioꝝ. Si ſe g̃-uem alijs reddidit. Si ſingularita-tẽ q̃ſiuit i cibo: veſtitu dormitu: ⁊ a lijs vñ frequenter oꝛit̃ i ipiſ ſupbia ⁊ in alijs murmuratio ⁊ ĩdignatio Si fratrẽ ꝺliquẽtẽ ñ fratñe admo nuit: vł ꝺfect⁹ alioꝝ plato ñ ſignifi cauit vt adhiberet remediũ ſuato tñ oꝛdine fratñe coꝛrectonis: in his cõiter eſt veniale. Si murmurauit cõtra ſibi cõmittẽtes tãꝗ̃ indiſcre-tũ. Si ĩpatienter ſe habuit dure lo-quẽdo cũ q̃bus ſe nõ hꝫ ĩtromitter̃ Si ñ diligent̃ tractauit res mona-ſterij. Si nimis tenax fuit ĩ dando vł ſi nimis pdigus vł acceptoꝛ pſo narũ ſine cã rõnabili dans magis vni ꝗ̃ alteri de reb⁹ cõibus. Si de-dit q̃bus ñ potuit: vꝫ qꝛ ñ habebat licẽtiã. Si pmiſit res pire ex negli-gẽtia: vł nimis ſollicitus fuit pp h̃ paruꝫ vocãdo ſibi pp multiplicati onem tpalium: quod vitium hodie multũ regnat. Si nõ fuit ſollicitus ad adiſcẽdñ ea ad q̃ tenet̃ ſm regu lam ⁊ cõſtitutiões peccat: ex igno-rãtia vero ẽt tranſgrediens non ex cuſat̃ a peccato. Si ẽ ſacerdos dꝫ q̃rere ſcire q̃ pertinent ad debite ce lebꝛãdũ. Si ꝯfeſſoꝛ q̃ pertinent ad illud officiũ. Si in his eſt negligẽs pcipue cum poteſt grauiter peccat

ſed debet etiã frequentare legere ſcripturaꝫ: vł doctoꝛes exponentes vł alios libꝛos ꝺuotos ⁊ vtiles vñ inſtruatur ⁊ cõfoꝛtet̃ ad bonũ. Si legit curioſa ⁊ inutilia pp qđ retra hit̃ a magis neceſſarijs vel docto-res gentiliũ: vel fictiones poeticas ⁊ hi⁹ qꝛ peccatũ eſt curioſitatis. De ptinẽtib⁹ ṽo ad religionem habes diffuſe ĩ 3ª pte ſũme tl.

De oꝛatione ⁊ cõfeſſione.

Si nõ oꝛauit vltra officium diuinũ ꝓuatiꝫ pꝛo ſe ꝓ alijs cõſanguineis benefactoꝛi-bus viuis ⁊ defunctis: p̃cipue reco mendatis vt debet ſollicite. Si nõ frequentauit confeſſioneꝫ ⁊ cõmu nionem ſm regulam ſuam ⁊ moꝛeꝫ Monachis vero nigris pꝛeceptuꝫ eſt ꝙ cõmunicẽt ſemel in mẽſe. cle. ne in agro de ſtatu mona. Si nõ va cauit meditationi que per maxime inducit deuotionem. Si fuit tepi-dus in dilectione dei ⁊ pꝛoximi nõ ardenter affectans honoꝛẽ dei: ⁊ ſa luteꝫ animaꝝ vt decet. Si ingrat⁹ ad recogitandum ⁊ cognoſcenduꝫ ſua beneficia ⁊ recõpenſandum de uote ipſi deo ſeruiendo. Si non p̃-parauit ſe ad diuina vt debuit: hec ſũt peccata in quib⁹ quotidie offẽ-dit̃ de⁹: ⁊ ĩpedit̃ pfect⁹ religionis.

De amoꝛe parentum.

Si nimis carnaliter dilexit conſanguineos: nimis affe-ctans eoꝛum pſperitatẽ: vł gaudẽs de ea: aut cõtriſtat̃ nimis ꝺ aduerſitate. Si nimis eos viſitat ł querit vł gaudet viſitari. Si cũ eis loquitur de ſecularib⁹ q̃ nõ expedi unt: vł etiam cũ alijs de guerris ⁊ hi⁹ frequenter interrogat ⁊ audit.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Si ꝑ eis ꝓcurat bñficia eccliaſtica vel tpalia non aptis bñficijs in qb⁹ poſſet eē mortale. De alijs ṽo vitijs cōib⁹.ſ.ira:ſupbia:inuidia:⁊ hi⁹ vi/ dc.š.i pᵃ pte. De his ṽo q̄ pertinent ad regulā ſuā ipſemet videat ꝑ ſe ⁊ dicat. Si penas aut penitētias ta xatas vel iniunctas a regula vl̕ cō/ ſtitutionib⁹ vel a plato nō fecit:pec cauit ſi ex negligentia. Si nullo mō eēt parat⁹ facere ēt plato p̄cipi/ ente eſt mortale. S i nō intendit ꝓficere i vita: ſ; q̄ ſuat inuit⁹ facit ⁊ male ꝯtēt⁹ ē in religione hypocri ta ē ⁊ i ſtatu dānationis. Tho. Qui vocant̄ ad dirigēdas moniales in electōib⁹:niſi abſtineant ab his per q̄ poſſet oriri diſcordia iter eas ſūt excōicati. Religioſi ⁊ clerici idu cētes ad vouendū:iurandū: vl̕ pro mittēdū de eligēdo apud eos ſepul turā:vl̕ vt eā vltius nō mutēt iam electā ſūt excōicati excōicatiōe pa/ pali:cle.cupientes ꝺ penis. Reli gioſi q abſ; ſpāli licētia ꝓprij ſacer dotis ſolēnizarent mr̄imona: aut miniſtrarēt ſacramētū eucbariſtie vel extreme vnctionis excōicati ſū excōicatiōe papali:cle.p̄ma de p̄ui. religioſi. Religioſi q excōicatos a canone abſoluūt i caſib⁹ nō cōceſ ſis:aut q abſoluūt a ſñijs ꝑ ſtatuta ſynodalia vl̕ ꝓuincialia ꝓmulgat aut abſoluūt a pena ⁊ a culpa ſūt ex cōicati excōicatōe papali ꝑ.d.cle. p̄ mā ꝺ p̄ui.religioſi. Inqſitores he reticoꝝ qui odio gr̄a vl̕ lucro con/ tra iuſticiā ⁊ ꝯſciētiā; obmiſerit ꝺ quempiam procedere:vel ipſam he reſim alijs imponere aut impone/ rent quod officium eorum impedi/ ret ſunt excommunicati excōmuni catōe papali:cle.multoꝝ de hereti/ cis. Religioſi mēdicantes ꝓfeſſi trāſeuntes ad aliquā religionē mo nachalē excepto ordie cartuſieñ. ⁊ ſiſr recipiētes ſūt excōicati excōi/ catōe papali ꝑ cōſtitutōem Marti ni qnti factā Cōſtātie. Clerici ſci enter ⁊ ſpōte excōicantes excōica/ tiōe a papa in diuinis ſūt excōicati excōicatiōe papali ſ; Hoſti. iſta ex cōicatō h; dubiu;. Participātes in crimine ꝑp qꝺ aliquis ē excōica/ tus aliqua p̄dictaꝝ ⁊ aliaru; excōi/ cationū ſūt excōicati ꝑ papā.c.ſi cō cubine:de ſen.ex. Abſoluētes ali quē ab aliqua predictaru; excōica/ tionū circa ſedem ap̄licam p̄terq̄ i mortis articulo qui taliter abſolu ti ſi non ſe repñtant ei a quo poſſūt abſolui q̄citius poſſunt: vel mittāt pro abſolutione reincidunt in ean/ dem.ſ.excōicationem papalē.c.eos de ſen.excō.i.vj. Sepeliētes cor pora in cimiterijs tpe interdicti in caſibus nō cōceſſis a iure ſūt excōi cati ꝑ excōicationem ep̄alē:cle.eos de ſepul. Sepeliētes excōicatos pu blice aut noīatim iterdictos vl̕ vſu rarios manifeſtos ſcienter in cimi/ terijs ſūt excōicati:dicta cle.eos.

Clerici locantes domos manife ſtis vſurarijs ad fenus exercendū ſeu alio ti.concedentes ſunt excōi/ cati.c.vſuraru; de vſuris.li.vj. Nō electus a duabus ptibus cardinali um ⁊ ſe gerens ꝓ papa ē excōicatus c.l; de elec. Monachi ⁊ canonici re/ gulares archidiaconi: decani p̄po/ ſiti:plebani:cātores:⁊ alij clerici ꝑ/ ſonatum hñtes aut qui vis preſby/ teri qui audiunt leges vel phyſica; ſunt excōicati.i.non magnope. ne

UVA. BHSC. IyR_109_1

cle. vel monachi ſe rebus ſecu. imi.
Religioſi dimittentes vbicūq; ha/
bitum ſue religionis ⁊ accidentes
ad queuis ſtudia litterarum ſine li/
centia prelati aut conuentus ſui ſūt
excōicati. c. vt periculoſa. ne cle. vl'
monachi li° vj. Religioſi qui de/
cimas debitas eccleſijs ſibi appro/
priant vel vſurpant: ſiue qui non p
mittunt ſolui eccleſijs decimas de
animabus familiarum ⁊ paſtorum
ſuorum ſi non hñt adminiſtratōem
ↄ beneficia ſunt excōicati: ſi hñt ſūt
ſuſpenſi niſi requiſiti deſtiterint in
fra menſem: cle. religioſi. de deci.
Monachi ⁊ canonici regulares nō
hñtes adminiſtrationem ⁊ ſe cōfe/
rentes ad curias principum. vt dā/
num monaſterijs inferant: aut pre/
latis ſine licentia ſuorum prelatoꝝ
ſiue qui tenent arma īfra ſepta mo/
naſterij ſūt excōicati: cle. ne in agro
de ſtatu monachoꝝ. Religioſi
nec non moniales profeſſi ↄ̄hentes
matrimonium ⁊ alij clerici conſti/
tuti in ſacris de facto. ſ. ſunt excōi/
cati: cle. eos. de conſan. ⁊. affi. In
quiſitores hereticorum qui pertex
tu officij inquiſitionis qbuſuis mo/
dis illicite pecuniaꝫ extorquent: vl'
ſcienter bona eccleſiarum ob deli/
cta clericorum fiſco eccleſie appli/
cant ſunt excōicati nec abſolui pñt
niſi plene ſatiſfecerint illis a qbus
ēxtorſerunt: cle. nolētes extra ō he
reti. Religioſi non ſeruantes in/
terdictum quod ſeruat ſancta ro/
mana eccleſia: cle. ex frequentibus
de ſen. excom. Religioſi qui con i
tentib' ſibi n̄ faciunt conſcientiam
ſcienter de decimis ſoluendis tales
ab officio predicationis ſunt ſuſpē
ſi donec cōmode poſſunt faciāt eis
conſcientiam: ⁊ ſi interim predicāt
ſunt excōicati. Similiter ⁊ religio/
ſi qui dicunt aliqua verba vt retra
hant audientes abſolutione deci/
marum ſunt excōmunicati: cle. cu/
pientes de penis: Religioſi men/
dicantes qui domos ad habitandū
vel loca de nouo reciperēt aut mu/
tarent vel alienarent de nouo rece
pta abſq; licentia pape ſunt excom
municati: extra de exceſ. prela. c. i.
li°. vj. Fratres minores qui tēpore
interdicti recipiunt ad diuina fra/
tres vel ſorores tertio ordine ſācti.
Franciſci ſunt excōicati. c. cū ex co
de ſen. excō. i cle.

A prelatis i cōmuni ingrendum
eſt. i. c. xliij.

Si legitime aſſecutus eſt di
gnitatem ſeu prelationem
an vꝫ aliqua irregularitate
vel ſententia fuit irretitus cum fu/
it aſumptus ad prelaturam in qua
non fuit diſpenſatus vel abſolutus
videlicet: ſi fuit bigamus. Si ope/
ratus eſt in cauſa ſanguinis. Si
illegitimus ſi excommunicatus vel
ſuſpenſus vel notorius concubina
rius: quilibet horum hoc ſciens te/
net prelaturam furtiue: vnde eſt
continue in mortali. Nota ꝙ ille/
gitimus ad dignitatem vel benefi
cium curatum vel prioratum in re
ligione: qui creatur per electionem
ſine diſpenſatione pape promoue/
ri nō poteſt ex priuilegio tamen ma
giſtri ordinis cum his poteſt diſpē
ſari ad prelaturas ordine predica/
torum: de hoc habes in 3ª parte ſū/
me ti. de cēſuris eccleſiaſticis. Si
rite ⁊ abſq; vitio ſimōie fuit elect'

UVA. BHSC. IyR_109_1

confirmatus ⁊ oꝛdinatuſ. Si int̃ poſuit p̃ces ꝓ ſe: vel pꝛocurauit ꝙ alius poꝛrigeret pꝛeces ſimonia eſt ⁊ ſi fuit ſimonia pactionis indiget diſpenſatione pape: ⁊ an̄q̄ ſit diſpẽ ſatus tenet furtiue dignitatẽ: de h̄ i 2ª pte ſum. ti. de ſimonia ⁊ in oĩbuſ q̄ habes. ſ̄. i. c. de beneficiatiſ ⁊ i. ca. de clericis. in cõi potes ĩterrogare pꝛout erit expediens. Et ſi ẽ p̄latus religioſus ĩterrogãduꝫ ẽ de hiſ que ſunt in. c. p̄cedenti ⁊ de alijs que ſe quunt̃. Si aliq̄d maniſeſtũ pctm̃ ĩ ſubditis diſſimulauit ⁊ non coꝛre xit: aut ſi nõ manifeſta q̄ tamẽ ad eᵒ noticia aliq̄l̄r peruenerũt vlterius non q̄ſiuit: ſi ħo ex negligentia di mitteret puto moꝛtale quo ad crĩa lia: ſi aut ex aliqua rõne: vt ad malᵒ ſcandalum vitãdũ ſecus. Si in. c equus iudex nõ fuit. Si de rebus monaſterij dilapidatoꝛ fuit. Si ſu perioꝛibus ſuis nõ obediuit. Si cãſ ſibi a ſupioꝛibᵒ cõmiſſas non ħꝫ ꝯſi liũ pitoꝝ: ſed ħm acceptõnẽ pſona rũ deťminauit. Jn oĩbus his ẽ pccꝫ moꝛtale: vľ veniale ħꝫ q̃ẽtitatẽ ex ceſſus ⁊ maliciã ⁊ negligẽtiam.

Si indignos ⁊ nõ idoneos ĩ offi cijs poſuit: ⁊ maxime ad curã aĩaꝝ ⁊ male vr̄ talis poſſe excuſari a mõ tali: ſi eos quos ſcit malos: ⁊ ĩmoꝛ tali pſeuerare ponit ad curã aĩaruꝫ cũ poteſt repellere: nec credo ꝙ ex cuſet paucitas. ſ. q: non inueniun tur alij: ⁊ ẽt ſi iſte alr̄ ſit ĩduſtrioſuſ multum ⁊ bene officiet eccleſiam ĩ exterioꝛibus. Jdeꝫ cũ ſuſtinet ta les ſi illos poteſt iuridice remoue re. Si poſuit ad audientiam con feſſionũ notabiliter ignoꝛantes ⁊ ĩ ceptos. vel criminoſos moꝛtal̄r pec cauit ꝑ regulã. Qui cãm dãni dat. Jdeꝫ ſi talis tollerat cum poſſit re mouere niſi foꝛte a ſupioꝛi ſint ad hoc poſiti. Sed quã curam de ipſis habebit cum ad ſui dãnationẽ exer ceant tales officium audiendi con feſſiones: quomodo aũt dicat̃ ine ptus: vel notabiliter ignoꝛans: hẽs in ſũ. Si fuit nimis pompoſus ⁊ curioſus in edificijs eccľe vel mo naſterij in oꝛnamẽtis ⁊ hiᵒ q̄d ẽ cõ tra ſentẽtiã Hieronymi. ⁊ Ambꝛo ſij. xij. q: ij. c. auꝝ. ⁊. c. gľa epi: ⁊ etiaꝫ Bernar. Et tñ a modernis fiũt ho die multe ſupfluitates ⁊ curioſita tes: ⁊ pallatia ꝯ exẽpla oĩum ſctõꝝ: ⁊ in his amittitur multum tp̄s ⁊ de uotio: ita vt completis edificijs ex hauſtus videat̃ oĩs ſpũs: ⁊ paupes ĩterea moꝛiũtur fame: q̄s de ſupflu is eoꝝ tenẽtur ſuſtentare. xii. q. i. c. ep̄s eccleſiaſticarũ. Si nimis fuit ſollicituſ circa tpalia: ex hoc minuſ debito vacãs ſpũalibus ĩ ſe ⁊ ĩ ſub ditis vt lectioni: oꝛationi: admoni tioni: vtiq̄ pctm̃ eſt plus ⁊ minᵒ ħm quãtitatẽ exceſſus. Pꝛincipalis. n. eius cura dꝫ eẽ de ſpũalibus. Si ꝑ curias nimis diſcurrit litigãdo cuꝫ ſcãdalo hoĩum cũ poſſet per alium modum magis pacificum ſua repe tere: ⁊ ſi nõ tm̃. Si iura ⁊ p̄uilegia ſue eccleſie non ſeruauit ⁊ defẽdit vt debuit ſi indiſpenſando ĩdiſcre te ſe habuit: vľ q: nimis de facili et ſine cauſa rõabili in ieiunijs diſpẽ ſauit. Jn eſu carniũ ĩ retinẽdis rebᵒ ad vſum. Jn penitẽtijs taxatis ħm regulã: ľ ꝯſtitutõeſ ⁊ hiᵒ q: peccauit inducendo relaxationem ⁊ rigoꝛeꝫ religioniſ eneruando. Unde btũs Bñdictus ĩ regula dicit ꝙ de omnĩ

UVA. BHSC. IyR_109_1

diſpēſatōe hʒ reddē rōnē. Si fuit
nimis dur⁹ i diſpēſādo: cū debuit p̄
cipue cū debilib⁹ ⁊ ĩfirmis ⁊ hi⁹ nō
puidēs eis. Si fuit exēplaris in
ĩceſſu moderato habitu nō p̄cioſo
ĩ modeſtia geſtus. In locutiōe rara
graui ⁊ fructuoſa cauēs diſcordiaſ
pacē nutriēs: oēs patiēter vidēs ⁊
tollerās: ſingularitates vitās: cōia
ſequēs cū pōt nemini blādus affa-
bilis cūct]: ſuſurratōeſ: detractiōes
irriſiones: cōfabulatōeſ maledictio
nes: cōtētōes i ſe ⁊ i ſuis eliminans
circūſpect⁹ i oīb⁹ nō delectat⁹ ꝯ p̄-
ſidētia: ſed timēs de negligentia cū
de ſingulis hēat reddē rōnē ſibi cō
miſſis. Ita curā alioꝝ habeāt ꝙ ſui
nō obliuiſcāt: vt docet Gre. i paſto
rali. Si i corrigēdo fuit nimis re
miſſus vel nimis rigidus vtrūqꝫ ca
uēdū ē vt docet Gre. ĩ moralibuſ ⁊
hr̄.45.di. ⁊ diſciplina: naʒ facilitas
vēie ĩcētiuū p̄bʒ ꝺliquēdi. Ambro.
23.q.4.c. ē iniuſta ⁊ aſpitas nimie
ĩcrepatiōis: nec correctionē recipit
nec ſalutē. Leo. di.45.c. cū btūs. ⁊
c. lʒ plerūqʒ. ea di. Precipue ꝟo cir
ca ſeniores dʒ p̄lat⁹ i corrigendo ſe
hr̄e humanū: vt dr̄ ĩ illo. c. niſi eſſēt
habituati i malo: qꝛ tūc durius ſc̄m
Gre. vt di. c. diſciplīa. ⁊ c. lʒ plerūqꝫ
⁊ c. cū btūs. ⁊ c. pēitudinis tpa. 26.
q. vij. ⁊ c. tāta. 86. di. Si nō induxit
quātū potuit ꝟbo ⁊ exēplo ad obſ
uādū oīa cerimonialia ordinis ſui.
Si malas ꝯſuetudines ſeu corru
ptelas regnare pmiſit. Si ꝯ regu
lā ⁊ decētiā religiōis ēt q̄s ĩuenit iā
ĩductaſ nō abſtulit quātū potuit vl̄
vitiū ꝓpetatis: diſcurſū fratrū ad
placitū: familiaritatē cū mulierib⁹
vl̄ viris: ſi ē monacha collationem
reꝝ amicis ⁊ cōſāguineis ſine licen
tia ⁊ rōnabili cā: eſum carniū vbi n̄
debēt comedi qđ eſt vniuerſale oī
monacho de ꝯſecra. di. v. c. mōacho
⁊ p̄cipue q̄ ſūt ꝯ eſſētialia vota reli
giōis nullo mō dʒ pmittere: nec eti
am ad receptiōeʒ ſimoniacā monia
liū: ſicut hodie fit q̄ſi vbiqꝫ. Qđ ſi
nō pōt talia remouere: nec ē ſpeſ in
futuꝝ dimittat curā, exēplo ſci Be
nedci. vij. q. i. c. aduerſitas. circa fi.
m. c. ſi. ea. q. al̄ſ nec getē ſuā amittat
⁊ tādē cū eis damnatōem ĩcurrat q
cūqꝫ ſit ille abbas vl̄ abbatiſſa: por
vl̄ poriſſa vl̄ aliaſ quocūqꝫ noīe cē-
ſeatur: nec ſufficit ꝙ p̄lat⁹ corrigat
vitia q̄ iam noſſe cōtigerit: ſʒ dʒ di-
ligēter agnoſcē vultū pecoꝝ ſui cō
ſiderādo vias ei⁹. Caueat aūt ne cri
mina ſibi delata i foro cōſcīe vl̄ i ſe
creto iudicet de illiſ i foro ꝯtētioſo
ſeu i. c. vbi. n. tm̄ manifeſta ſunt pu-
nienda nec foro miſcēda ſūt iudici-
ali. Si habʒ ſub cura mōaſteriuʒ
monialium de qua mā dicet i. c. ſe.
Si ĩdiſcrete fecit p̄cepta i q̄bus
multū dʒ cauere niſi ſit reſ ardua: ⁊
ſi cogeret p p̄ceptū vel ſn̄iaʒ ad ali-
quid faciendū vel dicēduʒ in q̊ non
eēt ei ſubdit⁹: vl̄ nō deberet ei obe
dire: vt reuellando pctm̄ occultum
oīo eſſet ei mortale. In inquiſitione
ꝟo criminum receptōe accuſatiōis
vel denūciatōis: vel prolatōe ſentē
tie excōicatiōsi: ⁊ hi⁹ non ſit p̄ceps
non ꝓcedat p ſuſpitōem: ſed p ꝓba
tōes ⁊ modos iuridicos: al̄s ĩcurre
ret graue pctm̄: ⁊ aliq̄n ſn̄iaʒ excōi-
cationis: de his in 5ᵃ parte ſumme.
Si p̄latus recepit aliquem ad or
dinem mendicātiū ad ꝓfeſſionē añ
annuʒ completum probationis ſeu

UVA. BHSC. IyR_109_1

nouiciatꝰ: ē ſuſpenſus a receptione
alioꝝ ad ꝓfeſſionē: ⁊ debitoꝛ pene
grauioꝛis culpe: vñ moꝛtal̄r peccat
ex̄ de regularibꝰ. c. nō ſolū. li. vj.

De epis ꝑlatis ſupioꝛibꝰ. c. 16.

Jrca epos ⁊ alios ſupiores ꝑlatos ſic pñt foꝛmari iter/rogatōes. Si nō ſit talis litterature ⁊ ſciētie qꝑ ꝑ ſe ſciat ex/plicare q̄ dꝫ. ad qđ tñ tenet̄ cum ha/beat alios ſup his īfoꝛmare ⁊ diri/gere. Nā ſi bonus cōit̄ ab hōibꝰ re/putat̄ ⁊ ſufficiēs nō eēt neceſſariuꝫ niſi euꝫ audire: ⁊ ſi de aliq̊ negocio nō ītelligit eum ꝯfeſſoꝛ vl̄ dubitat: pōt de illo loq̄ pro ſua ſerenitate: ⁊ ſi tale qđ eēt ī q̊ variāt̄ opiniones vl̄ nō pōt dari certa ſñia relīqnduꝫ ē ſue ꝯſcie. Jdē dicendū ꝯ̄ alios cle/ricos religioſos ꝑlatos ⁊ laicos pe/ritos ⁊ timoꝛatos q̄ ſciunt dicē ſuf/ficienter facta ſua. Si ṽo nō eſt talis: ſꝫ īdiget adiutoꝛio interrogā/tis inquātū cleric ꝰ ē ingri ab eo pōt ꝓut expedire vr̄ de his q̄ hēs. ſ. cir/ca clericos ī cōi: vt de officio diuio de celebꝛatōe ⁊ adminiſtratione ſa/cr̄oꝝ: ⁊ mō: ⁊ hꝰ. Si aſſūptus ad epatū ex religiōe interrogandū ē ꝯ̄ his q̄ hēs in. c. circa religioſos q̊ ad multa: nā adhuc tenet̄ ſeruare oꝛdi/nē ſuū: niſi ī his q̄ nō paciūtur offi/ciū paſtoꝛale: vt ſilentiū ſollitudo ⁊ vigilie ⁊ hꝰ. Jnquātū ṽo bñficiatꝰ ſeu curatꝰ ē: ⁊ ꝑlatꝰ īterrogādū ē ꝯ̄ his q̄ hēs. ſ. i. c. circa bñficiatos: ⁊ ſi recipit dignitatē ſe epatuꝫ hñs ali/quā irregularitatē: vel ꝑ ſimoniam vl̄ ꝑ ītruſionē dic: vt i. c. ꝓcedēti in ꝑnꝰ deinde īterroga de his q̄ ſequū/tur q̄ ſūt ſpūalia cure ⁊ officij paſto/ralis. Si contulit oꝛdines ſacros indebite qđ ē vnuꝫ in quo multum offendūt. Si ꝯtulit ꝑ ſimoniā ſꝫ occulte moꝛtal̄r peccauit: nō tñ eſt ſuſpēſus ex h̄ q̊ ad alios: ſꝫ ꝑ ſimo/niā notoꝛiā eſt ſuſpenſus etiaꝫ quo ad alios. Sꝫ ī vtroqꝫ cāu oꝛdinatꝰ ab eo ē ſuſpēſus ⁊ indiget diſpenſa/tōe. Si ꝯtulit ſciēter nō habenti/bus legitimā etateꝫ moꝛtale eſt: nec pōt ipſe diſpenſare de etate. Si contulit oꝛdines ꝑ ſaltum ſcienter vel duos ſacros ſimul: vel quatuoꝛ minoꝛes cum ſubdiaconatu peccat moꝛtaliter. Si cōtulit oꝛdines ſa/cros ex̄ tempoꝛa oꝛdinationū moꝛ/tale eſt: niſi ex diſpenſatione pape: ⁊ oꝛdinatꝰ eſt ſuſpenſus. Minoꝛes aūt oꝛdines cōferre poteſt diebus feſtiuis. Si in oꝛdinatione obmi/ſit aliquid faciendum: ⁊ ſi obmiſit aliquid de ſubſtantialibus in q̄bus impꝛimitur character: oꝫ totuꝫ ite/rare in alia oꝛdinatione quatuoꝛ tē/poꝝ ſi vero eſt qđ non eſt ſubſtan/tiale Sꝫ de ſimplici ſolēnitate non dꝫ iterari: ſed ſuppleri tm̄ obmiſſū in oꝛdinatione alia: nec pꝛius ante ſuppletionē iſte oꝛdinatus dꝫ exer/cere officiū. Peccat eps in hꝰ ſi ex certa ſcia vel craſſa ignoꝛātia h̄ fa/cit. Jdē vr̄ ſi ex nōbili negligentia.

Si oꝛdinauit aliquē ſine lñia ſui ſupioꝛis ſciēter moꝛtale eſt: ⁊ ē ſuſ/pēſus ꝑ annū ab oꝛdinū collatione.

Si nō fecit fieri examinatōeꝫ de oꝛdinādis: de ſcia: etate: ⁊ moꝛibus ⁊ hꝰ ſm iura peccat moꝛtalit̄. Jdeꝫ ſi fecit fieri examinatōem ꝑ īeptos ad hꝰ oꝛdinandos. Si fieri fecit ꝑ tales quos eſtimabat pꝛopter ma/lam eoꝝ ꝯſciam admittere īdignos ſi ad eum ſpectat ꝓuidere ꝯ̄ talibꝰ

UVA. BHSC. IyR_109_1

vel remediare. Si ſcienter admit
tit indignum quem iuſte repellere
poteſt: vt cōcubinariū: illitteratū ⁊
hꝰ. Si non contulit ſacramētuꝫ
confirmationis quando debuit.
Soli enim epiſcopi poſſunt illō cō
ferre: ⁊ extra illud tempus, ſolitum
omni tempore anni ⁊ hora moritu/
ris pn̄t concedere: ne ſine hoc mori
antur: q̄uis ſine hoc ſaluentur. Cō
mittendo ḡ magnā negligētiā vt p̱
multos annos credo eſſe mortale.
Si non dedit ſacr̄m ſm̄ debitaꝫ
formam mām̄ ⁊ locum mortale eſt.
Qz autem ſit ieiunus nō ē neceſſe ⁊
ſi decēs ⁊ de iure. Si bis alicui
dedit ſciēter peccauit mortalit̄: vn̄
in hoc dꝫ eſſe cautꝰ ne iteret: ⁊ etiā
dꝫ aduertere ꝙ aliqs chriſmatus te
neat chriſmandū nō cōſanguineus
ſꝫ alius. Si in cena dn̄i non cōſe
crauit criſma ⁊ oleū ſanctum vt de
buit: q2 inouanda ſunt talia: ⁊ ſi nō
ſeruauit debitā materiā ⁊ formā ⁊
ritū eccleſie mortale eſt ⁊ huiuſmōi
Si cōſecratōes eccl'iarum vl' al/
tariuꝫ ⁊ calicū ⁊ patenaꝝ ⁊ benedi
ctiones veſtiū ſacrarū non fecit vt
debuit ſm̄ formā ⁊ ritū eccleſie: vl'
ſi qd hoꝝ fec̄ p̱ ſimoniā mortale ē.
Idē de bn̄dictionibus abbatū ⁊ ab
batiſſarū. Idem de reconciliatione
eccleſie violate Monialeꝫ quā no/
uit eſſe corruptā nō de facili debet
ꝯſecrare i ꝟginē: nec tm̄ manifeſta
re crimen ſi eſt occultum: ſꝫ mutar̄
nomē ꝟginis i caſtā vt nō ꝑpēdat̄.
Si contulit beneficia p̱ ſimoniā
mortale eſt: ⁊ ſi p̱ notoria eſt ſuſpē/
ſus: ēt q̊ ad alios: ſecꝰ ſi per occultā
q2 nō ē ſuſpēſus. Si ꝯtulit ſciēter
indignis bn̄ficia ſiue ſimplicia ſiue
curata mortale eſt. Idem ſi accepta
uit a patronis pn̄tatū ineptū: idem
ſi ꝯfirmauit idignū. Si ꝯtulit plu/
ra bn̄ficia i caſu non conceſſo vni
vl' plura officia aut prebendas aut
dignitates: vel ſi conſanguineis mi
nus aptis contulit ratione conſan/
guinitat] poſtponēdo aptiores mō
tale eſt. Si admiſit ad beneficia
hn̄tia curam aiaꝝ ſeu ipſa contulit
nō habētibꝰ annū. xxiiij. mortale ē.
Si eccleſijs de iure vacantibus
nō prouidit de rectore ſicut vacant
curata beneficia data abſq3 diſpen
ſatōe pape his qui non attingūt an
nuꝫ. xxv. vel ſi ifra annuꝫ nō faciūt
ſe ad ſacerdotiū ꝓmoueri: niſi cau/
ſa ſtudij ſit obmiſſum: de quo in. c.
circa beneficiatos ſupra. Si eni
infra ſex menſes. p̄mo poſt hoc nō
prouidit non poteſt poſtea ſe intro
mittere: alias vſurparet quod non
poteſt q2 mortale eſt: ⁊ non tenet' ta
lis collatio: ⁊ ſic teneret̄ errorē ſuū
manifeſtare. Idē quo ſupo recepto
ſcd̄o beneficio vacauit primum vl'
ſecunda prebēda vacauit prima: de
quo habes. s̄. ſed plene i 3ª parte ſū
me. Si ordinauit aliquem cleri/
cum ad ordinem ſacrum ſine titulo
vl' bn̄ficiū: vl' ſalteꝫ p̄rimonio ſuffi
ciēti: q2 vltra peccatū tenet̄ ei expē
ſas facere quouſq3 de bn̄ficio ſit ei
ꝓuiſū: niſi aliqs ep̄s h̄ ei cōmiſiſſet
determinando pſonaꝫ: q2 tūc ille cō
mittēs tenetur ad id de hꝰ: de qui/
bus vide in 3ª parte ſum. ti. Si i
viſitatione non diligenter queſiuit
de quibus debuit ⁊ maxime de vi/
ta ⁊ honeſtate ſacerdotum offician
tium: et quomodo ſe habeat in ad
miniſtratione ſacramentoꝝ ⁊ de

UVA. BHSC. IyR_109_1

forma eoꝝ. Si bñ ꝓnunciāt p̄cipue baptiſma qḋ ē magis neceſſarium. De audiētia confeſſionum quomodo ſe habeat: quō ppl'm admoneāt: ꝛ i reb⁹ eccleſie p̄cipue altari quod teneat mundas. Si aūt iuenit ꝛ hi⁹ notabil'r excedē ꝛ piculoſe ſi nō punit ꝛ ꝓuidet ꝙ illi ſe emendent: vel ꝯ alio ſi iſte ē icorrigibilis ꝛ oīo ineptus grauiter peccat: ꝛ oīa mala ꝛ dāna aīarū q̄ inde ſequunt̄ ei iputātur ſi pōt obuiare: ꝛ nō facit. 83. di. ꝑ totū. Si non viſitauit epatum ſuum vt debuit. Si i viſitatiōe nimis ſūptuoſus fuit: ꝛ cū nimia familia: ꝛ eq̄tauit nimijs vltra p̄ſcriptum numerū: l' ſi ip̄e l' familia ei⁹ mūera accepit: ſuper quo eſt ſpālis pena: ꝯ q̄b⁹ plene i z^a pte ſū. Si ſuſtinet in officijs ꝛ bñficijs notorios ꝯcubinarios: q̄s dꝫ p⁹ admonitionē: ſi nō dimittat ēt bñficio p̄uare grauit̄ peccat. Si ꝑ alijs malis ꝛ ſceleribus manifeſtis nō punit i vſuris: ludis tabernis aleis negocijs ſecularib⁹ venatōibus ꝓditorib⁹ ꝛ hi⁹. In his. n. nō puniēdo vr̄ male poſſe excuſari a mortali: niſi ex hi⁹ punitionib⁹ ſeq̄ret̄ ſciſma vel magnū ſcandalū. di. i. c. vt ꝯſtitueret̄. Si laicos ſibi ſubditos notorios pctōres q̄s ꝑ ſe nouit: vl' ſibi ꝑ prochianos eorū ꝯnunciatos: vt adulteros vſurarios inimicitias manifeſtas exercētes nō corrigit ꝑ cēſuras ꝛ alios modos grauiter peccat: niſi obmittat: q2 nō ſpat̄ emēdatio: ſed deterioratio eius. Sed tñ h̄ nō vr̄ ſufficiēter excuſar̄: ſed hoc aliud: ſi temeret̄ grue ſcādalū i alijs. di. 44. c. cōmeſſatōes. Si malas ꝯſuetudīes quas reperit i ſua dioceſi nō nitit̄ auferre quātū pōt: vt vēdere laborare ꝛ hi⁹ in diebus feſtiuis nō cōicari ſemel in anno: ꝛ ꝯfiteri ꝛ hi⁹: tripudiare in eccleſijs: ꝑmittere violari eccleſiaſticam libertatē aut ꝙ clerici cōueniant ꝑ ꝺlictis l' ꝑ debitis i iudicio ſeculari: l' eccleſiaſticā imunitatē: vt q̄ extrahāt̄ ꝺbitores l' malefactores ꝑ violētiam de locis ſacris: ꝛ hi⁹ i caſib⁹ nō ꝯceſſis. dꝫ. n. ꝓhibē ꝛ ſi poſt admonitōem nolunt deſiſtere excōicare: ꝛ ꝑ ꝯmiſſis iā punire: alias peccat g̅uit̄ obmittēdo ex timore: vel negligētia: di. 43. ſit rector vl' doctor. Si fruct⁹ l' reddit⁹ epatus ſui male expēdit dādo ꝯſanguineis ſuis: l' alijs nō idigentibus peccat grauiter: ꝛ ſi diſticta ſunt ea q̄ ꝺputant̄ ad mēſā ei⁹ ab alijs: ꝛ ſi ea que errogare dꝫ clericis: vl' ad reparationē eccl'e l' paupib⁹ dat cōſanguineis l' alijs amicis ſine ꝓbabili idigētia tenetur reſtituere illa q2 rapinā fecit: ꝛ ſil'r recipiētes ab eo: ſi ꝟo nō ſunt diſticta hec bona cū intelligant̄ oīa cōmitti fidei ſue: ea q̄ ſupfluunt ad vſuꝫ ſui ꝛ familie ſue cōuenienter dꝫ paupib⁹ errogare: al' non dādo paupib⁹ ſubtrahit. 12. q. 2. c. aurū. ꝛ. c. glīa epi. Tho. Si grauauit ſuos ſubditos ī indebitis collectis. Si fecit clericos ſuos ſoluere collectas talias poſitas a dño tpali: vl' gabellas ad ei⁹ inſtantiaꝫ.

Si ſpōte ipſe dedit abſq; licētia romani pontificis: q2 prohibetur. Si delicta clericoꝝ: vt blaſphemātium deū vl' ſcōs ſuffocantiuꝫ puulos ex iaduertētia ꝛ hi⁹ puniuit magis pena pecuniaria ex auaricia: et magis pp lucruꝫ q̄ ꝑ ſalute eorum ad refrenandū. Si viſitabit dio

UVA. BHSC. IyR_109_1

ceſim vel viſitari fecit magis ꝓpter lucꝛꝫ ꝙ ꝑ aiaꝝ ſalutē. Si aliena uit bona epatus ſui ſine licentia pa pe in caſu idebito: in qͣlꝫ boꝝ ē moꝛ tale. Si iura aliaꝝ eccleſiaꝝ non ſeruauit. Si bona vacantiū eccle ſiaꝝ ſibi vſurpauit cū debeant ſuc ceſſoꝛi reſeruari. Si iuſta debita a p̄deceſſoꝛibꝰ ꝯcta rōne ecclie nō ſoluit. Si fructꝰ alicꝰ bn̄ficij ad tempus accepit vel ptē ab eo cui d̄ dit vult hr̄e in quolꝫ boꝝ ē rapina.

Si ñ ſeruauit foꝛmā iuris circa manifeſtos vſurarios: ſed de certa quātitate ꝯtētus non facta debita reſtitutōne remittit ſibi: ⁊ ad ſacra ⁊ ad ſepulturā admittit. Si icerta paupibus diſpēſanda in vſuꝫ ſuuꝫ ꝯuertit ſine neceſſitate. Si ſnias excōicatōis de facili ꝑ lucruꝫ pꝛo fert vel abſolutiōes. Si pmiſit que ſtuarios vel alios ꝓnūciare idiſcre tas indulgētias ⁊ falſas: qͦlꝫ ē moꝛ tale ⁊ graue. Si exēptos: vt p̄dica toꝛes fratres ⁊ minoꝛes: heremitas ſci Aug. carmelitas ſeruitas ciſter ciēſes: ⁊ alios hn̄tes p̄uilegia exem ptionis iniuſte moleſtat non ſeruā do eoꝝ p̄uilegia: vel ꝓ audiētia cō feſſionū: non admittēdo ſibi p̄ſen tatos idoneos: ſm cle. dudum de ſe pul. l ſibi retinendo nimios caſus: vel iconſuetos: vt quotidie hēant ire ad ipm l ad aliū cogendo: quātū ad id in quo ſunt p̄uilegiati: vl eos ad iudiciuꝫ trahēdo cum i nl'lo poſ ſit eos cōuenire niſi ꝓ hereſi peccat grauiter. Si monaſteria monacho rū vel monacharum nō exempta ñ honeſte ⁊ diligēter viſitauit: ⁊ eos vel eas ad ſeruandū regulā iduxit: deponendo abbates l abbatiſſas: ꝓ relaxatione cū expedit hn̄do curaꝫ de honeſtate eaꝝ: ⁊ ꝙ non habeant familiaritatē cū clericis religioſis vel laicis ꝓuidendo d̄ diligēti clau ſura ⁊ de cōfeſſoꝛe ſecuro docto ⁊ bone ꝯſciē: ꝓhibendo igreſſū ſimo niacū: ⁊ cōia feiaꝝ q̄ ibi fiūt ⁊ feſta vana: i ꝯſecratōe eaꝝ.

De iudicando i foꝛo ꝯtētioſo.

Si non tenuit vicariū pituꝫ ⁊ bonū: pꝛecipue qn̄ ex ſe ñ habuit debitā ſufficiētiam iuris. Si nō ſeruauit d̄bitū oꝛdineꝫ iudiciariū. Si fuit acceptoꝛ pſona rum. Si dedit iniquas ſn̄ias dic vt s̄. i. c. circa iudices. Si ñ ſuauit de bitā foꝛmā iuris iferendo ſententi as excōicationis ſuſpēſionis ⁊ iter dicti: qꝛ vltra pctm̄ moꝛtale incur rit certā penā de qua in 3ͣ pte ſum. p̄cipue i cauſis mr̄imonialibꝰ oꝫ eē cautiſſimū: ⁊ pōderoſū circa diuoꝛ tia. Si dedit licētiā dn̄o tpali vl iu dici v̄berandi vel ponendi in pati bulo: vel incarcerandi vl alias pu niēdi clericos ſuos: niſi in caſu in q̄ eēnt icoꝛꝛigibiles p euꝫ: qꝛ efficitur cū p̄dictis excōicatuſ. c. vt fame. de ſen. excō. Nemīnē tn̄ dꝫ verberare manibus ſuiſ: nec tn̄ cū expedit per laicū: ſed per clericū dꝫ facere v̄be rare clericum ſm iura ⁊ a cauſis ſā guinū dꝫ abſtinere ope ꝯſilio ⁊ mā dato. Si hereticos diligent̄ nō i qͥſiuit in dioceſi ſua: ⁊ puniuit ſꝫ iu ra. Si teſtamēta ⁊ vltimas volun tates non fecit implere pꝛecipue le gata facta ad pias cās. Si diſpē ſauit in votis ⁊ iuramentis i qbus non potuit: vl ſi potuit tn̄ in diſcre te ⁊ ſine cā rōnabili pctm̄ ē graue.

Si abſoluit a ſententijs a qbus



UVA. BHSC. IyR_109_1

nō potuit: vt pāpe reſeruatis: vl' di ſpenſauit in irregularitate ꝺ qua ñ potuit. Si exemplaris fuit in habi/tu nō precioſo: vel pomposo ſupel/lectilib⁹ nō argenteis ⁊ curioſus ī apparatu dom⁹: ⁊ ornatu non ſecu laris: in victu ſobrio nō conuiuali ni ſi ꝓ pauperibus ī viſitādo eccleſias ītereſſendo diuinis: ⁊ precipue in dieb⁹ feſtiuis: hec dȝ facere ꝯȝ iura ī ſolēnitatib⁹ ꝑcipuis cātādo miſſā dicendo offm̄ deuote nō curſim or/dinando ꝙ dicat̄ in eccl'a ſua debi/te: frequentando orones priuatas vacando lectiōi: di. 36. per totū. pre dicādo ſi ſcit: ſꝫ neſcit ꝓuidēdo gre/gi ſuo de pdicatorib⁹ vtilioribus ñ curioſis ⁊ de ꝯfeſſorib⁹ tenendo ho neſtā ⁊ deuotā familiam ſollicitus de ei⁹ ſalute vitādo mlier ꝯuerſa/tionēȝ ſicut pōt. In exitu de domo raro niſi ad eccl'am: ſepe ꝯferēdo ⁊ ꝗrendo ꝯſilia a ſeruis dei quō poſ/ſit ſuo gregi ꝓuidere adulatōes vt venenū abhorreat: pater viduaruȝ paupū orphanoꝝ ⁊ oppreſſoꝝ exi/ſtat: ⁊ cās eoꝝ ſine expēſis expediri faciat. In iniurijs proprijs non ſit vindicatiuus: ſed patientiſſimus ī v̓bo ⁊ guſto nō ſubitus ⁊ iracūdus nemini multū familiaris niſi ſeruiſ dei: ſupiorib⁹ obediēs: equalib⁹ nō inuidens: non gaudens de dignita/te ⁊ honore ſed lugēs ꝓ extiori oc/cupatōe ⁊ plebis offenſione: ⁊ ſi in oīb⁹ diligent̄ ſe habuerit: nil deo ac ceptabili⁹. Si v̓o ꝑ functorie ⁊ ma le: nil miſerius ⁊ dānabilius epi di/gnitate: vt dicit Aug. di. 40. c. ante oīa. De p̄latis habes multa ī 3ª ꝑ te ſum. ti. ſi. ꝓ totū. Epi ⁊ ſupra cō/cedētes vnā domū vſurarijs mani feſtis alienigenis ad fen⁹ exercēdū ſunt ipſo facto ſuſpenſi: ex̄ ꝺ vſu. c. vſuraꝝ. li°. 6°. Silr ſi ꝑmittūt ꝙ hi⁹ vſurarij alienigene exerceāt fenus ī terris eoꝝ ſubiectis iuriſditioni: niſi īfra tres mēſes expulerint eos ſuſpenſi ſunt: vt in dicto. c. vſurarū ꝺ vſur) li° 6°. Qui ſe gerit ꝓ papa electus a minori pte q̄ȝ a duab⁹ pti/bus cardinaliū ē ipſo facto excōica tus. Et ſilr cardinalis qui preſum/pſerit noīare talē papā: ⁊ ſilr oīs alij q talē recipent ꝓ papa: extra de elec. c. licet. li° 6°. Oēs clerici ⁊ re ligioſi ac laici ſiue familiares curie ſiue alij q aliqđ pactū fecerint: t'ali qd magnū vl' puum ꝓmiſerint: vel ꝓmiſſionē receperint ex pacto l' ꝓ miſſiōe occulta vl' manifeſta dede/rint: l' recepint qd magnū vel puūȝ ꝓ aliqua iuſticia vl' grā ꝓ ſe vl' alio ī cāis iudiciarijs vl' lr̄is aplicis: et qbuſcūq; modis ab aplica ſede ob tinende ipſo facto ſunt excōicati. In extrauaganti Bonifacij octaui c⁹ abſolutō pape reſeruat̄: hec hn̄t locū in curia romana. Jo. an. Anto. de butrio eaȝ allegat.

De abſolutione ⁊ penitētie iniū/ctione. c. 16.

Oſtq̄ȝ v̓o penitens dixit ex ſe peccata ſua ſiue ex iter/rogatōe ꝯfeſſoris introgā/tis pctā ſua vt d̄buit: tādē ꝯcludat. In iſtis peccaui: ⁊ in multis cogita/tōe: delectatōe: locutōne: ope: ⁊ ob/miſſione vl' aliquo de hi⁹: de qbus dico meā culpā. Cōfeſſor v̓o iterro get eū ſi ſit talis de quo non dubite tur: qr tūc ſupfluū ⁊ irriſibile. Si ipē dolet ꝺ oīb⁹ pctīs venialibus ⁊ mortalib⁹ ꝯfeſſis: ⁊ ſi ꝓpōit firmit̄

UVA. BHSC. IyR_109_1

ab illis abſtinere ſeu ab oib⁹ morta lib⁹. Si ꝟo tal' hꝫ aliq̄ reſtituere: vł famā vł res vł ꝑ iniuria ſatiſfacer̄: ꝛ hi⁹: ſi ē pat⁹ facere q̄ȝ citius pōt: abſq; dilatōne aliq̄ q̄ reſtitutio quō facięda ſit: ꝛ q̄ ordine q̄ ad certa ꝛ i certa: vide i 2ª pte ſū. ti. de reſtitut]. p totū: ꝙ ſi dicat ſe nolle iſtud facē ł n̄ poſſe: cū tn̄ poſſit nō ē abſoluen dus. Tho. vt dr̄ xjª. q. 3ª. c. tūc vera pōt tn̄ ſibi dici. Miſereat̄ tui ꝛc. ſꝫ nullo⁹. Ego abſoluo te. Pōt ēt ei in iūgi aliqd bonū faciēdū: non tn̄ in pn̄ia declarādo ſibi h̄ ꝙ in fructuo ſa ſit talis confeſſio ei ꝛ ſine remiſ ſione peccatoꝝ de pe. di. v. c. falſas Sed ſi pat⁹ ē facere oīa ad q̄ tenet̄ tūc ſi eēt aliq̄ excōicatōis ſn̄ia liga tus: ſi nō potes eū abſoluere ab illo remitte eū ad epm̄: ſeu ad aliuꝫ qui poſſit abſoluere: vel tu vadas ad ꝓ curādū abſolutionē ꝓ eo: ꝛ cū ē ab ſolut⁹ ab excōicatōe poſtea tu eum abſolue a pctis ꝛ n̄ pri⁹. Tho. Si aūt potes eū abſoluere hn̄do i hoc ſpālē auctoritatē: ſi non abſoluiſti eū in pn̄⁹ qd dcēti⁹ fuit: nec tn̄ ē mł ta vis ſi fiat in fine ꝯfeſſiōis dūmō fiat an̄ abſolutōnē a pctis abſolue eū p hūc modū vt infra. Primo exigēdū ē ab eo iuramētū vt ſit pa tus ſtare mandatis eccleſie q̄ illi fi ent ꝓ illa cā: quo iuramento preſti to iniungatur ei hoc. ſ. ſi icidit faci endo ꝯ aliquem canonem ꝓponat non amplius facere contra illum. Si vero pro offenſa vel dāno fcō in alium ꝓmittat ſatiſfacere quan tum poteſt: ꝛ hoc facto denudatis humeris ꝯfeſſor ſeu abſoluens cuꝫ diſciplina vel virga pcutat eum di cēdo pſal. Miſerere mei deus: vel alium pſalmum penetentialem dā do ictum ꝓ quolibet verſu: poſtea vero gloria patri: ꝛ ſicut erat: finit] ſubiūgit: kyrieleiſon: xp̄eleiſon: ky rieleiſon. Pat̄ noſter. Et ne nos. ℣. Saluum fac ſeruum tuuꝫ. ℟. Deuſ me⁹ ſperātē in te. ℣. Eſto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie ini mici. ℣. Nihil ꝓficiat inimicus in eo ℟. Et ſi filius iniquitatis nō appo nat nocere ei. ℣. Domine exaudi o rationem meam. ℟. Et clamor me us ad te veniat. ℣. Dominus vobiſ cum. ℟. Et cum ſpū tuo. Oremus.

Deus cui proprium eſt miſereri ſemper ꝛ parcere ſuſcipe depreca tionem noſtram: ꝛ hunc famulum tuum quē ſentētia excōmunicatio nis ligatum tenet miſeratio tue pie tatiſ abſoluat. per xp̄m. d. n. auctori tatis oipotentis dei ꝛ beatoꝝ aplo rū Petri ꝛ Pauli ꝛ domini pape ł archiepi vel epi mihi conceſſa ego abſoluo te ab hoc vinculo excom municationis quam incurriſti pp iniectionē man⁹ violētā in clericuꝫ vel religioſum vel pp ingreſſum in monaſterium monialiū i caſu n̄ cō ceſſo ꝛ hi⁹. Et ſi plurib⁹ ſentētijs ē ligatus: ē dicendū totiēs ego abſol uo te ab excōicatione quam incur riſti pp talē ꝛ talē cām: ꝛ ſi plures pp eādē cām dicēdū ē totiens quo tiēs incurriſti: totiens ego abſoluo te: ꝛ reſtituo te ſcis ſacramentis ec cleſie ꝛ cōioni ꝛ vnitati fidelium. In nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritus ſancti amen. verberando eum vſq; amen. Nota tamen ꝙ iſta forma q̄ȝ uis debeat obſeruari: vt ex̄ de ſen. ex. c. nup. nō tn̄ eſt ita neceſſaria qn ſimplici ꝟbo fieri poſſet: ſed Pe. ꝯ



UVA. BHSC. IyR_109_1

pal. ⁊ Jo. de lig. Sic ḡ excõicatõ fie
ri põt ſimplici ꝟbo ꝗuis nõ debeat
fieri: ſic ⁊ abſolutio ex̄ de reg. iur̄l.
c. oīs res. ſꝫ qñ fieret hiꝰ abſolutio ī
publico: vt erga mulieres forte tūc
eēt obmittēda hiꝰ ꝟberatio ne de-
nudet̄ pctm̄. Si ꝟo qs pp rē ab-
latā alti eēt excõicatus ꝗuis reſti-
tuerit: nõ tñ eſt abſolutꝰ: niſi iudex
q cõtulit ſñiaꝫ eū abſoluerit: ⁊ hoc
declarandū ē pſonis poſt abſolutõ
nem ab hiꝰ: vł ſi nõ ē aliq̄ ſñia lega-
tus ſi hꝫ aliquos caſus peccatorum
epo reſeruatoꝝ de qbꝰ nõ potes ab
ſoluere: nihilominꝰ abſolue eū ab il
lis a qbꝰ potes ſub hac fõma. Si
teneris aliq̄ vinculo excõicationis
minoris ego abſoluo te ⁊ reſtituo
te ſactiſ ſacramēt] eccleſie. Jn noīe
pr̄iſ ⁊c. Miſereat̄ tui ⁊c. Filiuſ dei
p ſuā miſicordiā te abſoluat: ⁊ ego
auctoritate q̄ fungor abſoluo te ab
oībꝰ peccatis tuis: a qbus poſſū te
abſoluere. Jn noīe pr̄iſ ⁊c. Peccata
ꝟo a quibus nõ põt eum abſoluere
expmat ei īpones vt habeat recur-
ſum ad epꝫ vł eiꝰ vicariū pp hiꝰ ab
ſolutionem ⁊ dicat ea ſibi ī ꝯfeſſiõe
vł ſi eēt ſimplex ⁊ neſciret ita bñ ex
primere factū ſuū ſcribat confeſſor
ī cedula illud: vel illa ſi ſunt plura:
vt illā portet penitēs epo vel eiꝰ vi
cario ſub hac forma vł ſimili. Lato
rē vel latricē pñtium ꝓ homicidio
vł inceſtu tali gradu ⁊ hiꝰ cõmiſſo
abſoluēdū veſtre pr̄nitati tranſmit
to: vt abſolutõis bñficiū īpedendo
⁊ ei ſalutarē penitētiā iniungendo
īpaꝫ ſancte eccleſie recõcilietiſ: ꝙ ſi
epꝰ vel vicariꝰ remittat eū ad cõfeſ
ſorē īpſū auctoritate illiꝰ iterꝝ abſol
uat ab oībus: ⁊ īponat penitētiaꝫ ꝓ
illo ꝓ quo nõdū īpoſuerat ⁊ cautuꝫ
reddat illū ne illā cedulam alteri le
gendā tradat: vel ēt īpe cõfeſſor ſi
põt vadat ꝓ eo ad epm̄ ꝓ auctorita
te: ſi ſibi velit dare. Si ꝟo iꝰ non
hꝫ caſū de reſeruatis vł ſi hꝫ: ⁊ con
feſſor põt de oībꝰ abſoluē pmiſſa
abſolutõe ab excõicatiõe minori: ⁊
alijs vt. ſ. Miſat̄ ⁊c. Filiꝰ dei ⁊c.
Ego auctoritate qua fungor abſol-
uo te ab oībꝰ peccatis tuis. Jn noīe
pr̄is ⁊c. ⁊ faciat tūc ſignum crucis
cū dicit in noīe ſup illū: nec ē neceſ-
ſaria manꝰ impoſitio ſup penitentē
īmo nec dicēs ſm Tho. pcipue ſup
mulieres: magis cni decet ſignatio
crucis: ⁊ poſtea addat. Paſſio dñi
nr̄i ieſu xpi: ⁊ merita beate Marie
ꝟginis ⁊ oīum ſanctoꝝ ⁊ ſanctarū
dei merita: ⁊ qcquid bõi feceris: vł
proponis facere: ⁊ mala que ſuſtine
bis ſint tibi in remiſſionē oīuꝫ pec-
catorum tuoꝝ: que verba non ſunt
obmittēda qr ſunt magne vtilitatiſ
. ſ. oīa hiꝰ cum habeant vim ſatiſfa-
ctionis ex virtute clauium ⁊ ſic ma
gis valent. Tho.

De pñia iniungenda penitenti.

Jniungēdo ꝟo penitētiā pe
nitēti hoc maxime attendē
dum eſt ſm oēs: vt. ſ. talem
des ꝙ credas eū omnino perficere
quantūcunqꝫ ſit magnꝰ peccator: ⁊
ſm Chriſ. melius eſt in huiuſmodi
reddere rationem de nimia miſeri-
cordia ꝗ de nimia iuſticia. 26. q. 8.
c. allegant. Dando etiam libertateꝫ
ꝙ cum vna die obmittit. ſ. orationē
iniunctam vel ieiuniuꝫ poſſit ī alia
die ſupplere. Si vero dubitatur
de aliquo: ne faciat penitentiam pu
ta ieiuniū: dicas ꝙ faciat loco ieiu-

UVA. BHSC. IyR_109_1

nij elemoſynā vł aliud. Orationes ꝟo perſonis q̄ de facili ſolent recidiuarī i mortali raro dāde ſunt ł p paucos dies dande ſunt. Jeiunia ꝟo elemoſyne ⁊ pegrinatões et hi⁹ poſſunt dari p plures dies: qa hi⁹ ēt ſi fiāt i mortali nō ſūt reiterāda q: valēt quātū ad effectū quez poſt ſe relinquunt p⁹ expletionē i ſatiſfaciēte cū qs reuertit ad gratiam. Tho. Querēduz ē ēt a penitente ſi pōt ł dubitat facere pniam ſibi datā: q: tūc nō eēt dāda: vel cōmutanda vł remittenda eēt. Declarādū ē ēt peccatorib⁹ magnis ſm Hoſti. ꝙ ſm regulas eccleſie taxatas. 22. q. i. c. pdicādū p q̄lz mortali eēt ſeptēnis pnia iniungenda: ⁊ ideo non credat pctā ſua leuia: q: pua datur ei pnia: q: h̄ fit ne eam dimittat: qḋ eēt ei mortale: ⁊ oporteret ei cōfeſſionem iterare ſi eſſet oblitus eius. Pōt ēt admoneri ꝙ faciat aliquod memoriale de pnia ſibi iniuncta vt melius illi⁹ recordet: ⁊ ſi obliuiſceretur ꝙ ad te reuertat: vł ſi nō pōt bñfacere illā tu cōmutabis eaz ſibi.

Si ꝟo poſtea recordat de aliq̄ pctō criminali: q̄ tūc fuit oblitus ſi pōt tui h̄re copiā reuertat ad te q̄ꝟuis nō ſit ei neceſſariū: vł vadat ad aliū: nec tenet niſi tm̄ illud dicere.

Si hz vota q̄ non pōt iplere vel dubitat: ſi tu hēs in hoc ſpālem auctoritatē diſpēſa: vel poti⁹ in aliud pium cōmuta: ſi ꝟo hēs auctoritatem remitte euz ad epm vł ei⁹ vicariū. Caue ēt ne iiūgas pniaz p quaz fiat piudiciū alieno iuri: aut p quaz detur occaſio ruine ſpūalis alicui: aut p quā poſſit manifeſtari alteri⁹ peccatum occultū. Cōfeſſum autez quantū potes ſtudeas ad ɔtritionē iducere ꝟbis ſiue ante ſiue i pceſſu ſiue poſt ɔfeſſionē vt nō dicat peccata ſua q̄ſi fabulas ſed cū deteſtatione: ⁊ vt ait Augu. Caute ⁊ aſtute aliq̄n iterrogādo q̄ credit illum ex verecūdia occultare. Circa ꝟo turpia ⁊ carnalia pctā nō deſcēdas nimis ad particulares circunſtātias: poſtq̄ hētur ſpēs ſufficiēs peccati ⁊ hi⁹ a remotis interrogādo ne adiſcant hoīes malicias ⁊ pctā q̄ neſciunt. Tho. Admonendū eū ſup oīa: vt vitet malas ſocietates: freq̄nter ɔfeſſionē: audiat ſepe ꝟbū dei: que orōnes ⁊ pticipatões bonoꝝ q̄ fiūt in regionibus ⁊ indulgentias.

## De infirmis. c. 17.

Circa īfirmos ſic agēdū eſt: Aut. n. talis ē i piculo mortis: aut nō: dico aūt piculuz mortis nō ſolū q: in extremis cōſtitutus: ſed q: frequenter contingit hoīes mori ex illa īfirmitate: ⁊ medici dubitāt. In tali caſu pōt q̄libet abſolui a q̄libet ſacerdote de quolibet pctō ⁊ a q̄libet ſnīa abſq̄ alia licētia cum piculum eſt i mora. Talis enim infirmus aut iā amiſit loq̄lā vł vſum rōnis: puta qa iā freneticus: aut non in primo caſu: ſi bene viuebat: vt bonus fidelis ⁊ frequentabat confeſſionem cōloncm ⁊ hi⁹: ſi petierit ſacra quāuis ex inſperato ⁊ talia acciderint. Uel ēt ſi malus ⁊ obſtinatus diu pſeuerās i peccatis: ⁊ diu nō ɔfeſſus: ſi petijt ſacerdotem vt confiteretur ⁊ oſtēdit ſe velle facere omnia q̄ dbet: et interea factus eſt mutus vel freneticus ⁊ periculum eſt in mora debz pſupponi cōtritus ⁊ faciēte aliquo



UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝯfeſſionē gn̄alem ꝓ eo ſicut fit ī po
pulo ſacerdos faciat abſolutionē
ab omni ſententia ⁊ peccato: ⁊ pōt ī
iūgere circūſtātibus aliquod ꝓ eo
faciēdum vł heredib⁹ aut ꝯſangui
neis ꝓ eius aīa ſi volunt acceptare.
Deīde dꝫ dari eucariſtia a ꝓpꝛio
ſacerdote ſeculari: q̄uis non ſit cō
feſſus qꝛ nō potuit: vł ab alio ſacer
dote ſeculari: nō aūt religioſo: ſi nō
habuit licētiam a ꝓpꝛio ſacerdote
vel epō: alˀs ipſe religioſus icidēt ī
excōicatōem papalē ī hoc caſu ⁊ h̄
verū ē niſi timeret̄ de expuitiōe vel
vomitu eius qꝛ tūc nō deberet ſibi
dari eucariſtia: ſꝫ extrema vnctio
tm̄: imo ēt ſi nō potuit cōicare: qꝛ ſi
ꝓpter freneſim nō ꝑmitteret ſe vn
gi: poteſt ligari ⁊ ſibi violenter da
ri. Aſtantibus aūt infirmo dꝫ credi
ſi perhibent teſtimonium ꝙ petie
rit confeſſionem: ⁊ oſtēderit ſigna
contritionis. Si autem non eſt diu
confeſſus: vel qꝛ notoꝛius peccatoꝛ
incurrit ſubito amentiam ⁊ mutita
tē vł infirmitatē: nec pꝛius nec poſt
oſidit ſigna cōtri tōis nil ei dari dꝫ
nec ſacra: nec ecc eſiaſtica ſepultu
ra. Si vº nec loq̄lam amiſit: nec a
mentiā īcurrit: dꝫ ab eo exigi pura
ꝯfeſſio peccatoꝝ plus ⁊ min⁹ ſꝫ ꝙ
patitur tp̄s. Nam ſi eſt in extremis
ō p̄ncipalib⁹ ē īterrogandū p maxi
me īducēdo eū ad ꝯtritōem cū ſpe
venie: ſed ſi nō eſt ita in extremis:
⁊ vellet facere gn̄alem confeſſionē
de tota vita ſua ſicut multi infirmi
fecerūt: q̄uis nō ſit neceſſarium de
his q̄ rite alˀs ꝯfeſſus eſt iterare cō
feſſionē admittēda ē: ⁊ tandē abſo
lutio īpendenda ab omni ſententia
excōicatōis ⁊ ab omni peccato mō
ſupꝛadicto in ca. p̄cedēti: ita tamen
ꝙ ſi ligatus eēt aliqua excōicatiōe
a qua confeſſoꝛ ex̄ illud periculum
nō potuiſſet abſoluere: debet ei in
iungi: ꝙ ſi euadat infirmitatem q̄
citi⁹ cōmode pōt p̄ntet ſe ei ad quē
oꝛdinarie ſpectabat abſolutio illi⁹
excōicationis: alias ſi nō faceret re
incideret in eandem excōicationē
ex̄ de ſen. ex. c. eoſ. liº. 6º. Sꝫ ſi erat
detentus aliquo pctō de caſib⁹ epō
reſeruatis: non dꝫ ꝙ iniungat ei ꝙ
poſt ſanitatem ad epm̄ vadat ꝓ ab
ſolutione: qꝛ ad illud nō tenet̄: ſed
ſufficit ibi iª abſolutio. Nota tn̄
ꝙ ſi talis eſſet vſurarius publicus
nō poteſt talis admitti ad confeſſi
onem cōionem ⁊ ad alia ſacra: niſi
facta pꝛius cautione de reſtitutiōe
vſurarum: vel ꝓmiſſiōe ab here
dibus de hiˀ: ⁊ ſi in caſu ꝙ amiſiſſꝫ
ipſe loquelam: vel vſum rōnis oſtē
dat poſt ſigna contritionis ſm foꝛ
mam iuris q̄ hr̄ in. c. q̄cq̄ de vſur. li.
6º. His peractis nō eſt pn̄ia īfir
mo iniungenda: qꝛ eā facere n̄ poſſꝫ
ſed īnoteſcēda: vt dr̄. 26. q. 7. c. ab
infirmis: declarando ſibi talē tibi
darem pn̄iam ſi eſſes ſanus: quāuis
deberes facē multo maioꝛē ſm re
gulas eccłie: ſed qꝛ nō potes modo
cū eris ſan⁹ facies h̄ ł illud: ł venies
ad me ⁊ tibi dabo. Iſtud tn̄ vltimū
nō vr̄ ſecuꝝ: qꝛ raro reuertūtur ꝓ
pn̄ia. Si vº de⁹ aliter ō te diſpōe
ret: dimittas ꝓ aīa tua tm̄ ꝓ pn̄ia.
Pōt ēt iniungi amicis ł ꝯſangui
neis aliq̄d ꝓ pn̄ia ſi vterq꞉ acceptat
⁊ ſi credat̄ ꝙ ſatiſfaciēs ſit in ſtatu
grē ſup oīa enim auiſandus eſt: vt
ſi dꝫ aliq̄d alicui: vł rōne maleficij
vł ꝯtus: vł depoſiti vł aliter ōcla

UVA. BHSC. IyR_109_1

ret bn̄ vt non diſcedat cū alieno ab
h̄ ſeculo: ne ī eternū dānat̄. Et d̄ re
ſtitutōe ⁊ legatis ad pias cās: pro
aīa ſua ita diſpōat ꝙ cito cogātur
executores expedire ⁊ nō ꝓlongare
ſicut ſepe ⁊ q̄tidie faciunt: ꝙ ſi nol/
lent ſufficienter diſponere de reſti/
tutione fienda nō ē abſoluendus.

Exhortādus ē aūt ad ɔtritionē
ſimul ⁊ ɔfidētiam diuine miſericor
die exemplo latronis ⁊ meritis paſ
ſionis xp̄i. Si aūt bn̄ non poſſit co/
pia ſacerdotis q̄uis bonum ſit bn̄
in hı⁹ periculis in mari vꝫ bello vl̄
infirmitate vel morte violenta lai/
co confiteri: tn̄ nō eſt neceſſariū: qd̄
ſi fiat: ⁊ quis euadat: tenet̄ talis ite/
rū d̄ oīb⁹ illis pctis cōfiteri: q̄ non
hēbat iˢ claues eccleſie. Si v̄o in
firm⁹ nō ē ī pıculo mortis ſi hꝫ ca/
ſum excōicatōis: vl̄ pctā reſeruata
epō dꝫ ɔfeſſor ire l̄ mittere ad epm̄
ſi pōt ꝑ auctoritate hı⁹: tn̄ mō tali
ꝙ nō ꝓdat peccatorē: niſi prius ille
ſibi dederit licentiam nominandi
eū. Si v̄o infirm⁹ hꝫ indulgētiaꝫ
ī articulo mortis a papa appropin/
q̄nte morte ſic pōt fieri abſolutio
p⁹ oīa ſupradcā ꝑ dicta īdulgentia.

Forma abſolutōiſ ī arti⁹. mortiſ.

Miſereatur tui ⁊c̄. Auctorita
te dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ⁊ beato/
rū apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli ⁊
dn̄i nr̄i pape. N. ⁊ ſacte romane ec/
cleſie: in hac pte tibi ɔceſſa ſpāl'r ⁊
mihi cōmiſſa: cōcedo ⁊ do tibi ple/
nariā indulgētiā ⁊ remiſſionē oīuꝫ
peccatoꝝ tuoꝝ: de q̄bus ore cōfeſ/
ſus es. Nota hic an meli⁹ ſit dice
re de q̄bus modo confeſſus es: an
de quibus ore confeſſus es: ⁊ cor/
de contritus: q̄ non commiſiſti ſub
ꝓtextu iſtius īdulgentie inquantuꝫ
claues eccleſie: ſe extēdūt que q̄deꝫ
plenaria indulgētia ſit tibi ī augm̄/
tū virtutꝫ ⁊ gr̄e ⁊ acquiſitiōis vite
eterne. In nomine pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūs
ſancti. Amen.

Forma abſolutionis ab excōica
tione minori.

Ego te abſoluo a vinculo ex/
communicatōis quā incur
riſti ꝑticipādo cum excom
municatis ī caſu nō conceſſo in lo/
q̄la: in cibo: vl̄ potu ⁊ hı⁹: ⁊ reſtituo
te ſcīs ſacris eccleſie. In noīe pr̄is ⁊
filij ⁊ ſpūs ſcī. Amen. Nota vero
ꝙ ī abſolutione ab excommunica/
tōe maiori dꝫ primo exigi iuramē/
tum: vt. ſ. iuret ſtare mādatꝫ eccle/
ſie: que. ſ. fient ei ab abſolute ꝑ tali
mā: quo facto īponi ei debēt māda
ta rōnabilia: vt ſatiſfaciat ei quem
leſit: vel dānificauit ſi pōt: ſi tamen
ꝑ hı⁹ ē excommunicat⁹: ꝑcipue ei
iniūgēdū ē: ne amplius veniat ɔ̄ illū
canonē vl̄ ſi fuit excōicat⁹ pp̄ v̄be
rationē clerici: non amplius v̄bet.
Secūdo exutis humeris abſoluen/
dus dꝫ verberari cū v̄ga dicendo
pſalmū. Miſerere mei de⁹: vl̄ aliūꝫ
pſalmum penitētialem ad quēlibet
v̄ſum dādo vnuꝫ ictū. Poſtea ſub/
iūgat. Pater nr̄. Et ne nos. Saluū
fac ſuum: ⁊c̄. ꝑut paulo an̄. ſ. nota
tū ē. De⁹ cui ꝓpriū ē miſereri: ⁊c̄. tn̄
hn̄s auctoritatē abſoluat ſic dicen/
do. Auctoritate oīpotētiſ dei: ⁊c̄. ꝑ
ut. ſ. plene dictū eſt.

Forma abſolutōis a pctis excōi
cationis minoris.

Si teneris aliquo vinculo ex
cōicationis vl̄ ꝑticipatiōis
a qua poſſū te abſoluē ego



UVA. BHSC. IyR_109_1

abſoluo te:ꝛ reſtituo te ſctis ſacris eccłie. Jn noīe p̄ris ꝛc. Dñs nr̄ Jeſ⁹ Xp̄s te abſoluat:ꝛ ego auctoritate q̄ fungor abſoluo te a pctis tuis. Jn noīe p̄ris. Oīa bōa q̄: feceris vel facies ꝛ gcqd pateris vł patieris ſit tibi i remiſſionē peccatoꝝ tuorum oīum ꝛ i augmētū gr̄e ꝛ p̄miū vite eterne. Amen.

Forma ſacramēti baptiſmatis.

Ego te baptiço. Jn noīe p̄riſ ꝛ filij ꝛ ſpi. ſci Amē: Tho. i 4. ego ꝛ amē nō ſūt de ſubſtātia ſacri: tñ dici debēt ex ſtatuto ꝛ ꝯſuetudie eccłie. Sʒ ſi dubitatur ſi es baptçat⁹ nō te baptiço. Si nō es baptiçat⁹ ego te baptiço. Jn noīe p̄riſ ꝛ filij ꝛ ſpūs ſcti Amen.

Forma cōſecratōis ſeu chriſmatis dande p ep̄m.

Conſigno te ſigno crucis: ꝛ chriſmo chriſmate ſalutis. Jn noīe p̄ris ꝛ filij ꝛ ſpūſ ſācti. Amē. Jn frōte det: ꝛ cū chriſmate cōſecrato ab ep̄o. Tho. in. 4°.

Abſolutō a peccatis.

Ego abſoluo te a pctis tuis Jn noīe p̄ris ꝛ filij ꝛ ſpūſ ſācti amē. oīa ꝟo alia ſunt ad bene eſſe. Tho.

Forma extreme vnctionis: ꝛ primo ad oculos.

Per iſtā ſāctā vnctōeʒ ꝛ ſuā piiſſimā miſicordiā parcat tibi dñs gcqd p viſū deliqſti ſm ordinē fratruʒ p̄dicatoꝝ: vel ſic ſm clericos ſeculares: gcqd vicioꝝ oculo deliqſti. Jnungo oculos tuoſ iſto oleo ſcificato. Jn noīe p̄riſ ꝛc. Tho. in. 4. ſed ſuāda eſt prior. ſ. Gregoriana ꝛ fiēda eſt vnctio i ſex locį corpis ad min⁹. p̄°i vtriſq; oculis dicēdo vt. s. 2°i vtriſq; aurībus dicēdo p iſtā ꝛc. vt. s. ad illud gcqd ꝛ exinde ſic deliqſti p auditū vł auriū vitio deliqſti. 3°i narib⁹ dicēdo p iſtā ꝛc. gcqd deliqſti p odoratum vł nariū vitio deliqſti. 4°i ore clauſo dicēdo p iſtā ꝛc. gcqd p guſtū deliqſti: vł gcqd oris vitio deliqſti. v. i vtriſq; māib⁹ ab itro i palmis: dicēdo p iſtā ꝛc. gcqd deliqſti per tactū: vł tact⁹ vitio. 6°i pedib⁹ ambobus i p̄te ſupiori dicendo p iſtā ꝛc. gcqd deliqſti p greſſū: vł iceſſū: vel receſſū: vł taliū vitio deliqſti. Clerici ſeculares addunt 7ᵐ ad lūbos: q̄ fieri dʒ vbi ē ꝯſuetudo: lʒ non vtat ordo p̄dicatoꝝ erga frēs: ꝛ fit in renibus dicēdo p iſtā ꝛc. gcqd lūboꝝ vł p carnis vitiū deliqſti: ꝛ dū ſiūt vnctōes dicat̄ hec ꝟba ſemel tm̄.

Forma cōſecratōis corpis Xp̄i.

Hoc ē ſm Tho. i. 4. Hoc eſt enī corp⁹ meū: enī tñ nō ē d̄ ſuba ꝯſecratiōis: nihilominus tñ non debet obmitti: alias peccaret mortaliter.

Forma ꝯſecrationis ſanguinis.

Hic ē enī calix ſāguinis mei noui ꝛ eterni teſtamēti myſteriuʒ fidei qui pro vobis ꝛ pro multiſ effundetur in remiſſionē peccatoꝝ. Oīa. n. ꝟba hec ſūt de ſuba ꝯſecratōis p̄ter. n. ſm Tho.

Forma ordinum i p̄mo.

Ui cū ſint. 7. ſʒ Tho. glibʒ hʒ formā ſuā. Sciendum ē ſʒ Tho. in. 4. q̄ tūc iprimitur character ſeu r̄cipitur ordo cū porrectū iſtrumētū illi⁹ ordinis tāq; māʒ ab ep̄o dicēte formā illi⁹ ordinis tangit manum ordinantis ad illum ordinem.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Forma oſtiarij.

Ilis q ordinat̃ ad hũc ordi nem tradit eṗs claueſ eccle ſie dicẽs. Sic agite q̃ſi red/ dituri deo rõnẽ ꝑ his reb⁹ que his clauib⁹ recludũt. Archidiaconus ṽo oſtiũ eccl'ie facit illos tangere.

Forma lectoratus.

Uic tradit eṗs codicẽ de q̃ lecturus ṽba: ſic ꝓphẽ: vt miſſale: vel epl'ariũ librũ di cẽs. Accipite ꝛ eſtote ṽbũ dei lecto res habituri: ſi fidelit̃ ꝛ deuote im pleueritis officiũ veſtrũ ptẽ cũ his q ṽbũ dei ab initio miniſtrauerũt.

Forma exorciſtatus.

Uic tradit eṗs libellum ĩ q̃ ſcripti ſũt exorciſmi: vl' illũ vbi exorçiçat̃ aqua benedi cta vl' aliũ dicens. Accipite ꝛ cõmẽ date memorie: ꝛ habetote ptãtẽ im ponẽdi manũ ſup energumenos: ſi ue baptiçatos: ſiue cathecuminos.

Forma acolytatus.

Uic tradit eṗs ceroferariũ .i. cãdalebrum dicens. Acci pite ceroferarium cũ cero ꝛ ſciatis vos ad accedẽda lumina/ ria eccl'ie mãcipati. Accipiat etiam vrceolũ vacuũ ab archidiacono di cente eṗo. Accipite vrceolum ad ef fundendũ vinum ꝛ aquaꝫ in eucha riſtiã ſanguinis Chriſti.

Forma ſubdiaconatus.

Uic datur calix vacuus cũ patena ab eṗo. ꝛ vrceolus cũ aqua ꝛ manilli. i. bacili ꝛ manutergio ab archidiacono dicẽ te. Uidete cui⁹ miniſteriũ vobiſ tra ditur. ꝛ iõ ſi vſq̃ nunc fuiſtis tardi ad eccl'iam amodo debetis eẽ aſſi/ dui. Si vſq̃ nunc fuiſtis ſõnolenti amodo vigiletis. Si vſq̃ nũc ebrioſi amodo ſobrij. Si vſq̃ nũc inho/ neſti: amodo caſti. Oblatiões q̃ ve niunt in altari panes ꝓpoſitiõis ap pellantur: de ipis oblatõibus tãtuꝫ dꝫ poni in altari quãtũ poſſit popu lo ſufficere ne aliqd putriduꝫ in ſa crario remaneat. Palle ṽo que ſũt ĩ ſubſtratoria altaris in alio vaſe d̃ bẽt leuari. In alio corporales ꝛ pal le. Ubi aũt corporales lote fuerint: nullũ aliud linteamen debꝫ lauari. Ipa aũt aqua dꝫ in baptiſterio mer gi. Iõ admoneo vt vos exhibeatis ita: vt deo placere poſſetis.

Forma diaconatus.

Uic tradit eṗs librum euã gelioꝝ dicens. Accipite po teſtatẽ legendi euangelium in eccl'ia dei tam pro viuis q̃ꝫ pro d̃ functis. In nomie dñi amẽ. Itẽ eṗs ponit manũ ſuper caput eius dicẽs. Emitte in euꝫ queſum⁹ ſpũm ſãctũ ꝛc̃. Item dat ei ſtolã dicens. Accipi te ſtolam: vt pꝫ in põtificali. In da/ tõne tm̃ euangelioꝝ libri ſm Tho. character imprimitur.

Forma preſbyteratus.

Uic eṗs tradit calicẽ cũ pa tena preparata. i. cũ vino in calice ꝛ hoſtia ĩ patena: al's non reciperent characterem ſcõm Tho. Si non cẽt p̃parata dicẽs. Accipite ptãtem offerre ſacrificiuꝫ deo miſſaq̃ꝫ celebrare tam ꝓ viuis q̃ꝫ ꝓ d̃functis. In noie dñi amẽ. Itẽ ab eṗo ĩponitur manus ſup ordinã dum ꝛ oẽs ſacerdotes cũ eo ibi pre ſentes dicente ipo eṗo. Oremus. Di/ lectiſſimi dñi ꝛc̃. vt in pontificali. Pe. de tarantaſio dixit q̃ ĩ ipoſitio ne manuuꝫ imprimatur character.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Primū tñ verſ⁹ ē ⁊ cōius ſm Tho. ſ. in porrectōe calicis p̄parati: itē in ungunt manus ſacerdotis cū ordinat ab epo: dicēte. Cōſecrare ⁊ ſanctificare ⁊c. Itē aptat ſibi ſtolā ſup hūeros dicēs. Accipite iugū dñi ⁊c. Itē veſtit eū cum caſula. i. planeta dicēs. Stola innocētie ⁊c. Nō ḡ q̄ ſi primū fuerit obmiſſū. i. porrectio calicis p̄parati totū dʒ iterari quaſi nihil ſit factū. Si v̄o iſtud fuerit obſuatū ⁊ aliqd ō p̄dictꝫ alijs fuerit obmiſſū: nullo mō dʒ iterari ordinatio: ſʒ qꝛ obmiſſū eſt dʒ ſupleri ab epo i alia ordinatōe: ⁊ interi non celebret.

Forma ſacramenti matrimonij.

Non ē determinata. Eſt aūt forma illa expreſſio ɔſēſus p v̄ba vni⁹ i alterū cōiugū vt accipio te i vxorē: vel accipio te i viꝝ: vꝉ cū iterrogat: ſi vult talē in vxorē vꝉ viꝝ ⁊ rñdet q̄ ſic: vel ſi loqui non poteſt per ſcripturam: vel alia ſigna exprimenta conſenſum.

Explicit 3ᵃ ps: ⁊ per ɔñs tot⁹ tractat⁹ ſiue ſūmula de confeſſore cū iterrogatiōibus fiēdis. Reuerēdiſſimi friſ Antonij Florētie archiepi Eiuſdē icipit. c. i. de reſtitutōib⁹ in genere i quo ponūtur. 2ᵒ man⁹ rapientiū: quaꝝ q̄libet hʒ. v. digitos ſeu modos: ⁊ ſic ſūt cētū modi i qb⁹ fit reſtitutio vel errogatio: vt pʒ in 2ᵃ parte ſum. ti. 2.

E prima manu feneratoria pōt itelligi illō qō habetur Apoc. 17. Uidi mulierē ſedētē ſup beſtiā coccineā. i. diabolū habētē i manu ei⁹ poculū aureū. Hec mulier ē cupiditas q̄ i manu. i. i ope vſure hʒ diuitias q̄s ſitit ſed non extiguit ei⁹ ſitis: ſed ſolū delectat i vidēdo. hec aūt. 5. modoſ ſicut man⁹ hʒ. 5. digitos. Et p̄mus ē i pignorib⁹: qñ. ſ. qs p mutuo alteri facto recipit pign⁹ ab eo rei mobiꝉ vt veſtimētū: ſeu lucꝫ equi ſeu bi⁹ aut imobilis: vt poſſeſſionē ex q̄ capit fructū ſeu lucrū nō cōputās in ſortē: qō vſura ē niſi in cāu cum gener a ſoccro q̄uſq̄ habeat ab eo dotes ſuſtinēs onera mr̄imonij accipit poſſeſſionē ab eo i pign⁹: ex de vſuris. c. ſalubriter. Et ō hoc diffuſe in 2ᵃ pte ſum. ti. i. c. Scōs digitus ſeu modus ē i diſpoſitiōib⁹: cuʒ. ſ. qs deponit pecuniā apud mercatorē vel cāpſoreʒ vt vtat̄ ea: ſaluo tñ capitali ſuo: ⁊ cū intētōe p̄ncipaliter aliqd percipiendi vltra ſorteʒ nulla tñ facta pactōe ſuper hoc: ēt vſura ē. xiiij. q. iij. ſi feneraueriſ. ⁊ ō hoc in 2ᵃ parte ſū. ti. i. c. Tertius modus i emptiōib⁹ ⁊ vēditis: cuʒ. ſ. vēditur merces vltra iuſtum p̄ciuʒ rōne dilatōis tpis in ſoluēdo p̄ciuʒ ⁊ hoc i ſe rē illam intēdebat ſeruare in futurū qñ tm̄ quantuʒ vendit vel plus ſperabat valiturā. Similiter qñ rē emit min⁹ iuſto eo q̄ anticipat tp̄s ſolutōis precij an̄q̄ recipiat mercedē: vt puta tpe veris triticū recolligendū. Et hoc niſi dubiuʒ eſſet vtrū plus minuſue ſit res illa valitura: de hoc extra de vſuris. c. i ciuitate. ⁊ c. nauiganti. Et de h̄ diffuſe in 2ᵃ parte ſū. ti. i. c. Quart⁹ in cāpſionib⁹ ⁊ fictis aſſecuratōib⁹ vt i cambijs q̄ dicūtur p venetiaſ: ⁊ cambijs que fiūt i romana curia p bullis que ſūt vere mutua cū vſura

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝛ cũ ipſemet ſibi ſatiſdatoꝛ ſimula-
tus ꝛ verus mutatoꝛ eſt:ar.14.q.3.
c.pleriq₃.Et de h in.2ª pte ſũ.ti.i.c.
Quintus in mutuis cũ expꝛeſſis
lucri pactionibus ſiue in pecunia ſi
ue in operibus ſiue in alijs q̄ pꝛecio
poſſunt eſtimari:ar.14.q.3.c.putãt.
ꝛ de h in 2ª pte ſum.ti.i.c. Manus
raptoꝛia eſt que manifeſte rapit ali
ena manu violẽta.i.raptoꝛia eripit
pauperem.ſ.deuſ.Thobi.15.ꝛ hab₃
5.digitos ſeu modos. Prim⁹ con
ſiſtit in vſurpatis dñijs ciuitatum:
caſtroꝛum:ꝛ vilarum ex quibus oẽ
emolumentum quod inde percipit
rapina eſt. Secundus eſt in talis
iniuſtis qñ.ſ.dñs ciuitatis imponit
collectas vltra debitum conſuetu-
dinis vel ſtatuti:ſed vitia indebita
operarum exigit:ꝛ non ſoluit eis d
laboꝛe:vel ſi ciuitas eſt libera qñ ñ
ꝓ rata imponunt ciuibus:ſ₃ nimis
aliquos grauant. Tertius eſt in
pedagijs ꝛ gabellis illicitis:qñ.ſ. i-
ponunt dñi terrarum vel ciues no-
ua pedagia ſine licentia pꝛincipis: ꝟ
etiam ſi antiquata vel noua cum li-
centia non ſeruant vias ſuas cũ tñ
poſſent. Quartus in latrocinijs
terreſtribus vel maritimis:vel pir
ratis:qui diſcurrunt per mare pꝛe-
dando ex naufragio etiam in mare
pꝛoiecta ſibi accipere ad rapinã ꝑ-
tinet::vel etiam de repꝛeſalijs illici
tis:de quibus in 3ª parte ti.2.c.
Quintus in perſonis capiendis et
vendendis que libere ſunt ſeu chꝛi-
ſtiane:nam ꝛ ſi pagani vel ſarrace-
ni capti in bello iuſto efficiãtur ſer
ui capientium:vnde ꝛ vendi poſſũt
vt ſerui ꝛ emi:non tñ chꝛiſtiani de-
bẽt ergo iſta reſtitui ſi pñt:vt dicit

Aug.14.q.6.c.ſi res.de his habes ĩ
2ª parte ſũme ti.c. Manus fura-
toꝛia eſt cu₃ qs accipit occulte alie-
na neſciente dño.Apo. Qui fura
batur iam non furet̃:ſed magꝭ ope
tur manibus ſuis.Fur videt̃ operi
manibus alienis inquãtũ accipit la
crũ de manib⁹ alienis:ꝛ hec manus
habet.5.digitos. Prim⁹ ẽ in inuẽ
toꝛum detentione:qñ.ſ.quis res al
teri⁹ inuentas q̄ nõ hñtur pꝛo dere
licto ſibi retinet. 14.q.4.c. ſiqd. et
de hoc hẽs in 2ª pte ti.i.c. Secũ-
dus eſt in illicita pꝛeſcriptiõe:qñ.ſ.
quis pꝛeſcribit aliena mala fide:ſci
ens.ſ.illa eſſe aliena:nec aliquo iu-
ſto ti.habuiſſe.c.poſſeſſoꝛ.d re.iur.
in.6º.de hoc habes ĩ 2ª parte ſũ.ti.i
Terti⁹ ẽ in rei pignoꝛate cõmo-
date vel depoſite vſu. ſ.qñ dñs rei
nõ ꝯſentit:ꝛ tenet̃ de vtilitate ide₃
habita:ꝛ ſi amitteret ex cl'pa ſua te
net̃ reddere.Rai.de hoc in 2ª pte
ſum.ti.i. Quart⁹ in occulta rerũ
vſurpatione:ſiue hoc fiat a filijs d
rebus parentum:ſiue ab vxoꝛe d re
bus viri ipſo neſciẽte ſiue a ſeruis
de reb⁹ dñoꝛum ſuoꝝ a diſpenſato
ribus de rebus patronoꝛum ſuoꝝ
ſiue a diſcipulis de rebus magiſtro
rum ſuoꝛum:ſiue ab extraneis d re
bus alioꝛum:etiam ſi hoc facerent
dando inde elemoſynis pauperib⁹
niſi in extrema neceſſitate conſtitu
is.14.q.4.c.foꝛte.de hoc in 2ª par-
te titu.pꝛi⁰.per totum.5.in religio-
ſa appꝛopꝛiatione: quando.ſ. reli-
gioſus aliquid recipit:vel neſcien-
te pꝛelato ſuo:vel alteri dat pꝛopin
quo vel extraneo:vel cu₃ occultat
et vt pꝛopꝛia retinet acquiſita per
eum:vel data non paratus ſupioꝛi

UVA. BHSC. IyR_109_1

libere aſſignare.12.q.1.c.nõ dicatis:
⁊ d̃ h̓ habes i 3ª pte ti.c. Manus
bellatoria ẽ vbi.ſ: rapiunt̃ ⁊ furta
⁊ rapine ⁊ ſacrilegia. Manum ſuã
miſit hoſtis.ſ.bellando ad oĩa deſi/
derabilia.deſiderabilia autem ſũt
blada pecunie ⁊ edificia vaſa aure/
a templi:⁊ alia ornamenta ipſuz tẽ
plum:ad quod miſit manũ exercit⁹
Nabuchodonoſor bellans ꝯ hiero
ſolymã rapiendo incedendo ⁊ de/
ſtruendo:⁊ hec manus habet qnq͡ꝫ
digitos ſeu modos. Primus eſt
cum dñs vel cõitas aliqua aſſumit
iniuſtum bellum:nam q adhoc con
currunt adiuuando conſulendo co
operando de oĩbus damnis illatis
aduerſarijs ẽt ſi nihil ꝑueniret ad
eos tenent̃ ſatiſfacere.14.q.5.c. nõ
ſane in fi. Scd̃s eſt ꝙ tenet̃ de oĩ
bus dãnis ⁊ expẽſis:quas patiũtur
ſubditi ſui q inuoluntarij ſunt:⁊ co
acti:nam vltra expeñ.q̃s faciunt ali
qñ ab aduerſarijs debellant̃ ⁊ capi
unt̃ ipſi ⁊ bona eoꝝ. Varius ẽ cĩm
belli euẽtus: vt.c.ſi culpa ex̃ de iiu.
⁊ dã.da. Tertius eſt quia qui hꝫ
iuſtũ bellũ ea que capit ⁊ deſtruit:
vel h̓ facere ꝑmittit ſuis:ſicut cõit̃
faciunt:ſatiſfacere tenetur.13.q.1.c.
militare:bõa aũt capta iuſte ab ini/
micis q̃ debẽt cõdiuidi occultando
⁊ retinendo ſibi furatur.23.q.5.c.di
cat. Quart⁹ eſt cum iuſte bellãs
rapit bona eccleſiarum nõ in caſtel
lataꝝ:aut bona clericoꝝ ꝯrie ptis:
vel ẽt viatores peregrinos ⁊ alios
innocentes:di.86.c.ſingul̓. Qui
tus eſt qñ habens iuſtum belluz ex
ſua inertia ⁊ craſſa negligentia nõ
defendit ſuos cum poſſet:precipue
cum eſt conductus mercede ad bel
landum ⁊ ſil̓r cum poſſet debella r̃
inimicos:⁊ ſic finem facere guerre
vt plus lucret̃ ex duratione ꝑlij:vl̓
q꞉ corruptus ab aduerſarijs nõ fi/
del̓r gerit negociũ tenet̃:ex̃ de iiu.
⁊ dã.da.c.ſi culpa:⁊ de his oĩb⁹ hẽs
in 3ª pte ti.2.c.de bello. Man⁹ dã/
nifica vſatoria dr̃ ꝑuer.16. Si ma/
nus ad manum fuerit nõ erit inno/
cens manus:⁊ qñ vna man⁹ nõ ſuf
ficit ad vnum opus alia iuuat:ſicut
aliqñ ſi vn⁹ nõ ſufficeret ad rapien/
dum vel furandũ vel dãnificandũ
alium:⁊ tũc adhibet adiutoriuz alt̃
⁊ hec eſt manus ad manũ adiuncta
⁊ talis q̃uis nõ ſit ꝑncipalis vel nil
ꝑueniat.de rapina vl̓ dãno ad eum
tñ tenet̃. Et q꞉ non ẽ innocens. ſed
in cã:⁊ hec hꝫ qnq͡ꝫ digitos:qui con
tinentur in hoc verſu. Juſſio ꝯſi
lium:ꝯſenſus:palpo recurſus. Pri
mus eſt cum quis mandat fieri ra/
pinam furtum vſuram vl̓ aliud dã
num:⁊ ex h̓ ſeqtur effect⁹ dãni: qd̃
al̓s non fuiſſet factum talis tenet̃
iſolidum:ẽt ſi nil peruenit ad eum.
Sic ⁊ tutor curator ⁊ ꝓcurator ⁊
factor q ꝓ pupillis vel pro alijs fa/
ciunt contractus vſurarios tenen/
tur:ſi illi ꝓ quibus fecerunt non ſa
tiſfaciant:cum ſint principaliores.
Scd̃s qñ ꝯſuluit:ita ꝙ ex illo ſeq
tur dãnum qd̃ al̓s nõ fuiſſet factuz
talis etiam tenet̃ inſoliduz ẽt ſi nil
ꝑuenit ad eum. Si aũt fuiſſet factũ
etiam ſine illo conſilio ⁊ aliquid
plus fcm̃ eſt ad illud plus tenetur:
Innocen.⁊ Hoſti. Tertius eſt ꝯſen
ſus.ſ.cooꝑatõis:nõ mẽtis tm̃: puta
qñ vn⁹ vl̓ plures faciũt aliqd̃ furtũ
l̓ dãnũ ſil̓:ita ꝙ vn⁹ non faceret ſi/
ne altero tenet̃ qlibꝫ iſolidũ:ſecus

UVA. BHSC. IyR_109_1

cū ēt ſine illo fcm̄ fuiſſet: tn̄ cuȝ al's ſe repit ad dānificādū: tūc.n. tenet ſolū ꝺ dāno illato p eū q ēt ē mediator ſciēter alicui⁹ ɔct⁹ fraudulenti: vt ſenſales tenēt tales de dānis.

Quart⁹ ē palpo.ſ. cū qs adulādo ſeu laudādo aliquē ꝺ furto: l' ꝺ dāno.ſ. ꝙ ſit ſtrenu⁹ ex h̄ iduc ē ad faciēdū malū q al's nō feciſſet: ⁊ idem ſi ꝺtrahēdo eū ad h̄ iduc. Quīt⁹ ē recurſus.i. cū qs receptat fures ⁊ dānificātes: ⁊ ex h̄ ſequūt dāna vl' ēt raptā rē cū q̄rit: ⁊ ipe occultat ꝓpter ꝙ nō pōt recupare. Officialis ēt q pōt ſine ſue pſōe piculo obſtar ne fiat dānū l' rapia l' māifeſtare fures ⁊ ablata ⁊ n̄ fac: tenet: h̄ Tho. Alb. pe. Ric. i. 4. di. 15. Inno. Rai. ⁊ Uul. de his i 2ª. pte ſū. Man⁹ pticipatoria.ſ. de re furata l' vſuraria: ⁊ ꝺ h̄ pōt itelligi illḋ Jone. 3°. Recedat vn⁹ qſq; ab iniqtate q̄ i māu ſua ē: ⁊ hec hȝ. 5. digitos. Prim⁹ ē pticipādo ꝺ hi⁹ ꝑdonatōem: tal' ei cuȝ donat: cū h̄ ſcit dȝ reddē dn̄o eius rē ablatā: donū aūt datuȝ ab vſurario cū oīa bōa ſua ſint obnoxia reſtitutōi tenet ēt reddē l' ſibi vl' his poti⁹ qbus vſurari⁹ hȝ reſtituere.

Scḋs ē p victiatōeȝ. Familia.n. raptoris l' vſurarij: l' vxor: l' filij q n̄ hn̄t niſi ꝺ rapiniſ l' vſur] tenēt ſatiſfacere ꝺ cōſumptis: ſȝ hn̄do ēt alia bona comedēdo l' vtēdo reb⁹ male ablatis i ꝓma ſpē tenet de eo ꝙ cōſumit. Rai. Terti⁹ ē p dotatōem filia ei q̄ dotat p cum q nō hȝ niſi ꝺ vſuris l' al's male ablatis: marit⁹ q h̄ nouit non pōt recipe dotem ⁊ receptā tenet reſtituere creditoribuſ ſoceri: ⁊ ipa ēt filia mortuo marito tenet reſtituere dotes. Rai. de h̄ in 2ª parte ſū. ti. i. c. Quart⁹ ē pticipādo de re rapta vl' furata per emptōnem: qui eniȝ emit talia ſcienter: vl' ignorantia facti craſſa tenetur reſtituere cuȝ inuenit dn̄m rei vl' paupibus errogare: ſi illum ignorat: Si ēt talia emit ꝓbabiliter eſtimas eē vēditoris: poſtea ſciēs fuiſſe ablata tenetur nihilominus domino reddere ſi cognoſcit: vel pauperibus vel precium errogare ſi non inuenit. Rai. ⁊ de h̄ in 2ª pte ſum. ti. i. c. Quint⁹ per legatū vel herediꞇatōem. Intelligit eniȝ hereditas ꝺducto here alieno. Heres ergo vel legatarius ei⁹ cuius bona ſūt obnoxia reſtitutōi vel ex cōtractu vl' ex quaſi maleficio furti fraudis ⁊ vſure ⁊ hi⁹: vl' quaſi omnia tenetur reſtituere de tali hereditate vel legato: extra de vſuris. c. michael. Manus ſacrilega: vȝ vſurpatio circa ſacra ⁊ eccl'iaſtica. Job. 15. Tendit aduerſus deū manus.i. ſacrilega. Hec eſt manus ſacrilegi. Nichanoris: q̄ extēdit ɔ templū dei comitat⁹ ipm fundit⁹ deſtruere ſed ipo occiſo, ſuſpenſa ē lingua auida Machabeo ɔ templuȝ 2°. Macab. 15. ⁊ hec hȝ. 5. digitos. Primus ē cū auferunt ſacra vt calices ⁊ paramenta: cruces reliquie alia ⁊ hi⁹. Scḋs eſt qn̄ auferuntur aliq̄: ⁊ ſi nō ſacra: tn̄ de loco ſacro: vt i eccl'ia: ⁊ de vtroq;. 17. q. 4. c. qſqs. Terti⁹ ē qn̄ fit icēdiuȝ vel effractō in loco ſacro.i. iniurioſe: tenet etiā ſatiſfacē: vel ēt iferūt alia dāna eccleſijs vel pſonis eccleſiaſticis: vt exigendo gabellas ⁊ pedagia: ex̄ de cēſi. c. quaq; i. 6. aut imponētes collectas: ex̄ de iniur. ⁊ dā. da. c. aduerſ⁹: aut faciēdo repſaliaſ

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝯ ꝑsonas ecclíasticas.c.⁊ si pignora
tiones.ex̄ de iniur. Quart⁹ ē cū
clerici male tractāt bōa eccl'aꝝ di/
lapidādo idebite:alienādo i pōpas
⁊ lasciuias expēdēdo:ɔsanguineos
ditādo.12.q.2.c.nullus:⁊ bōa ōbita
paupib⁹ vł clericis vł repatōi eccle/
sie subtrahēdo ɔ̄z restituē. Qui
tus cū subtrahūt legata fcā eccl'ijs
xiij.q.ij.c.q oblatōes: vł nō soluūt
ɔ̄cime vbi ɔsueuerūt solui: vł cū n̄
ē legitie i bn̄ficio ɔstitut⁹:sȝ p itru/
siōnē vł p simoniā vel hȝ aliqd ipe/
dimētū irregularitatis:tenet̄.n.fru/
ctus pceptos restituē:de rc.iur.lib.
vi.de his i 2ª pte sū.ti.i.c. Man⁹ in
iuste iudicatoria. Btūs qui excutit
man⁹ suas ab oī muner̄. Isa.33.s.ob
sequij pecunie ⁊ laudis:p mūera.n.
freqn̄t puertit̄ iudiciū: ⁊ hec man⁹
hȝ qnq3 digitos. Prim⁹ ē qn̄ iudex
seu qcūq3 officialꝭ dat iiustā sn̄iam
ex certa scia q̄cūq3 de cā: siue odio
siue amore siue corruptiōe pecunie:
⁊ talꝭ tenet̄ de oi dāno ⁊ iteresse pti
lese. Rai.ij.q.iij.c.q̄tuor. Scd̄s ē
qn̄ ex ignorātia crassa pfert iniustā
sn̄iam:non.n. ōbebat se ponē ad id
ad qd nō erat idone⁹ cū piculo alte
rius:sec⁹ si decept⁹ ɔsilio assessoris
q putabat̄ idone⁹ ex malicia:vel ex
ignorātia crassa male ɔsulētis tunc
tenebit̄ assessor pti de expensis fm
Rai. Terti⁹ ē qn̄ ex nōbili negli
gētia ptulit iniustā sn̄iam: puta qa
noluit laborare ad legēdū in libris
qd potuisset inuenire:⁊ videt̄ ēt te/
neri:vt.c.si culpa.extra de iniur.
Quart⁹ qn̄ accipit pecuniā p iu/
dicādo vł nō iudicando aut bn̄ aut
male. Rai.ēt talē pecuniā sibi re
tinere non pōt sȝ paupib⁹ dare: vel
reddē dātī. Quit⁹ cū nō vult iu/
dicare ⁊ dare sn̄iaȝ put pōt ⁊ ɔ̄z ne
displiceat hn̄ti iusticiā: aut vt dāni
ficet ius hn̄tē:⁊ talis tenet̄ si ps po/
stea amittat iustā cāȝ:vł si remittat
penas:vel diminuet iniuste cū non
possit tenet̄ cōitati:si auxerit penaȝ
iniuste tenetur ei qui soluit. Tho.⁊
Rai.de his i 2ª pte sū.ti.i.c. Ma
nus i iudicio iniuste assistoria. De h̄
ne iūges manū tuā: vt p ipio dicas
falsū testimoniuȝ. Exo.xxiij. ⁊ Isa.
xxj. Eruite oppssū ō māu calūniātis:
⁊ hec hȝ.v.digitos fm q̄ qnq3 gn̄a
hoīum ibi cōcurrūt.s.aduocat⁹:iu/
riscōsult⁹:actor:⁊ pcurator:testis ⁊
re⁹. Prim⁹ ē ꝙ aduocat⁹ q si scie/
ter assumit ad defesan̄.iniustā cām
obtinēs victoriā cāe de oi dāno te/
net̄ aduersario si cliētulus nō satis
fecit. Tho.2ª2ᵉ.q. Si vo non ob
tinet tenet̄ cliētulo de expen̄.qn̄ vȝ
dixit sibi cām eē iustā:cū aľs ille nō
litigasset:sȝ si assumet cāȝ iustā ⁊ ex
crassa ignorātia: vł notabili negli/
gētia pdit videt̄ teneri cliētulo de
dāno suo.c.si culpa.extra de iniur.
⁊ dā. Scd̄s iuriscōsult⁹: si scient̄
p̄stat malū ɔsiliū: vł fraudulētū:vn̄
ius hn̄s pdit cām:siue sit ille cui ɔsu
luit:siue alt̄ tenet̄ de dānis ide secu
tis:si vo fidelr ɔsulit vt scit non te
net̄:vt.c.nemo ex ɔsilio. de re. iur.
li.vj. Terti⁹ ē acto.⁊ pcurator:q
accusat aliquē falso crimine:vł pe/
tit idebitū scient̄ tenet̄ de oi dāno
qd ide recipit ēt aduersarius de ex
pen̄. Tho.2ª2ᵉ.q. Quart⁹ ē re⁹ si
negat vitatē de q̄ iuridice iterroga
tur negādo indebituȝ pecunie tene
tur actori: negando aūt crimen vn̄
seqtur accusatori mors: vel mutila

UVA. BHSC. IyR_109_1

tio: vel alia pena. vl' fatigādo ſcienter appellatōib⁹ vl' dilatōib⁹ tenet̄ ad arbitriū boni viri. Quint⁹ teſtis ſi ex falſo teſtimonio ei⁹ ſcient̄ facto actor vel reus icurrūt aliqḋ dānum iniuſte tenet̄ talis inſolidū: ex̄ de iniur. c. ſi culpa. ⁊ ſi accipit pecuniā ꝓ teſtimōio ferēdo ēt vere tenet illā paupibus errogare. xiiij. q. v. c. non ſane. ⁊ de his oib⁹ in. ij. pte ſū. ti. i. c. Man⁹ fraudatoria. Job. xiij. Jn manib⁹ meis nō adeſit macula. ſ. fraudis. ⁊ hec hꝫ. 5. digitos ſeu modos. Prim⁹ ē in reruꝫ qditate: dum. ſ. vna ſuba vendit pro alia: vt vinum limphatū ꝓ puro: aurū vl' argētū archimatū pro puro: ⁊ hi⁹. Scḋs eſt in quātitate: vt cuꝫ dātur diminute menſure vel pōdera: puta vncie. ii. ꝓ libra: vel i vaſis ḋ vino: oleo: tritico: ⁊ hi⁹: vl' i cānis de pāno laneo lineo ⁊ hi⁹. Tertius ē i q̄litate: vt cū vēdit̄ res defectuoſa: vt vinuꝫ: vel caro corrupta pro bona: animal vicioſuꝫ ⁊ claudicans pro ſano: non diminuendo de precio: ⁊ multo graui⁹ eēt vendendo rem nociuam ⁊ periculoſam homini. Quartus eſt in precij ineq̄litate ⁊ cum venditur res plus iuſtio precio q̄ꝫ valeat ſcēter: vel cum multo min⁹ ꝑcio emit̄: qꝛ venditor nō cognoſcit rem: vel qꝛ ducit̄ maxima neceſſitate. Quint⁹ ē i gabelle debite: vel pedagij ſubtractōne: vꝫ qꝛ occulte introducit rem ad ciuitatē vel aſſerit eſſe pro alio: vel minoris quantitatis: vt minus ſoluat: hi oēs tenentur ſatiſfacere ſm Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. ⁊ Rai. de his omnib⁹ habes in 2ᵃ pte ſū. ti. i. c. Manus falſificatoria. Job. 5. Qui diſſipat cōgitationes malignorū ne poſſint manus eorum implere quod ceperunt manifeſtando. ſ. falſitates eoruꝫ: ⁊ hec habet. 5. digitos vl' modos. Primus ē in ponderibus ⁊ menſuris faciendo falſas monetas vel eis vtendo falſis. ⁊ diminutis i vendendo ⁊ emendo menſuris exceſſiuis: tenetur etiam talis de damnis inde ſecutis illis talibus. Secundus eſt in falſis monetis fabricando eas falſas vel incidendo: aut falſatis ⁊ diminutis pro legitimis ſcienter vtendo vltra peccatum tenetur de dānis leſis. Tertius eſt in bullis apoſtolicis falſatis: vel ꝑ ſurreptionem obtinentis: cum. ſ. expreſſum eſt falſum in ſupplicatiōe obmiſſum illud de exprimēdo: quo enarrato non obtinuiſſet. Beneficium. n. vel gratia ſic obtēta nō valet: vnde tenetur ſatiſfacere ḋ emolumēto per ipſas obtēto. Quartus eſt inſtrumētis ⁊ ſcripturis falſificatis: vt teſtamētis in q̄bus ſcribuntur legata aliter q̄ꝫ diſponatur a teſtatore: vel ſcripture vbi apparēt debita ⁊ caſſantur: ⁊ huiuſmōi.

Quint⁹ eſt in falſis partibus vt cum mulier concipit ꝑ adulterium vel ſupponit ſibi alienū ptum: que tenet̄ de oībus q̄ cōſumit fili⁹ putatiuus de bōis mariti: ⁊ de his q̄ vt filio legitimo ſibi de hereditate relinquerentur. c. ſi culpa: extra de iniur. ⁊ de his in 2ᵃ parte ſum. ti. i. c.

Manus ꝓditoria: de qua Chriſtus Luce. 22. Ecce man⁹ tradentis mecū ē i mēſa. Nō eni fit ꝓditio niſi ꝑ familiares: ⁊ hec hꝫ. 5. digitos.

Prim⁹ ē i caſtris: pplis: ⁊ terris quando. ſ. quis aufert a legitimo

UVA. BHSC. IyR_109_1

dño: ⁊ dat ꝓditorie alteri q ibi ius non hꝫ: talis tenetur de omnib⁹ dānis inde ſecutis. Secūdus eſt in pſonis: qn̄ quis tradit dn̄m ſuum: vel amicum in man⁹ inimici occidēdum vel redimēdum: vel īpediēdū a negocijs ſuis tenetur illis ad oē intereē. Tertius in rebus: quando pecunias vel alia bona ſui dn̄i vel amici ꝓcurat deuenire ad manus inimicoꝝ: aut cū aſſociat ſe cuꝫ aliq̄ vt ducat ad locū vbi ſpolietur

Quart⁹ eſt. qn̄ ſecreta r̄uelat ſui dn̄i vel dānificatur: vel aduocatus ſecreta cāe quā defendit: aduerſario pandit: vt ſe poſſit defendere: tenetur de damnis ex̄ de iniur. c. ſi culpa: ⁊ de his in 2ª pte ſum. ti. i. c.

Quintus. ſ. cū quis vtitur īſidijs non ſeruando pacta ꝓmiſſa: etiā ſi eēt hoſtis: dūmodo ⁊ ipſe ei ſeruat fidem ⁊ nō aliaſ: vt. xiij. q. i. c. noli.

Man⁹ ſimoniaca. Et de hac. iij re. i5. Quicūq; volebat īplebat manū ſuā. ſ. pecunia quam dabat ⁊ fiebat ſacerdos: ⁊ hec hꝫ. v. digitos. Prim⁹ eſt accipere pecuniā: vł alia tpalia ꝓ ſacris aut bn̄ficijs ɔferendis: vł collatis per modū p̄cij non p modū elemoſyne: ⁊ talē pecuniā retinere non pōt: ſed paupib⁹ dꝫ errogare: vł ecclie in cuius iniuriam data eſt. Tho 2ª 2ᵉ. ioo. Secundus accipere pecuniā appꝛeciatiue ꝓ alijs rebus ſacris: vt eccleſijs: altaribus ɔſecratis: aqua baptiſmali ɔſecrata oleo ſcō: ⁊ reliqs ſcōꝛum: ſepulturis loci ſacri iure patronatus: ingreſſu religionis ⁊ hi⁹: talis pecuuia nō pōt retineri: ſed dꝫ eam paupibus errogare vel eccleſie pꝛo qua eſt cōmiſſa ſimonia. Terti⁹ eſt ꝓ ſpūalibus exercitijs ⁊ ꝓ p̄dicādo: oꝛando: viſitando: eligendo: cōfirmando: a coꝛꝛuptione deſiſtēdo curā aīaꝝ excedēdo: cōſecrādo: et hi⁹ alia recipiendo pecuniam exactiue: vł perſonalr̄: vel appꝛeciatiue: tenetur pauperibus errogare: vł ecclie in cuius iīuria data ē: ſed per mōꝫ elemoſyne ſibi retinere pōt ſic data. Quart⁹ eſt qn̄ accipit bn̄ficium ſimplex: vł curā aut dignitatē ſimoniace: qꝛ tenet̄ reſignare: et fructus inde pꝛeceptos reſtituere ēt ɔſūptos ōductis expen̄. factis in vtilitatem bn̄ficij illius ēt ꝓ fructibus colligendis. Quitus ē d̄ mediatoꝛibus ad ꝓcurādū officiū vel beneficiū eccleſiaſticū vel aliquod ſpirituale: hi tenet̄ pecuniā pp̄ hoc receptam paupibus errogare. Hec oīa Tho. 2ª 2ᵉ. q. ioo. Rai. ⁊ Inno. de his ī 2ª pte ſum. ti. i. per totum.

Manus ipeditoꝛia. Eccleſiaſtici. xij. Ue duplici coꝛde ⁊ mālbus malefacientibus. i. īpediētibus bona alioꝝ: ⁊ hec hꝫ. v. digitos. Primus ē qn̄ qs īpedit aliquē a ɔſecutione alicuius officij vł bn̄ficij: ⁊ ſi iā illud erat ɔſecutus ⁊ poſſidebat ⁊ iniuſte ꝓcurauit auferre: ſibi tenet̄ ſatiſfacere ī totū. Si vō nōdū erat cōſecutus ſed in via habendi tenet̄ ad arbitriū bōi viri. Tho. ⁊ Ric. i. iiij. di. xv. Secūdus ē qn̄ īpeditur fructus ꝓuenturos alicuius agri vł vinee: vꝫ offendendo ſemina deſtruēdo vineas arboꝛes ⁊ hi⁹: q tenebitur ad quantum eſtiat̄ fruct⁹ in illo dubio valituri. Tho. i. iiij. Tenēdo etiam columbarias ⁊ non ſufficient̄ paſcendo colūbos vnde damnum inferunt ſeminibuſ

UVA. BHSC. IyR_109_1

vel fructibus tenentur de damnis ·Pe. de pal. in. 4. Terti⁹ ē ꝺ his q faciunt ſtatuta vel capitula: ne vſu re ſolute poſſint repeti l'ꝙ poſſint homines cogi ad ſoluendū ꝛ qui iu dicāt ſm ea: l'ēt ſine ſtatutis dāt ſē tentiam ꝙ ſoluantur vſure: vel ſo lute nō repetantur: hi tenentur ad reſtituendū eas ſi vſurarij nō reſti tuāt. Impediūt enī reſtitutionē. xi. q. 3. c. q. conſentit. Quartus eſt ꝺ his q dant lrās emunitorias ꝺbito rib⁹ iniuſte ne poſſint cogi a credi toribus ad ſoluēdū eis cū poſſint: hi tenentur illis de illis damnis.

Quintus eſt de iniuſte impediē tibus ne qs poſſit exeq negocia ſua honeſta occultando īſtrumēta vel ſcripturas ꝑ que manifeſtat̄ ius ſu um: vel impedientes ne qs accedat ad iudicē eccl'aſticū i cauſa qua pōt vbi ſibi faciet iuſticiam vel aliter i iuſte ꝛ malicioſe ſe īpediēs inter ſu um ad iudiciū vel ad negocia ſua: vñ recipit dānum: ꝛ de his tenetur

Manus luſoria: de qua pōt itel ligi illud Job. 3. Si. i. non oſculat⁹ ſum manū meam in abſcōdito. Lu ſor. n. cū vincit attribuit manus in duſtrie: vnde aliqñ oſculatur eam: vt cām lucri: ꝛ hec h3. 5. digitos.

·Primus cū ꝺcipitur in ludo: v3 per falſos taxillos: aut chartas di cēdo mēdaciū ꝛ ſic vincit: tenet̄. n. reſtituere de ꝑcepto. Secundus ē qñ vincit alijs q alienare non poſ ſunt: vt ſunt ſerui: filijfamilias: pre cipue pupilli: vxores: religioſi: ꝛ hi⁹ hec o3 reſtituē illis q hñt curam il loꝝ. Tertius qñ vincit ei quem induxit ad ludēdum multa impor tunitate: cū non vellet ludē vel do lentem a ludo recedere inuitū de tinet: tenet̄ reſtituē. Quart⁹ qñ vicit in loco vbi ꝓhibet̄ ludis: et ꝑ leges mādatur fieri reſtitutio: que3 nec ꝑ diſſuetudinem ſunt abroga te: ꝛ tūc etiam tenet̄ reſtituere per denti ſm Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q. xxxij. ar. 7°. ·Ricar. in. 4. ·Rai. Inno. ꝛ alios.

Quint⁹ eſt qñ vincit in locis vbi nō ꝓhibetur ludus: vl' ſi ꝓhibetur leges ſunt abrogate ꝑ ꝯriam ꝯſue tudinem: ꝛ tunc o3 paupibus erro gare. Utrū ꝟo nō de neceſſitate vel de honeſtate: vide in 2ᵃ pte ſum. ti. i. c. de ludo. vbi plene. Man⁹ lo cationis ꝛ conductionis vitiatoria ꝺ hac ꝺutro. 32. Uidebit ꝙ infir mata ſit manus. i. deficiēs op⁹ in lo cādo ꝛ cōducendo: ꝛ hec h3. 5. digi tos. ·Primus qñ qs locat alteri rem vitioſam ſciens: vt equū clau dicātē: vel domū ruituram: q tene tur de damno inde ſecuto illi tali.

Scđs ē qñ nimiſ notabil'r exigit precium de re locata: domo: agro: ꝛ hi⁹: vl' qñ aufert ab eo rem locata3 ſine cā rōnabili ante tps conuentū tenetur. n. ei de damno. ·Rai. Ter tius qñ conducit qs alium ad ope randum nimis paruo precio nota biliter: vel debitam mercedem ni mis tardat dare cum pōt: vnde ille recipit damnū: vel loco pecunie de bite dat ſibi res quas o3 cum vēde re minori precio ꝙ̄ debet habere.

Quartus ſi conductus ad opa3 ex feſtinantia vel negligentia nō fi deliter eſt operatus ꝛ bene: vnde ſe quitur damnū ſue rei. Quintus qñ male tractauit rem ſibi locata3: vt domum vel agrum permittēdo ꝺſtruere: vel equos boues ꝛ hi⁹ ni



UVA. BHSC. IyR_109_1

mis fatigãdo ⁊ hꝰ teneť talis ð hꝰ dãnis ad arbitriũ boni viri. Rai. in ſum. Uaſallus aũt q bona q̃ habet in feudũ a dño male tractat ex malicia vel negligentia tenetur de dãnis: ⁊ de his in 2ª parte ſum. ti. c.

Manuſ turpiter lucratoꝛia: ð q̃ Iſa. i. dñs ait. Manꝰ veſtre plene ſunt ſanguine. i. turpibꝰ lucris: ⁊ h̃ hꝫ. 5. digitos. Primus eſt lucruꝫ ex opere carnali: vt mẽtritio: lenocinio: cõcubinatu: adulterio: ⁊ hꝰ.

Scðs eſt ex arte vel actu ꝓhibito lucrari: vt ex arte mutuandi vel faciendi taxillos chartas fucoſ: toꝛneamenta: hiſtoꝛiatu turpi: ſeruiendo vſurario innumerando pecuniam ad vſuram ⁊ ſcribendo ⁊ hꝰ: i faciendo indiuinationes incantatiões ⁊ hꝰ: in ſcribendo inſtrumẽta in fraudẽ vſurarum. Tertiꝰ eſt lucrãdo tꝑe ꝓhibito: vt diebus feſtiuis vendendo ⁊ emendo ſine neceſſitate: ſcribẽdo: vel alia opa ob lucrum faciendo. Quartꝰ eſt negociari in locis ꝓhibitis: vt i elleſiis vẽdendo: vł emendo: vel ẽt mittendo ad terras ſarracenoꝝ vł poꝛtãdo arma vł ligamina: vł victualia: ⁊ quecũqꜫ mercimonia ſine licẽtia pape: teneť illud qð lucratuſ eſt ⁊ tantundẽ de ſuo mittere in ſubſidium terre ſancte. Quintꝰ eſt ex intẽtione mere cupiditatis vacare negociationi: vł intẽtõe introducẽdi cariſtiam: hi oẽs debent acquiſita paupibus errogare: magis tamẽ ex honeſtate ⁊ ꝯſilio qꜫ ex neceſſitate. 14. q. i. c. q habetis. ⁊ de his in 2ª pte ſũ: ti. i. c. Manꝰ detractoꝛia. ps. Erue. ſ. deus de manu canis. i. ð tractoꝛis aiam meã. i. vitã. ꝓuer. 8. Moꝛs ⁊ vita in manibus detractorie lingue: ⁊ hꝫ. 5. digitos. Primꝰ eſt cum quis accuſat aliquẽ de falſo ⁊ ꝯuictus de crimine cõdemnať talis ei tenetur ſatiſfacere nõ qdeꝫ detegẽdo falſitatem: poſtqꜫ eſt punitus reus: qꝛ ſibi imminet periculum pſone: ⁊ illi iã punito nõ ſatiſfaceret: ſed aliter ad arbitriũ boni viri añ ſatiſfacere dꝫ qꜫ puniať: debetqꜫ detegere falſitatẽ vel deſiſtẽ ab accuſatione. Scðs eſt qñ iudiciũ infamat aliquem de crimine ſciens nõ eſſe verum vel neſcienſ ſi ẽ veꝝ: ⁊ tenetur illis qbus dixit declarare ſe falſum dixiſſe: niſi ſibi ex hoc imineret magnum periculũ vite ⁊ hꝰ: nam tunc aliter ꝓut põt dꝫ ſatiſfacere: vel cum libellos famoſos ſuꝑ crimine de eo componit: vł cãtilenas: qð peius eſt. Tertiꝰ qñ aliquod crimen cõmiſſum vere ab alio auget aliqd aliud notabile: qð ẽ falſum: vt cum dicit ſe vł aliũ turpia colloqa: vł geſtus habuiſſe cuꝫ aliq̃ ſed ẽt carnalem copulã: vel ẽt cum alij dicũt de eo turpitudinẽ cũ aliq̃ agẽ tacet ſtudioſe: vel aliqua ſigna facit vt credãt veꝝ eẽ qð non ẽ: ⁊ talis teneť ad declarãdum falſum eẽ. Quartus ẽ cum dicit aliqð crimen alterius referens ſe audiſſe qð occłtum ẽ: ⁊ ignoꝛatur ſi ẽ veꝝ ⁊ talis qũo ſatiſfacere debeat: hẽs in. c. ſe. §. 3. Quintus eſt cum dicit crimen alterius vere ꝑpetratũ: ſed occultum: ſed talis dꝫ etiam famã reſtituere ꝓut põt: vel etiam cum dicit ꝯtumeliam in pñia alioꝝ ⁊ talis dꝫ petere veniam: vel aliter ſe cum eis reconciliare. Manꝰ ꝑſone leſoꝛia. Mich. 7. Uir fratreꝫ

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſuum venatum ad mortem malum manuum ſuarum dicūt bonum: et hec habet .5. digitos. Primus est auferēdo vitā occidēdo aliū iniuste .i. ex iudicium ordinariū: et tal' tenet prout dicetur in .c. se. §. i. de dāno īde secuto. Secūdus est mutilādo mēbrum iniurioſe: et tenet de expēſa in medicis: et de lucro perdito: et ſi ex mutilatione nō poteſt laborare. Tertius eſt vulnerādo vel percutiendo: cū ſcit tollēdo ſoſpitatē: et tenet ad damna inde ſecuta ei. Quartus ī carcerādo: et ſic tollēdo ei libertatē quod faciēdo abſque rōnabili cā tenet de dāno quod inde ſeqtur: ſecus ſi facit quia ei ē debitor: vt ſibi citius ſoluat. Quintus cum mittit in exiliū. vel cōfinia iniuſte: et per hoc aufert ei patriam: et oē dānū quod inde recipit quod cōiter ē multū: et tenet ei ſatiſfacere. Manus aiarum predatoria: et de hac ſap. i. ipij manibus et verbis mortē accerſiūt: et habet .5. digitos ſeu modos. Primus ē qn volētes igredi religionē ad ſeruiēdū deo aliqs reuocat: vel iam ingreſſum perſuadēdo educit: tenet hic illum reducere quātū in eo ē: vel ſe: vel alium ponere in religionē ſm Pe. de pal.

Secūndus qn qs pſuadet alicui aliquod criminale blādiēdo: vt decipiat: et multo magis qn qs aufert alicui virginitatē ex matrimonium: et dz eā ducē in vxorē: vel eā dotare ſi poteſt de hoc īfra. Tertius ē qn qs ſuo ſermone trahit ad errorē fidei: vt faciūt heretici diſſeminantes falſam doctrinam: et hi tenentur reuocare. Quartus ē cū plati vel patreſſamilias ex ſua negligentia permittūt ſuum gregē perire nō corrigētes et admonentes: et multo plus cū ſuis malis exemplis eos ad mala prouocant: tenet. n. eos corrigē. ij. q. i. c. ſcelus. Quintus cum hoīes ſuis prauis actibus alios ſcandaliçat vt mlieres ſuis ornatibus: et alijs tripudijs ac ludis rixis ac blaſphemijs. et hi debēt ſatiſfacere penitentia et bonis actibus edificādo qs prius ſcandaliçauerant.

Capl'm 2m de reſtitutionibus in quo oñdit quod quātū: et quibus ſit reſtituendū et quo ordine.

Irca aūt ipſam reſtitutōem ſunt .8. vidēda: que ī hoc verſu continētur. Quis: quid vbi: per quos: cui: cur: quō: qn: et quia de pmo dctū ē .ſ. c. i. §. ij. et ſe. iō primo obmiſſo: vidēdū eſt de alijs. Quātū igitur ad 2m .ſ. quid ſit reſtituēdum et qntū. Sciēdū quod ablatū ſi pōt. xiiij q. vj. c. ſi res: et ſi ē aliquid fructificās ēt fructus eius: vel alr ſatiſfaciēdū: qn id reſtitui nō pōt: ſed pro huius dclaratione ſcēdū quod dānū pōt qdrupl'r inferri. Primo quo ad aiam auferendo ei virtutes infuſas et morales. Secūdo quo ad corpus īferēdo ei leſiones corporales. Tertio quo ad honorē et famam per vitupatiōes verbales. Quarto quo ad ſubam per actiones criminales.

Quātū ad pm notandum ē quod quāuis nemo poſſit eē cauſa ſufficiens peccati alterius: nec per oñs ei auferre virtutes directe: et efficaciter quia voluntas cogi nō pōt vbi conſiſtit peccatum propter quod dicit Amb. Nō ē quod cuique noſtram aſcribamus erūnam: nemo. n. tenetur ad culpam niſi propria voluntate deflexerit xv. q. i. c. non eſt. Poteſt tamen ali



UVA. BHSC. IyR_109_1

quis eē alteri occaſio magna pctī:⁊
decretalis dicit. Qui occaſionē dā
ni dat dānū quoqȝ dediſſe videtˀ.c.
ſi culpa.ex̄ ō iniur.⁊ dā.da. Poteſt
aūt aliqs eē occaſio dāni altiuſ qua
druplicitˀ. p° ṽbo ſuo īducēdo aliū
ad pctm̄:⁊ ſic q inducit aliū ad ma/
lū ſuadēdo ꝯſulendo ꝓcipiendo id
qđ ē moꝛtale:ē occaſio ꝑditōis illi/
us:qꝛ ꝑ hoc auferūtur illi grā ⁊ vir
tutes ab aīa. Uñ Aug. ſi fratri tuo
male ꝑſuades:occidis.ſ.illū quo ad
aīaȝ:de pe.di.i.c.noli. Et talis dāni
ficās ſm Sco.in.4.tenetˀ reſtituerˀ
dānū mō ſibi poſſibili.ſ.īducēdo eū
efficacitˀ ad pñiam:⁊ ad ṽtuteſ ſiue
actus ṽtuoſos:⁊ ſi ſola īductio per
ṽba nō ſufficit:qꝛ facilꝰ ē ꝑuertere
q̄ȝ cōuertere tenetˀ quātū pōt ꝑ oro
nes ſuas ⁊ ab alijs ꝓcuratas: ⁊ per
alioꝝ ſuaſiones efficaces:dū tñ illiſ
ñ ꝑdat pctm̄ occltū ꝑdicti. Quā
tū ad 2m.ſ.reuocādo aliquem a me
lioꝛi ꝓpoſito fit h̄ dānū alteri cū re
uocat eū a religiōe i q̄ ꝑfectiꝰ viuitˀ
q̄ȝ i ſeculo: ⁊ talis dānificans tenetˀ
ipȝ reuocatū ab eo reducē ad igreſ
ſū vel reuerſionē ad religionē. Nā
ſm Pe.de pal.in.4.nō. ſolū ille q i
ducit ꝓfeſſū ad egreſſū religiōis te/
netˀ ad inducēdū ipſuȝ ad ingreſſū
religōis vl̄ ad reuertēdū:ſȝ ēt q tra
hit illū q volebat ingredi:nec tñ in/
trauerat tenetˀ ducē ad igrediēduȝ
qꝫ ſi ille nollet intrare:tenetˀ aliū eq
idoneū ꝓcurare: qđ ſi nō poſſit te/
netˀ ipe itrare:qđ intelligēs Rai.oꝛ
dinis ꝑdi.qui auerterat quēdaȝ ab
ingreſſu religiōis:poſtea ꝓ eo intra
uit:rō ē qꝛ abſtulit dño ſuū ſuū no/
uitiū:vel intraturuȝ. Hec Pe. Sed
Sco. dicit hoc eē veꝝ de obligato
ad religionē obligatōe ꝓfeſſiōis: ñ
aūt de eo q erat diſpoſitꝰ ad itrādū
nec dū itrauerat. Rō diuerſitatiſ ē
qꝛ intereſt inter habere ⁊ ꝓpe eē ha
bere: vñ non tenetˀ ad tantā reſtitu
tōem religiōi:ad quantā teneretur
ſi fuiſſet i religiōe:ſȝ tenetur ad ali/
qualē reſtitutōeȝ.ſ. aliqlē īductōeȝ
illius vel alteriꝰ equiualētis ad in/
greſſum religiōis:hec Sco. Idē vi/
detˀ dicendū de eo qui auertit noui/
tiū in religionē iam igreſſū aīo per
manēdi ſicut de ꝓfeſſo: nā talis ob
ligatˀ religioni ſaltem i genere ⁊ h̄ i
telligendū ē ſi retraxerit illū itētio
ne dānificādi religionē: tunc enim
tenetur religioni. Si aūt hoc fecit i
tentione cōſulēdi ꝓpe vtilitati ſi
ne fraude non tenetˀ religioni:quo
ad euȝ q nondū intrauit: ſed ipi ꝑ/
ſone quā retraxit perſuaſionibꝰ ⁊
alijs bonis ſpūalibuſ ad equiualen
tiam eoꝛuȝ in quibꝰ dānificauit. Si
autē quis auerteret aliquem a re/
ligionis ingreſſu non ſimpliciter:ſȝ
ab ea vbi diſſolute viuitˀ intendēs
ꝓuidere ſaluti illius in nullo tenetˀ
ar.xxi.q.v.ō occidendis. Et ex his
pȝ ſm Jo.de rip.in quodā tractatu
de cōtractibus quid dicendum ſit
de his q ſcholares retrahunt ⁊ ſub
trahunt doctoꝛibus cū quibus au/
diunt:qꝛ aut hoc faciunt i odiū do
ctoꝝ:vel volētes ſibi ꝓuidere: vel
alijs pꝛouidere vel volenteſ ſchola
ribus ꝓuidere. Si ꝓmo mō aut ſub
trahit ſcholarem qui iam intrabat
ſcholas: ⁊ tunc tenetur doctoꝛi ad
reſtitutionem ſalarij ⁊ honoꝛis ſibi
ſubtracti. Si etiam doctoꝛ cui taliſ
ſubtrahitur ſit melioꝛ q̄ȝ ille cui eū
ꝓcurat tenentˀ tali ꝑ q̄ȝto vtilitatē

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſcie ſibi ſubtraxit. Si āt nōdū ſcho-
las ītrauit: ſed intrare diſponebat:
nō tñ tenet: lʒ obliget ſcholareʒ in-
ducē vt redeat ad primū. Si aūt h
facit volēdo ſibi ꝓuidere: puta eſt
doctor: ⁊ vlt ſibi d ſcbol ꝓuider ſi
h ſine fraude fecit: ⁊ ſcholaris non
dū ſe dederit alicui doctori: nō cre-
do euʒ in aliq obligari: cuʒ cuilibet
ſit licitū mō licito ⁊ debito ꝓcura-
re vtilitatē ſuā: alr nō credo ſibi li-
cere. Si āt h facit volēs alij ꝓuidē
ſic qñ ſcholaris alic⁹ doctoris ſub-
trahere conaret ſcholares alijs do
ctorib⁹ vt intrent cum doctore ſuo
in hoc ſolum honoreʒ ⁊ vtilitatem
ſui doctoris intēdens ſi ſubtrahat ī
trāteʒ cū alio doctore credo ipſum
obligari: niſi forte illi⁹ doctor cui
ſubtrahit eū in ſufficiētia ⁊ ſchola-
ris aliqua ſpālis cura qua ſibi tene
tur excuſet. Si aūt retrahat ītrare
volētē cū ex h nullum ius doctoris
ſit acqſitū: ⁊ h fac ſine fraude non
credo eū doctori ī aliquo obligari.
Obligatur aūt ſcholari: ſi eū retra-
hat ne audiat meliorē. Si aūt h fac
vtilitati ſcholaris volēs ꝯſulere ⁊
ſup h a ſcholare reqſitus ꝯſulit ꝙ
audiat aliū doctorē meliorē bñ fac
Et dicta in his caſibus ſunt ceteris
parib⁹ ītelligēda: iſte. n. caſus ē ita
varijs modis circūferētialis ꝙ vix
pōt dari certa regla: hec i. Quā
tū ad 3m. ſ. dānificādo alios ſuo ma
lo ex. ſicut ſcādaliçant plati ſubdi-
tos ſuos pompis ⁊ laſciuijs ⁊ alijs
malis moribus ſuis: mulieres ſuis
ſupfluis ornatibus ⁊ fucis: ⁊ tripu-
dijs ⁊ alij manifeſte peccantes ⁊ ꝑ-
cipue qñ h intēdūt l ꝯtemnunt ſeu
ꝓuipēdūt ſcādalū alioꝝ pp qđ alij
ruūt ī diuerſa vitia: đ qb⁹ ī euange
lio. Ue mūdo a ſcādal: tales tenent
ad ſatiſfaciēdū bonis exēplis māi-
feſtis: ñ aūt tenēt ob h ad aliquam
publicē pñiaʒ: vt dic Alb. ſʒ ad edi-
ficādū alios bonis exēplis manife-
ſtis: ſic ſcādaliçauerūt p mala māi-
feſta. Quātū ad 4m. ſ. đ ſe ducen
te ꝟginē ⁊ corrūpēte ex mrimoniū
dr Exo. xxij. Qui ſeducit ꝟgineʒ ⁊
dormit cū ea: dotabit eā: ⁊ hēbit eā
vxorē aut reddet ei iuxta modum
dotl quā ꝟgines ſolēt accipe. Dāni
ficauit enī taliſ illā ī caſtitate ꝟgia
li auferēdo ei theſauꝝ irrecupabi-
lē: vnde tenet ei ſaltē ad reſti. caſti
tatis ꝯiugalis accipiēdo eā ī vxorē
vl dotādo. Et ſiqdē ꝓmiſiſſet eam
ducere ī vxorē tenet ad h: ēt ratiōe
ꝓmiſſionis niſi eēt nimis diſparis
ꝯditiōis. Uñ frauſ potuit ꝺpbēdi:
⁊ tūc ſatiſfacit ad arbitrium boni
viri: ⁊ idē fortius qñ violētauit eaʒ
Quāuis aūt ꝑceptū legis moſaice
allegatū ſit iudiciale ⁊ inquantuʒ h
non obliget: tñ inquātū ſumptum ē
ꝓ ſtatuto ab eccleſia: vel aliq ciuita
te obligat ſicut pʒ ex de iniur. ⁊ dā
no da. c. i. ⁊. c. ſe. De 2a damnifica
tōe q. ſ. fit corpori p leſionē aduer-
tēdū eſt ꝙ quatuor modis contigit
. ſ. p occiſionē: p mutilatiōem: p per
cuſſionē: p incarnatiōem. Si g fiat
dānū primo modo ꝰʒ Sco. pōt ſatiſ
facere ſuſtinendo penam talioniſ a
iudice: nō aūt a ſe: nec ēt tenetur iu-
dici ſe offerre: ſed captū non licet ſe
defendere aut carcerē infringer: ſʒ
iueta opportunitate licʒ fugere ꝰm
Tho. ⁊ Hen. ⁊ ꝯdēnat⁹ dʒ patien-
ter mortē ferre. Eſt ⁊ ali⁹ mod⁹
ꝰm Sco. ſibi vtilis ad ſatiſfacien-



UVA. BHSC. IyR_109_1

dū ꝙuis ad ħ nō teneat̄ neceſſario
vt.ſ.exponat vitam ſuam.i cā iuſti
belli: vt ↄ̄ inimicos fidei ⁊ eccleſie ꝓ
reſtitutōe ſeu ſatiſfactione fienda
illi cui⁹ vitā abſtulit. Sꝫ ſi nec hoc
vlt facē tenet̄ ad ſatiſfactiōeꝫ ſpi-
ritualē ꝓ aīa occiſi: vt ad faciēdas
elemoſynas ꝓ eo: l' ad ſumēdam ali
quā ꝑegrinatōem ad limina apl'oꝝ
vl' ſci Jacobi ⁊ hi⁹ ꝓ aīa ei⁹: ⁊ ꝓcu-
rādo alioꝝ orōnes iquātuꝫ pōt nec
ħ ſufficit. Sꝫ ſi iterfect⁹ habuiſſet
aliqͦs: vt pr̄em ⁊ matrē filios ⁊ hi⁹:
quos opib⁹ manuuꝫ ſuaꝝ ſuſtenta-
bat: tenet̄ interfector oibus illis ad
tm̄ quātū illis abſtulit ſubſidij per
occiſionē ei⁹. Jnſuꝑ occiſor tenet̄
placere leſos quātū pōt. hec Sco.

Quātū ad 2ᵐ.ſ.de mutilatiōe di
cit idē Sco. ꝙ ꝑ hi⁹ nō ē ſtatuta ali
qua pena in eccl'ia niſi pecuniaria:
⁊ iſta dꝫ reſpondē nō ſulū dāno qͦd
ꝗs itulit ꝑ mutilationeꝫ ꝓ toto tꝑe
ꝗ vſurus eēt ꝗs mēbro abſciſo: ſed
ēt expēſis appoſitis i curatōe vt hr̄
ex̄ de iniur. ⁊ dā.da.c.i. Et vltra ħ
tenet̄ ad placationē leſi quantuꝫ in
ipſo ē ⁊ cōſulatōeꝫ ipſius afflicti: ꝗ
afflictio perpetua ē: plus ēt ponde-
rāda ē mutilatio pauꝑis ꝙ̄ diuitis
ſi magis egebat parte abſciſa ad vi
ctū neceſſarium: puta ſi abſciſa eſſet
man⁹ dextera ſcriptori: ꝗ de illa ar
te viuebat: tūc eni magis tenetur.

Quātū ad 3ᵐ vr̄ dcū optime ipo
ſuiſſe ſatiſfactionē.ſ.in leſione vel
ꝑcuſſione vl' vulneratione corpora
li. Ex.xxj. vbi dr̄. Si rixati fuerint
viri ⁊ ꝑcuſſerit alter ꝓximū ſuuꝫ la
pide vl' pugno ⁊ ille mort⁹ non fu-
erit: ſed iacuerit i lecto: ſi ſurrexe-
rit ⁊ ambulauerit ſuꝑ baculū ſuuꝫ:
inocens erit ꝗ ꝑcuſſerit.ſ.a mortis
pena ſuſtinēda: ita tn̄ ꝙ opas ꝗs in
teri ſic neglexerit ipedit⁹ ꝑcuſſura
⁊ ipēſas i medicos reſtituat cui pe-
ne addēda ē recōciliatio quātuꝫ in
eo ē. Quantū ad ſatiſfactionē d.4.
leſione.ſ.icarceratōe l' ↄ̄tētōe: ſcien
dū ꝙ vltra reconciliationē ⁊ veni-
aꝫ petitā leſo fiet ſatiſfactio iiurie:
ꝓut ſapiēs determinabit: ⁊ ſi leſus
plus vellet exigere ꝙ̄ deberet ad il
lud plus nō tenet̄ ledēs: vt illum re
cōciliet. hec Sco. ſed btūs Tho. in
ſū. ⁊ in.4. dicit ꝙ in oib⁹ dānis vbi
nec i ſe nec ieqlēti pōt fieri reſtitu-
tio: vt in mutilatiōe mēbri ⁊ hi⁹: ſa
tiſfactio fiet ꝑ recōpēſationē ad ar
bitriū boni viri. Jdē Uul. ⁊ qꝛ tale
exiliū reputat̄ vt qdā carcer in iu-
re. iō ꝗ mittit aliquē in exiliū vel ad
cōfiniū ꝙ ē exiliū ad tꝑs iniuſte: tā
ipſe ꝙ̄ oēs hi⁹ cā dātes auxiliū aut
cōſiliū efficax ad ħ tenētur exulāti
de oi dāno ide ſecuto ex ħ ad ſatiſ-
factionē. ar. ex̄ de homi.c. ſic dignū
.xj.q.iij.c. ꝗ ↄſentit. De t̄tia dāni
ficatōe.ſ.in fama ⁊ honor̄ ſciēdū ꝙ
4. modis pōt ↄtigē.ſ.ꝑ contumelie
illationē ꝑ detractionē ꝑ ↄ̄tractio-
nis ab alijs facte recitatōꝫ ꝑ ꝟitat]
negationē cū ꝗs accuſatur iuſte.

Quātū ad pᵐ dr̄ ꝗs cōtumeliari
alteri: ſeu ↄtumeliā iferre cū ꝑuatiꝫ
ei l' corā alijs i faciē dicit ↄtumeliaꝫ
iportātē notabilē defectū cl'pe vo-
cādo eū latronē: lenonē: ꝓditorem:
adulterū: ⁊ hi⁹: vl' cū dicit ꝟba exꝑ-
mētia defectū nature: vt cū dicit in
tēdēs ide iniuriari: vt vocādo ſtra-
bonē: l' illegitimū ⁊ hi⁹: ꝙ ꝓprie dr̄
ↄuitiū. Qn̄ igr̄ ꝗs ħ facit aīo iiuriā-
di vltra offēſā mortalē tenet̄ ſatiſ-

UVA. BHSC. IyR_109_1

facẽ pximo leſo: ⁊ ipm placare quã tum põt petẽdo veniã vel alio mõ: ⁊ h̃ in priuato vl̃ publico ſm q̃ ipe ꝑuati vl̃ publice iniuriã intulit ſeu ↄtumeliã: nã ſi in publico ↄtumeliã itulit: ⁊ h̃ ↄtumeliat⁹ reqrit vt i publico veniã petat tenet̃ ad h̃. Et ſi i ipſa ↄtumelia aliqd̃ criminale falſo exp̃ſſit tenet̃ corã illis q h̃ audierũt exp̃mere ſe falſũ dixiſſe. Augu. vbi pctm̃ iortũ fuerit: ibi moriat̃. 2 q. i. c. ſi peccauerit. ver̃ ſi ꝓlat⁹ ſubdito pr̃ filio: vir vxori: magr̃ diſcipulo: dñs ſeruo dic̃ verba cõtumelioſa: faciẽs h̃ ex correctõe nõ tenet̃ petere veniã a tali ſm Aug. in regula dicẽte de ꝓlatis. Si ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis nõ a vob̃ exigit̃ vt a nobis ſubditiſ veniã poſtuletis ⁊c. Sed ſi h̃ faceret multũ iiurioſe ⁊ liuore vindicte: tũc tenet̃ ꝓlatis ſubdito petere veniã ⁊ recõciliare leſum ſm Rai. Idẽ tenet glo. in. c. qñ. 86. di. ver̃ ſi ↄtumeliã recipiens in verbis poſt ↄtumeliã ſi domeſtice ↄuerſant̃ cũ ↄtumeliante ⁊ familiariter vr̃ oñdere ſibi remiſſã iniuriã: ⁊ recõciliatũ fore: ⁊ ↄſeqñt̃ nõ teneri al's ad peteñ. veniã ſ3 Durãn. in ſũma. Quantũ ad 2^m dãnũ. ſ. p detractionẽ hoc ↄtingit fieri ꝑncipal'r duob⁹ modis. Primo mõ iponẽdo alicui falſum crimen ṽbo cãtilena: vel famoſo libello: ⁊ talis tenet̃ illis corã qbus detraxit d̃clarare ſe falſum dixiſſe: quatũcunq̃ exinde exurgat erubeſcentiã ⁊ ↄfuſio: niſi ex hoc imineret ei magnum ꝑiculũ vite: vl̃ aliqd̃ magnũ incõueniẽs ſequeret̃ ⁊ ſi nouerit q̃ his cuius famã abſtulit ſciuerit detractorem ipm tenet̃ detrahens cõponer̃ cũ infamato p cũ de iniuria ſibi facta: ⁊ veniã poſtulare in ꝓpria pſona ſi audet: vl̃ p alium ſi p ſe apte non põt. Sed ſi ignorat diffamat⁹ d̃ trahentẽ recõciliet̃ ei tacito noĩe ſuo. Scd̃o⁹ ↄtingit fieri detractio dicẽdo aliqd̃ criminale de alio: ſed ver̃ ꝑpetratũ occultũ tñ: ſed ↄ̃ debitum ordinẽ ifamie dictũ: talis tenet̃ famã reſtituere ifamato quantũ põt mẽdacio tñ: vt. ſ. nõ dicat mẽdacioſe ſe illũ ifamaſſe: ſed dicat ſe male dixiſſe ⁊ iniuſte diffamaſſe: vel alio ↄgruo mõ vt nõ credatis ipm eẽ talẽ male dixi ⁊ ſtulte locutus ſum: ⁊ hi⁹: Addit Hoſtieñ. ⁊ dixit h̃ ſuãdum: niſi ex tali publica recognitõe ille ifamat⁹ amplius infamaret̃. Et Uul: h̃ ẽt addit nõ tenet̃ qñ ꝑiculũ ſibi iminet ex potentia aduerſarij. Uidet̃ inſup ⁊ h̃ ſeruandũ: qñ crimen qd̃ prius erat occultũ: poſt denũciatõem factũ ẽ manifeſtũ p aliũ modũ q̃z p ṽba illius non tenet̃ ad hi⁹ reſtitutõem: qñ ẽt nõ põt qs famã reſtituere ſm Tho. i ſũ. d3 p alium modũ recõpenſare dãnũ illud. Uer̃ ſi qs crimẽ alicui occultũ reuelat nõ ex odio l' ex loq̃citate: ſ3 ex charitate l' iuſticia: vl̃ ex neceſſitate puta dicit eccl'ie ſm ordinẽ fraẽne correctõis: vel accuſat eũ coram iudice vl̃ ↄfeſſore cũ nõ poſſit alit̃ pctm̃ ſuũ ſufficiẽt̃ d̃clarar̃ vl̃ ẽt vt ↄfeſſor eũ admoneat illũ: vel ꝓlato vt melius ſibi ꝓuideat: ⁊ gregi ſuo talis nõ tenet̃ ad fame reſtitutõem ſm Pe. Rai. ⁊ Alb. Quantũ ad 3^m dãnum. ſ. recitando detractões auditas corã alijs nõ ex ſe aſſerẽdo nec tanq̃ certum dicẽdo ſed quod audiuit tale vel tale crimen de aliq̃



UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝙ neſcitur ab auditoꝛibꝰ. Dic̄ Sco i.4. ꝙ talis icaute ſic loques ꝯ alio falſū crimē dicendo foꝛte ille fec̄ h̄ certe pōt eſſe ꝙ fecerit: aut dicēdo ego audiui ꝙ ille hec fec̄ niſi oñderet aliquā certitudinē maioꝛē q̄ȝ ex relatōe cōi nō aufert ex nā actus illi famā i opinione audiētiū: qꝛ ſi illi firmiter cōcipiūt ⁊ credūt illū ꝯ q̄ ē ſermo criminoſū: leueſ ſūt: qꝛ q̄ cito credit leuis eſt coꝛde: ꝓuer. veꝝ qꝛ a ſcādalo pupilloꝝ cauere oꝫ iuxᷓ illud Math. 18. Qui ſcādaliçauerit vnū de pupillis iſtis q̄ i me credūt expedit ei ſuſpendatur mola aſinaria in collo eiꝰ ⁊ demergat̄ in ꝓfundū. Et qꝛ multi ſūt taleſ puſilli ⁊ leues: iō periculoſū ē coꝛam eis talia audita referre: ⁊ ſi hoc fiat itentōe mala. ſ. ledendi famā eius nō facile pōt excuſari a moꝛtali. Si autē fiat coꝛā puſillis ⁊ leuibꝰ ex incōſideratōe durū ē dicē ꝙ ſit moꝛtale: ⁊ dicūt aliq̄ ꝙ ſiq̄s ex tali relatōe alicuius notā icurriſſet īfamie tenet̄ famā reſtituere coꝛā illis q̄bus locutus ē de illo. Sed ſi nō ē ſecuta īfamia non tenet̄. Quātū ad quartū dānū cōtingit h̄ qñ q̄s accuſat̄ i iudicio de crimine qꝺ cōmiſit ſꝫ occl̄to: ⁊ nō ſufficiēter ꝓbabili negat ſe cōmiſiſſe: ⁊ ſic idirecte crimen iponit accuſatoꝛi oñdens eū in h̄ mendacē ⁊ nōt euꝫ de calūnia: vbi dicit Sco. in. 4. ꝙ negās ſic nō tenet̄ retractare negationē ſuā qñ negauit i publico veꝝ crimen: tenet̄ tñ per q̄dam ꝟba ſobꝛia reſtituere famaꝫ illi accuſanti: q̄ idirecte nōuit ꝯ calumnia dicendo nō habeatis euꝫ ꝓ calūniatoꝛe: credo ꝙ habuit bonaꝫ itētōem i accuſādo: ⁊ hiꝰ. Ecōtra cū q̄s accuſat̄ ab alijs falſo de aliq̄ crimie ex doloꝛe toꝛture cōfeſſus ē crimē: qꝺ nō cōmiſit: cū ſe iſamauerit: tenet̄ iquantuꝫ pōt declarar̄ ſe falſū dixiſſe. magis. n. tenet̄ q̄s diligere ſe ⁊ ꝯñt cōſeruationē vite ſue ⁊ fame q̄ȝ alios. Et ſi ex h̄ ſequeret̄ īfamia: imo ēt moꝛs accuſatoꝛis nō ei iputat̄: ſꝫ malicie ipius accuſatoris ſi aduertēter h̄ fecit: vel inſipiētie: ſi ex erroꝛe hoc fecit: ſibi ḡ iputet qꝛ ad hoc idebite ſe poſuit cū periculo alt̄iꝰ. Itē nō. ſꝫ Pe. ꝙ ex iiurijs illat̄ q̄buſcūq̄ȝ mōis ſolēt tria oꝛiri p̄ oꝛdinē i leſo. P$^{m}$ ē rācoꝛ i affectu. 2$^{m}$ ē ſig$^{m}$ rācoꝛ̄ i effectu 3$^{m}$ ē actio ꝯ iiuriātē. P$^{m}$. ſ. rācoꝛē ſtatiꝫ oꝫ dimittē iiuriāti. i. nūq̄ȝ hr̄e. 2$^{m}$ oꝫ dimittē cū iiuriās petit veniā ⁊ iſta dimiſſio extioꝛ nō ē aliꝺ q̄ȝ acceptatō q̄dā ſatiſfactōis vl̄ idicatio recōciliatōis ꝟbo vel facto expꝛeſſa: vt cum offenſus offendētē eleuat gēuflexū añ eū: vel cū dicit: dñs parcat vobis ⁊ hiꝰ. 3$^{m}$ aūt. ſ. actionē de iiuria nō tenet̄ dimittē niſi facta ſatiſfactione. Sꝫ aduertendū ē circa ſigna rancoꝛis ꝙ q̄daꝫ ſūt remota q̄dā ꝓpinqua q̄ ingerūt ꝓbabilem ſuſpitionē de rancoꝛe: vt cū aliq̄s nūq̄ȝ vult iniuriāti loq̄: vl̄ obuiās ei diuertit ab eo: aūt toꝛuo vultu ſēp aſpicit eū ⁊ hiꝰ. Et iſta ſigna nulli lꝫ retinere nec añ nec poſt ſatiſfactionē ſibi factā: qꝛ ab oī ſpecie mali abſtinendū eſt ſm apl̄m. Vñ taliſ non oꝫ talia ſig̃ facē p̄ que credat̄ ꝓbabiliter eſſe in odio. Signa vero remota ſunt que nō ingerūt de odio argumētum lꝫ odiū ſequeretur: vt ſunt ſubtractio familiaritatis ⁊ ſeruitioꝝ aliquoꝝ ⁊ familia ⁊ illa lꝫ re

UVA. BHSC. IyR_109_1

tinere oibus ſiue poſt ſatiſfactionē
ſiue ante dūmodo nō fiat malo aio
ſ3 p maiori ſui ⁊ alteri⁹ pace:nō aūt
teneᵋ iniuriatus querere pacem vł
recōciliationem iniuriantis iṗo nō
penitente niſi in caſu.ſ.eū crederet
pbabiliter ꝙ propter hoc liberar3
aīam eius a mortali odio ⁊ nō eſſet
occaſio mali:puta q2 ex hoc iīurās
ſuperbiret vel audaciā ſumeret ſi/
milia faciendi:vł oñderet ex hoc in
iuriatū offēdiſſe ⁊ hi⁹. Hec omnia
Umbert⁹ in expoſitione regule.d3
aūt fieri ſatiſfactio vł reſtitutō fa
me q̄citius pōt:⁊ ad eſt opportuni/
tas ſine alijs periculis. De quar/
ta dānificatione.ſ.rex exteriorum
notandū p⁹ ꝙ reſtituenda eſt reſ ra
pta vł furata:vł alio modo vſurpa
tiue habita i ppria ſpē imo in indi/
uiduo ſi ipſa habeᵋ:nec poteſt dari
alia pro ea eiuſdē bonitatis:niſi for
te pecunia ꝯ voluntatē dñi ipſi⁹ rei
3.q.i.c.reintegranda ſūt oīa ſpolia/
tis:⁊ hoc rex niſi in caſu cum vſur
patio rei aliene eēt occulta:⁊ ex re/
ſtitutōe eius in ſua ſpecie detegere
tur raptor: vel aliud inconueniens
ſequeretur:tūc eni3 ſufficeret dare
p̄cium eius. 2° notādū ꝙ ſi ipa res
male ablata perijt morte:vt aīal vł
ſibi auferᵋ:nihilominus reſtituere
teneᵋ ſm Rai.⁊ alios. Si aūt dete/
riorata eſt i bonitate vel diminuta
i p̄cio ſupplendum eſt preciū:q2 d3
reſtitui eiuſdem bonitatis ſ3 Rai.
nam ſi equus:vel bos ablatus ē pe
nes raptorē debilitatus ita vt exti/
metur.5.florenoꝝ qui p̄us valebat
10.reſtituet.10.nō.5. Silr ſi furatus
eſt ſextariū frumenti valentē tunc
ſolidū.40.cū vero reſtituitur val3
20.duo ſextaria teneᵋ reddere:vel
40.ſolidos:nec ſufficeret reddere
ſextariū ſm Rai.⁊ alios:immo ſi il
lo itermedio.ſ.inter vſurpatione3
⁊ reſtitutionem plus valuit q̄3 tem/
pore vſurpationis illo pluri precio
reſtitueᵋ ſm aliquos. Tenetur etiā
raptor p⁹ reſtitutiōem dāni petere
remiſſionem de iniuria ſaltem p in
poſitā pſonā:vel p ſe expreſſo noie
furis:vel tacito ſm ꝙ qualitas ne/
gocij reqrit.ſ.ſi eſt manifeſtū vł oc
cultū. 3° ꝟo ſi eſt res fructificās
teneᵋ reſtituere rē cum oib⁹ fructi
bus inde pceptis ⁊ qui pcipi potuiſ
ſent a diligēti poſſeſſore puta vſur
pauit agrum alterius:ex quo non p
cepit de fructibus niſi.20.ſextaria
frumēti:q2 male fecit cultiuare vbi
30.percepiſſet diligēs cltiuator an/
nuatim talis reſtituere tenebiᵋ nō
ſolum.20.percepta:ſed.30. Silr
ſi equum furat⁹ ē cū quo lucrat⁹ ē
mēſuratim florenū vnū vbi dñs lu
cratus fuiſſet vnū cū dimidio tene
bitur reſtituere ad rōnem vn⁹ flo/
reni cū dimidio p mēſem:⁊ itelligi/
tur h deductꝭ expēſis factꝭ i vtilita
tē ⁊ ꝯſeruatōe3 ipſi⁹ rei neceſſarijs
nō tñ ſupfluis ⁊ expenſis factꝭ grā
colligendoꝝ fructuum.hi⁹.n.dedu
cuntur tam a male fidei q̄3 a bone
fidei poſſeſſore ſm Rai.⁊ Tho.
Damna etiam que paſſus eſt do/
minus carētia rei ſue tenetur ſatiſ/
facere:extra de iniur.⁊ dam.da.c.ſi
culpa. Tho.⁊ Rai. Item nota ꝙ ſi
plures concurrerent ad furtu3 vel
ad dānū aliqđ faciēdum ita ꝙ vn⁹
nō faceret ſine altero:qlibȝ teneᵋ i
ſolidū.i.ad totum damnū reſtituē/
dū quouſq3 ſit illi ſatiſfactū integre.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Jllo aũt reſtaurato ꝑ vnũ illoꝝ te/
neť poſtea glibet eoꝝ ꝓ pte ſua ſa/
tiſfacẽ ei q totũ reſtituit: ſm Tho.
Rai. Jnno. Hoſti. ⁊ Al. ex̃ ꝺ homi.
c. ſič dignũ. puta cũ duo vel plures
vadunt ad furãdũ aliqd: ita ꝙ vn⁹
nõ. iret vľ faceret ſine alťo: ſeu cum
mľti ſtipẽdarij bellãt iniuſte: ita ꝙ
vn⁹ nõ facẽt ſine alťo ꝑcipue in ꝑn
cipalib⁹. Mľti ꝯſiliũ ꝑſtant ad fa/
ciendũ extorſiões vľ expoliãdũ in/
iuſte aliquẽ ciuẽ: ita ꝙ ſine aſſenſu
eoꝝ nõ potuiſſet fieri oẽs tenenť i
ſolidũ: de h̃ tñ plene hẽs i 2ª pte ſũ.
ti. i. c. 3. Quito nõ ꝙ cũ duob⁹ vľ
plurib⁹ exiſtentib⁹ heredib⁹ vſura
rij ľ raptoris ſi alť fact⁹ ẽ nõ ſoluẽ
do ſi vn⁹ ẽ teneť iſolidũ: ſi plures
ſũt glibet teneť pro pte ſua ad reſti
tuendũ q̃ vſurarie ⁊ vſurpatiue ſť
accepta ab illo. ſ. vſqꝫ ad quãtitatẽ
q̃ puenit ad illos ꝺ hereditate: nam
oẽs res hereditarie obligate ſũt: ex̃
ꝺ vſu. c. tua. Concor. Hoſti. Ber. et
Hoff. ⁊ Jo. an. Ad vltra autẽ ꝗ̃ pre
cepit ꝺ hereditate ꝑdicti vſurarij ľ
raptoris nõ teneť: ꝗ̃uis nõ eẽt ꝑ il/
la ſatiſfactũ in totũ creditorib⁹ vſu
rarijſ vel rapine. Sexto nõ ꝙ re
cipiẽs a religioſo ꝯ voluntatem ſu/
perioris ſui teneť illud reſtituẽ niſi
i extrema neceſſitate illud accepit:
ar. 12. q. i. c. nõ dicat]. ⁊ recipiens ab
ipo ꝑlato religioſo ſine cã rõnabili
ſꝫ ex parentela vľ turpitudine tene
tur ad reſtitutõem monaſterio. Fi
lia religioſi ẽt abbat] dotata nõbili
ter ꝺ bonis monaſterij teneť reſti/
tuere dotes: ⁊ vir ei⁹ ẽt ſi ſcit h̃: niſi
ꝑ modum elemoſyne moderate do
taſſet. Sꝫ q̃riť vtrũ oẽ lucrũ quod
qs fec̃ ex re rapta furata: vľ ꝑ fen⁹
acqſita teneať reſtituere: ľ pauperi
bus errogare. ad h̃ rñdeť ꝑ diſtin/
ctõem: aut enĩ taľ res ẽ ex ſe fructi/
ficans q̃ ẽt ſui vſu non ꝯſumiť nec
diſtrahiť: vt ager vineo plãte pratũ
dom⁹ iumẽtũ: ⁊ hi⁹: ⁊ de hi⁹ re dꝫ re
ſtitui oẽ lucrũ ide pceptũ ſꝫ Tho.
⁊ oẽs alios. Aut taľ res ñ ẽ ex ſe fru
ctificãs: ⁊ ei⁹ vſus ẽ ꝯſũptio: vt gra
nũ vinũ oleũ ⁊ hi⁹. aut diſtractõ: vt
pecunia metalla: ⁊ circa hi⁹ res eſt
triplex mod⁹ dicẽdi: nã qdã dicũt
ꝙ oẽ lucrũ ide pceptuꝫ dꝫ reſtitui ľ
paupib⁹ errogari: qꝛ radice iſecta
nullus bon⁹ fruct⁹ ſeq põt: vt dr̃. i.
q. i. c. ferť. Cuꝫ g̃ radix illi⁹ lucri ſit
vſura vel rapina: vr̃ ꝙ fruct⁹ vľ lu/
crũ exinde ſit infectũ ⁊ obnoxiũ re
ſtitutõi vel errogatõi. Alij dicũt ꝙ
⁊ ſi pecuniã raptã ľ fenebrẽ teneať
idubie reſtituẽ ac ẽt dãna q̃ paſſus
eſt is q ſoluit vſuraꝫ ex carentia ip
ſius pecunie ſolute: puta qꝛ oppor/
tuit eũ accipe ad vſurã pro ſuis ne/
ceſſitatibus: vel vẽdẽ res ſuas mul
to minori pcio ꝗ̃ valerẽt. Lucꝝ tñ
pceptũ ex pecũia fenebri ꝑ licita nẽ
gocia nõ teneť reſtituẽ vľ errogať
paupib⁹: ⁊ h̃ tenẽt Sho. 2ª 2ᵉ. q. 78
⁊ Ric. ⁊ Pe. ꝺ paľ. i. 4°. Jo. an. ⁊ Jo
cal. ⁊ Abb. i. c. fi. ꝺ vſur]. Et ad rõeꝫ
alioꝝ dici põt ꝙ radix iuſti lucri nõ
ẽ rapina vľ fen⁹ ſꝫ iduſtria vtẽt] ea
ex ſe. n. illa pecũia nihil lucri attuliſ
ſet: ⁊ ſic ñ ẽ radix iſecta: qꝛ iduſtria
ꝺ ſe ẽ bona. Sꝫ ſi illa pecunia male
acqſita vſus fuiſſe in fraudib⁹ ⁊ in
alijs illicit] acqſitõib⁹: tũc radice i/
fecta teneret. Alij dicunt vt La. ꝺ
ridol. i. ſ. dcõ tractatu de vſuris ꝙ
lucrũ ex tali pecũia acqſitũ trifarie
diuideť: ⁊ vnaꝫ qdẽ ptem habebit

UVA. BHSC. IyR_109_1

vſurari⁹ ipe vȝ tm̄ quãtū debẽt ex/
penſe labori ⁊ iduſtrie qd̄ boni viri
dirimet arbitrio:p̄teꝗ aliaȝ reſtitu
et creditori ſuo qui.ſ.ſibi dedit vſu
ras habito reſpectu ad dãnū qd̄ ille
ſuſtinuit in bonis ex carentia illius
pecūie:vt dictū Tho.⁊ ſequaceſ:re
ſiduū tãꝗ icertū dabit pauperibus
qd̄ ſic ꝓbat:peneſ vſurariuȝ non dȝ
remanē ne.ſ.ex hoc paret via vſuri
⁊ iuitētur hoīes ad peccãdū:nec dȝ
creditori reſtitui:qꝛ tūc recipet vſu
ras ꝙ forte ſua:ḡ paupib⁹ ē erroga/
dū:qꝛ regl'a ē ꝙ qñ aliqd ē errogan
dū:⁊ nō apparet cui illud eſt paupi/
buſ dandū ar.xiiij.q.v.ñ ſane.·Ral.
ēt cōſuluit ꝙ poſt reſtitutionē ſolū
vſure recepte petat vſurarius abſo
lutionem ab eo de alijs ſi tenet ad
cautelaȝ:magne eq̄tiati vr̄ initi iſta
vltīa opinio:tñ ſufficē vr̄ abſolutō
ꝗ dr̄ a b.Thoma cū alijs in ſua opi.
Itē q̄rit vtruȝ manifeſto vſurario
p̄ſtante cautōem de vſuris reſtituē
dis ſi ad p̄ces ei⁹ aliq̄s fide iubeat
ꝓ eo teneatur ipſe fideiuſſor credi/
toribus vſuraꝝ vel ep̄o vel paupe/
ribus ad reſtitutiōem oīum vſura
rū extortaꝝ certaꝝ ⁊ icertaꝝ. Ad
qd̄ reſpondet Lau.vbi.ſ̄.dicens:ꝙ
Lapus cū pluribus alijs doctorib⁹
determinauit talia'fideiuſſorem nō
teneri vltra'vires hereditatis prin/
cipalis etiam ſi ſe p̄ncipalem conſti
tuiſſet.Et addit hãc etiam q̄ſtioneȝ
diſputauit ·Pau.de leaça.⁊ d̄termi
nauit ꝙ non obligat fideiuſſor vlt̄
facl'tates vſurarij habito reſpectu
ad tp̄s cautōis:qꝛ ſi tpe cautōis p̄n/
cipalis erat ſoluendo: dato etiaȝ ꝙ
facultateſ ſint poſtea exhauſte non
reſtitutione vſuraꝝ nec eris alieni

ſed ꝑ alios modos fideiuſſor'rema
nebit ad oīa obligat⁹:lȝ enim exce/
ptio inopie proſit pr̄icipali:nō tñ fi
deiuſſori:ſȝ ſi tpe cautiōis p̄ncipal'
nō erat ſoluēdo nō tenet vltra vi/
res principalis.Idem tñ ·Paulus di
ſtinguit inter fideiubentē ꝓ cautio
ne ⁊ ſe obligantem ad reſtitutioneȝ
vſurarum ex alia cã. In p̄mo enim
caſu nō tenetur fideiuſſor vltra vi/
res:qꝛ nec vltra vires reſtituere vl'
cauere tenebat principal'. In 2° cãu
ſecus: qꝛ p̄ncipalis eſt obligatus in
ſolidū lȝ habeat exceptōnes inopie
vl' ſimile:ꝗ exceptio vt pote perſo/
nalis nō dirigitur ad fideiuſſorem.
Item nō.ſȝ ·Ric.i.iiij.di.xv.ꝙ q dã
nificat aliquē iniuſte in ſua libtate
.ſ.iniuſte ꝓcurãdo eum redigi i ſer
uitutem tenet ſe facere ſuū pro eo
ſi nō pōt cū alit̄ reſtituer̄ libtati:ni/
ſi forte talis eēt cōditio pſone que
h dãnū intulit:qd̄ nōbilit̄r redūda/
ret i p̄iudiciū boni cōis:i q̊ ca u non
tenet ſe facē ſeruū ſȝ tenetur ad oē
aliud itereſſe ad arbitriū boni viri
Quãtūcūq; q̄s dãnificaret aliquē i
alijs poſſeſſiōibus nūq; tenet ꝓ re
ſtitutōe ſe facē ſeruū ei⁹ vel altius:
qꝛ vt dr̄.ff.de reg.iur.libertas ieſti
mabil' reſ ē.Qd̄ aūt dr̄ Exo.22.Si
aūt nō habuerit vñ reddat venūde
tur. Iudiciale p̄ceptū fuit vñ mō ñ
obligat.hec ille. Itē q emit i ſuū vl'
ancillã q ab'initō cū'fuit capt⁹ i bel
lo iuſto erat xp̄ian⁹ vl' xp̄iana:q̄uiſ
heretica liberū dimittere dȝ nec po
teſt petē p̄ciū ab ip̄o ſuo: ſȝ ab'eo a
quo emit ſi iuenit: al's ſibi imputet
ſicut ⁊ qui emit rem alienam igno/
ranter cōperta veritate dȝ reſtitue
re dño eius: vel ſi ignorat dominuȝ

UVA. BHSC. IyR_109_1

paupib⁹ erogare:nō ſibi retinere. Si aūt nō erat xpanus: ſed ſarra/cenus:turchus:vł tartarus ⁊ hi⁹ tale i ſeruū ēptū vēdere pōt ⁊ poſtea baptiçatū:pium ē certo tpe cōueni enti ex ſeruitio habito eū libere di mittere:ſi tñ bñ vtit̃ libertate non tñ neceſſariū. Itē ſiqs ipedit aliquē iniuſte ab officio vel bñficio iā ob tēto:puta ꝓcurās ſibi auferri ex ali qua ſiniſtra cā ł falſa tenet̃ ad ſatiſ factionē ꝺ toto ſm Tho. ⁊ Ric.in 4.di.15.ſecus ſi iuſte h̄ ꝓcurat: qa meret̃ ꝑuari ex defectu ſuo. Sꝫ ſi i peditur a bñficio ꝯſeq̄ndo nō tene tur ad tm̄ quātū ē bñficiū:ſꝫ ad ar/bitriū boni viri ſm Tho.⁊ Ric.qꝺ ītelligēdū vr̃ qñ h̄ facit ex odio vel malicia:nam ſi facit vt ſibi vel ami co ſuo magis ꝓuideret̃ q̄ꝫ illi: puta teſtatoꝛ aliqs vult legere ti.c.⁊ ego rogo ꝙ magis leget mihi: vł cuidā ꝑſone mihi magis dilecte: ⁊ ille ſic facit talis ſm Pe. de pal.i.4. nulli tenet̃:qꝛ nulli aufert ius ſuū:nā illi nullum ius erat acq̄ſitum:⁊ nemini facit iniuriā q vtitur iure ſuo:cuili bet.n.licet ſe alteri cōmendare: vt donet ſibi vł leget ꝑcipue cū idiget

Itē q̄rit̃ vtrum clerici teneātur reſtituere illos fruct⁹ q̄s voluptuo ſe ꝯſumunt non facietes ſeruitiū in eccł ia.ſ.non officiātes vel offician do. R°.ſm Archi.di.44.§.i°.vtiqꝫ tenentur:⁊ h̄ tripliciter. Pꝛio rō ne dati 2° rōne ſacrilegij.3° ratiōe odij. Pꝛio rōne dati:nā illa bōa tali eccleſie ideo data ſunt vt offe/rēt ꝑces ⁊ ſacrificia ꝓ ipſis q dede/runt:⁊ ex reſiduo alētur paupes.ad qꝺ facit verbum Hieronymi dicē/tis tibi. O ſacerdos de altero viue re non luxuriari ꝑmittit̃.di.44.§. i.⁊ q h̄ non facit ifidelr agit. Se cūdo rōne ſacrilegij:qꝛ defraudant totam eccleſiam qua ſuis ꝑcibus ⁊ officijs iuare ꝺberent ⁊ ei ꝓdeſſe: Vñ Alex.papa. Ipſi ſacerdotes ꝓ populo interpellāt ⁊ peccata popu li comedūt:qꝛ ꝑcibus ſuis ea dclent .ij.q.i.c.ipſi. Tertio rōne odij qꝛ ꝓ uocant iram dei ꝯ populum. Greg. Cum is q diſplicet ad intercedēdū mittitur:irati animus proculdubio ad deterioꝛa prouocat.di.xlviiij.§. i.qꝺ verum eſt qñ populus eſt i cā malitie ſacerdotis. Sed qd ſi facit ſeruitium eccleſie ſed in moꝛtali ꝑ/ſeueras. R°.non vr̃ teneri de fructi bus:⁊ rō eſt qꝛ etiam mali miniſtri orōnes communes vt officiū ⁊ miſ ſe ꝓſunt viuis ⁊ defunctis ſꝫ Tho. in.4.Sed qd de hoꝛis omiſſis nun qd tenet̃ reſtaurare totum. R° ſm Archi.ex eq̄tate deberet ſibi iniun gi i pñia ſi poſſet ſed non eſt neceſſa rium:ſed in hoc eſt pñia arbitraria ſicut in alijs:⁊ idem videtur ſenti/re Pe.de pal.in.4. Quantum ad 3ᵐ pꝛincipale.ſ.vbi fienda eſt reſti/tutio.Circa hoc diſtinguendum:qa aut perſona cui fienda eſt reſtitu/tio ſcitur:aut iq̄rendo ſciri poteſt: aut omnino ignoꝛatur. Si aūt ſcit aut inq̄rendo ſciri poteſt ipſe:vł he res eiuſ ipſo moꝛtuo in loco vbi fa cta eſt rapina vſura vel damnum ſi vterqꝫ ibi eſt:vł vbicūqꝫ ad iuicem ſe ꝯueniūt creditoꝛ ⁊ ꝺbitoꝛ. Si āt alt̃ ē abſcēs a loco vbi fcā ē vſurpa tio ł dānificatō mittet̃ expēſiſ e⁹ q ſe abſētauit de loco.ſi igr̃ ē abñs is cui fienda ē reſtitutio:puta qꝛ muta uit dōiciliū mittet ſibi rē ablatā: vł

UVA. BHSC. IyR_109_1

pecuniã ipe q abstulit expẽsis illi⁹ cui hʒ restituere. Si vo absentauit se a dicto loco is q rẽvsurpauit ipe suis ꝓprijs expensis trãsmittet reʒ vł pecuniã ſm Hosti. ꝛ Jo. an. ꝛ h p talẽ modũ ꝙ nõ ðtegat̃ peccator ſi pctm̃ est occultũ. ar. ij. q. i. c. si peccauerit: vel ẽt põt creditori significari ꝑcipue qñ ẽ multũ remot⁹ a debitore occłte ł manifeste ſʒ ꝙ expedit: ꝛ ſm ꝙ creditor ordinat: vel demittẽda illa re vel refuanda: vł aliter dãda: sic agat debitor ꝛ lib erit. Si aũt suo ꝓpo motu reʒ illã destinaret seu pecuniã debitor: ꝛ in via periret: vł auferret̃ sibi: periret ei q ad hoc teneret̃ ad satisfaciendũʒ ſm Jo. i glo. Uł ẽt si sperat̃ cito ṽturus ad locũ põt sibi rẽ ſuare. Et ſm Tho. Hosti. Jo an. in eadẽ sacrã deponẽ: vł alio tuto loco: aut si res est parui valoris: ꝛ creditor distans multũ: ꝛ abũdãs fuerit. Põt ẽt ſm Uul. ꝓ aĩa e⁹ paupib⁹ errogãi. Jdẽ tenet gl. i. c. cũ tu. ex̃ de vsur. Si vero ignorat̃: nec ꝑquirendo inueniri põt cui restitutio fieri dʒ: tũc erroganda ẽ res ablata: vł ꝑciũ ei⁹ pauperibus ꝓ aĩa illi⁹ i loco illo vbi facta ẽ vsura rapina vel dãnũ vł i loco in q̃ habitat is cui fiẽda ẽ restitutio: ꝛ hoc iõ: q̄ melius ẽ ꝙ vicini inde sentiãt cõmodũ q̃ʒ extnei: tũ etiaʒ q̄ verisiłe ẽ ibi repiri dãnũ passũ: vel heredẽ ei⁹. Jta notat Hosti. Jo. an. ꝛ Jo. de ligna. Uł saltẽ fiat tał errogatio ad arbitriũ diocesani loci vbi factũ ẽ dãnũ vł rapina ſm Rai. Si tñ cõmode fieri nõ posset i dicto loco cũ hoc nõ sit necessariũ: põt tũc ꝛ dʒ alibi fieri ſm Uul. sed ꝛ beatus Tho. i hi⁹ casu nil dicit de loco determinato: sʒ ꝙ ꝓ aĩa illius cui⁹ res erat dʒ paupibus errogari. Unõ ꝛ M. Ugo ꝑitus i vtroqʒ iure: ꝛ frater Clar⁹ dicebãt ꝙ cũ paupes sint vt vnũ mẽbrũ i corpe eccłie: nec ab hac vnitate sequestrẽt̃ ꝓpt locoꝝ distãtiã sufficit si restitutio incertorũ det̃ qbuscunqʒ paupibus ẽt alterius ꝓuincie: q̃ʒ vbi facta ẽ rapina vel dãnũ: ꝛ maxĩe q sũt paupes xp̃i: ꝛ vtiliores eccłie dei ꝛ saluti aĩarũ: ꝛ ex hoc apparet ꝙ loc⁹ nõ est ð necessitate restitutõis sʒ de ꝯgruẽtia. Jdẽ tenet Fede. ð senis. c. xxxij. opis sui. Usure tñ incerte extorte p mãifestos vsurarios: quo debeãt restitui: ꝛ in quo loco: ꝛ p quem diocesanũ habes in 2ᵃ pte summe ti. i. c.

Quis eni qð habet̃ in isto. §. non ꝑtineat ad vbi: sʒ magis ad quid: tñ hic notabiliť querit̃ vtrũ fideiussor possit repeter̃ a ðbitore vsuras q̃ ꝓ eo soluit creditori penes quem ꝓ ipo debitore itercessit. ad qð rñdet. Lau. ꝛ Jo. an. in q̃õne sup mercuriali: de regula dãnũ. de re. iur. i. 6°. hãc q̃õnẽ explanat nõbiliť ꝛ ex ei⁹ dictis elicit. xi. cõclusiões: quaꝝ ꝑma est talis. Nõ recipit fideiussor a debitore obligatõem sciẽte ꝛ ꝯdicente vsuras suo solutas debitori: nec ẽt sorte: nec quid aliud inutiliť ipẽsum: plus est eni cõtradicere q̃ʒ nõ consentire: extra ð simo. c. sicut tuis. 2ᵃ cõclusio est: nõ repetit debitore sciente ꝛ paciente: sed nõ mãdante obligationeʒ fideiussor vsuras vel indebitũ solutas: vł sol tũ creditori: ꝛ sibi imputet ꝙ se obtulit: extra de regu. iu. c. bona fides in 6° repetit tñ sorte indebituʒ qð soluit. 3ᵃ conclusio est: non repetit a

UVA. BHSC. IyR_109_1

debitore ſciēte ⁊ mādāte ipm obli-
gari ꝑ ſorte tātū fideiuſſor ſoluēs
vſuras: tū q: fines mādati exceſſit:
tū q: ad illas obligat⁹ n̄ erat. 4ᵃ cō
cluſio ē: nō recipit a debitore fide-
iuſſor vſuras ſciente ⁊ mādāte ipꝫ
ī oēm caſū: vl' ſimpl'r obligari ſiue
fideiubere: pꝫ q: ī generali mādato
nō īcluſit īdebitū de q̄ v'iſimilit' in
ſpecie nō mādaſſet. c. ī gn̄ali. ð reg.
iur. in. 6. 5ᵃ. cōcluſio ē. repetit a de-
bitore ſciēte ⁊ mādante ipm ꝑ vſu-
ris: cū ſub noīe ſortis īcluſit eas: vt
ē moris obligari ſiue fideiubē ipſe
fideiuſſō vſuras: qm̄ iuſte credē po
tuit. illā ſortē totū debitū nec p̄ſu-
mere debuit illud īdebitū ſub noīe
ſortis ꝓmittē: ex̄ ð p̄ſūp. c. q: v'iſil'r.
6ᵃ cōcluſio ē: repetit a ðbitore ſci
ente mādante noīatim ꝑ vſuris fi-
deiuberi ipe fideiuſſor creditori ſo
lutas ſi iurauit illas ſoluē: ⁊ iſta eſt
cōis opinio: ex̄ ð fideiuſſo. c. ij. ⁊ iſtā
opi. approbat Jo. an. bꝫ tn̄ fideiuſ-
ſor opinionē ſoluēdi vl' abſolutio-
nē petēdi ſicut habēt ðbitor. 7ᵃ
cōcluſio ē repetit a debitore ēt no-
minati mādante ꝑ vſuris fideiube
ri ipe fideiuſſor vſuras creditori ſo
lutas ēt ſi nō iurauit creditori illas
ſoluere. Si ipi fideiuſſori debitor ī
dēnitatē iurauit: dūmō alias ꝓpter
pignora data: vel aliā cām debitori
fuerit expediēs vſuras ſolui. c. pue
nit. ex̄ de fideiuſ. 8ᵃ cōcluſio ē nō
repetit a debitore ſciēte ⁊ mādante
noīatiꝫ ꝑ vſuris fideiuberi ipe fide
iuſſor creditori ſpōte ſolutas: ſi non
iurauit creditori illas ſoluere: nec
debitor iurauit fideiuſſori idēnita-
tē: nec expediebat ðbitori pp pigno
ra data vl' aliā cām ipas vſuras ſol
ui: ⁊ h̄ de iure fori. Sꝫ opinio theo-
logoꝝ q̄ ſm̄ Jo an. multū fauet eq-
tati ē ꝙ vrgeat debitor ad ſoluen̄
ī foro ꝯſcie: ð reg. iur. c. ſciēti. li. vi.
9ᵃ cōcluſio ē: nō repetit a debito
re ſciēte ⁊ mandante noiatiꝫ ꝑ vſur]
fideiuberi ipe fideiſſor vſuras cre-
ditori coacte ſolutas ſi non iuraue-
rit creditori illas ſoluere: nec debi-
tor iurauit fideiuſſori idēnitatem:
nec expediebat ðbitori pp pignora
data: l' aliā cām vſuras ſolui: ſi fuit
ipe fideiuſſor ī culpa vt q: nō exce-
pit: ſec⁹ ſi nō fuit ī culpa. Decima
cōcluſio ē ꝙ ī oī caſu q̄ pōt a debito
re fadeiuſſor vſuras repetē dꝫ itel-
ligi ſi nō īteruēit fraus pſone ad ꝑ-
ſonā. ſ. ꝯſtituēt] ob h̄ fideiuſſorē: ex̄
de pu͛ile. c. q̄rto. Undecia ꝯcluſio
ē ꝙ in oī caſu q̄ pōt a debitore vſu-
ras repetē: fideiuſſor poterit illas
repetē a creditore cui ſoluit. ff. mā-
dati. li. ſi fideiuſſor. §. ī oib⁹. Q̄tū
ad 4ᵐ. ſ. ꝑ q̄s dꝫ fieri reſtitutio. p̄ᵒ
dicen̄. ē de īcert]. 2ᵒ de cert]. Que
rit̄ ḡ vtꝝ reſtitutō īcertoꝝ debeat
fieri ꝑ eū q bꝫ reſtituē: vl' ꝑ aliū cui
cōmiſerit aut ſolū ꝑ dioceſanū. R̷ᵒ
circa hoc ſūt varie opiniōes ⁊ ꝯrie.
Hoſti. ſup. c. cū tu. de vſur]. ⁊ ī. c. cū
ſit. de iude. ⁊ ī ſū. ſua. ð pe. c. fi. iuxta
finē tenet ꝙ vn⁹ de caſib⁹ ptinētib⁹
ad epm ē reſtitutio male ablatoꝝ ī
certoꝝ qð ēt tenet Jo. an. ex̄ de pe.
⁊ re. ī. c. ſi eps. ī glo. li. vi. ⁊ ī. c. pctm̄.
de re. iur. li. vi. ad qð vr̄ facē qð hr̄.
12. q. ī. c. p̄cipim⁹. Addūt ēt aliq ḡ
h̄ tenēt hāc rōnē. Cū hi⁹ bōa īcerta
ſint ꝑ aiab⁹ eoꝝ q̄ꝝ fuerūt fidel'r di
ſpēſāda ac ꝑ ꝯñs ſint ad diuinū cul
tū eo ipo ⁊ ſuſtētatōeꝫ paupeꝝ ordi
nata. Sol⁹ āt eccl'iaſtic⁹ plat⁹ ſit re-

UVA. BHSC. IyR_109_1

ctor ⁊ moderator diuini cult⁹: ⁊ pa
ter pauperum ⁊ diſpenſator reruꝫ
diuino cultui ordinandaꝝ: vt patet
di. 8ꝫ. c. diuine. ⁊ in multis alijs. c. iõ
ſm iudiciũ eius debita incerta ſũt
ꝑ eum diſpenſanda. Archi. auteꝫ in
quadam qõne diſputata ꝑ eum ⁊ in
roſario. 14. q. 5. c. nõ ſane. tenet ꝯriũ
⁊ dicit ſniam. Hoſtien. circa hec ſu/
pradicta eẽ veram in caſu vbi nul/
lus deputatus eſt a teſtatore q hoc
exequat̃: vt. 12. q. 2. c. de laicis. Ubi
ỽo certa perſona deputata eſt a te/
ſtatore illa perſona dꝫ exequi: vt in
d. c. de laicis. ex̃. de teſta. c. tua. imo
credo ꝙ ipe raptor incerta q̃. debẽt
paupibus errogari põt ipſe paupi/
bus errogare abſqꝫ licentia vel au
ctoritate epi: vel altius iudicis ec/
cleſiaſtici vt ſatis colligit̃ in. d. c. cũ
tu. Et h̃ inuit ẽt clare glo. i. c. ſic̃ di/
gnũ de homi. §. eos. Nec ob. c. cũ ſit
de iude. ꝑ qð ꝓbat Hoſti. ſuã opio
nẽ. Nam illud. c. loq̃t de iudeo non
de chriſtiano cui⁹ actus vel diſpen/
ſatio merito habet̃ ſuſcepta ab ec/
cleſia quo ad xp̃ianos: ideo iuſte et
bñ dicit ibi ſm ꝓuidẽtiam dioceſa/
ni: q̃ ſuſpitio ceſſat ĩ xp̃iano: ⁊ ſic ñ
dubito ꝙ ep̃s nõ hꝫ ſe intromittere
de talib⁹. hec Archi. Jo. ð ligna. idẽ
ſentit: ⁊ poſt adducit hanc rõnem.
Qui indebitum extorſit obligatus
ẽ ex maleficio: vel q̃ſi illis qbus ex/
torſit: ſi extant al's paupibus. Et re
gula habet ꝙ debitor põt ſe ꝑ abſo
lutiõem liberare: inſti. qui. mo. tol.
ob° per totum. Tu qui dicis ꝯrium
da mihi caſum expreſſum ꝯ regulã
nec eſt veꝝ ꝙ ſit in d. c. cũ ſit: qr nõ
loquitur in xp̃iano: ſed in iudeo: vt
dicit Archi. Hanc opinionẽ ſequit̃
Pau. ⁊ Sẽ. ſuper cle. i. de ꝓuilegijs.
Hoc etiam conſuluerunt Jo. cal. et
Recup⁹. Sꝫ dñs Ugo vtriuſqꝫ iu/
riſperitus: ⁊ frater Clarus: vt habe
tur in quandam ſũmula cõcordaue
runt in hoc ꝙ nullum ius expreſſũ
hoc dicit: nec in decretis: nec alibi
niſi ꝙ ep̃s eſt procurator pauperuꝫ
Jllud ỽo adaptat̃ ꝙ põt ꝓcurar̃ de
ſuo ꝓprio ſi habet: vel de bonis ec/
cleſie. i. de fructib⁹ vel alijs modis.
Sed qr ſacerdos ſimplices ſunt in
periti pro maiori parte ep̃i vero re
putantur ſufficientes in ſcia: hinc ĩ
oleuit ꝙ huiuſmodi reſtitutiones
remittuntur ad ep̃os. Unde ſi con/
feſſor peritus ſit: ⁊ ſciat in hi⁹ ſuffi/
cienter cõſulere: non eſt neceſſe re/
mittere ad ep̃os: hec ibi: ⁊ ĩ hac ſniã
ẽ Jo. mo. hoc ẽt ĩnuit Jnno. ex̃ de ĩ/
muni. eccl'ie. c. qr pleriqꝫ: ar. 2ꝫ. q. fi.
c. ſiqs romipetas. Ad rõnem ſuperi
us inductam pro alia opinione poſ
ſet rñderi ꝙ qꝫuis ep̃i ⁊ prelati ſint
diſpenſatores rerum dataꝝ eccl'ijs
non tñ ſequit̃ ꝙ ſint diſpenſatores
oĩum q̃ ſꝫ decum ſunt in diuinũ cul/
tũ ⁊ ĩ paupes errogãda: ſed ſolũ di/
uinũ cultũ iã ordinata: vt redditus
eccl'iarum ⁊ hi⁹. Nã ſi eſſent diſpẽ/
ſatores errogãdaꝝ oĩum ſꝫ h̃ cẽnt
etiam diſpenſatores oĩum ſupfluo/
rum que diuites ex diuio precepto
deberent pauperibus errogare qð
a nullo conceditur. Sed et Tho.
ſecunda ſecunde. q. 62. dicit ꝙ ſi il/
le cui debet fieri reſtitutio ſit om/
nino ignotus debet ei reſtitui ſi/
cut poteſt ſcilicet dando in elemo/
ſynas pro ſalute eius ſiue ſit mor/
tuus ſiue ſit viuus: premiſſa ta/
men diligenti inqſitione eius: et de

UVA. BHSC. IyR_109_1

auctoritate epi nihil dicit. Scotus in.4.di.15.dicit si queras per cuius man⁹ debeāt talia diſpēſari: ſi icerta. R℞. ꝙ non inueni ꝗ neceſſario ſit determinat⁹ mediator: iſta paupib⁹ diſpēſando: vl̄ aūt mihi ꝙ ꝑ ſeipm ꝯſilio nihilominus boni viri pōt h̄ paupibus errogare: qꝛ tali mediatori ad diſpenſandū tribui poſſe de cuius fidelitate ꝓſumeret ⁊ non ſibi appropriaret vl̄ in alios vſus cōuerteret ꝙ̄ ꝺberet: vnde vbi lex diuina vl̄ eccleſiaſtica nō ligat ſequēda ē rō natural̄. Jlla autem dictat ꝙ ꝗ tenet̄ reſtituē magis hoc faciat per ſe ꝙ̄ ꝑ alium: non excludēdo tñ ꝑ h̄ ꝯſilium boni viri: ſꝫ includēdo: hec Sco. Quidam alij faciunt circa h̄ diſtictionē vꝫ quātum corū i qb⁹ cōpetit repetitio: vt furto: rapina: vſura: fraude: ⁊ hi⁹: diſpenſatio icertoꝝ ptieat ad epm. Sꝫ aliorum vbi non competit repetitio: et ſi errogatio fiēda ē pauperib⁹: vt i ludo ⁊ iniuſte acceptis a iudice pro iudicādo: vl̄ a teſte ꝓ teſtimonio: a meretrice ꝓ fornicatōe ⁊ hi⁹: qui lꝫ ꝑ ſe poſſit diſpenſare: l̄ cū ꝯſilio cōfeſſoris. Ego credo 2ᵃᵐ opionēꝫ. ſ. Archi. ⁊ ſeqcium omnino veram: ⁊ ſimpliciter excepto vno caſu vꝫ incertis publicoꝝ vſurarioꝝ: quum caſum non dubito oēs illos excepiſſe intēdere: qa ibi expſſe et clare ius ꝓuidit: vt. ſ. ꝑ diſpoſitōem diocesani talia incerta determinētur ⁊ diſpēſentur: ex ꝺ vſur]. c. ꝙ̄ꝙ̄. l°. 6° ibi traditur forma ꝺ hi⁹: ꝺ q hēs. in 2ᵃ pte ſum. ti. i. c. Jn hoc ergo caſu tñ pōt itelligi illꝺ qꝺ dr̄ ꝑ tertiā opionē. ſ. in vſuris publicis incert] Et ſi q̄ratur vtruꝫ eps poſſit ꝑ ſua ſynodalia h̄ ſtatuē: vt. ſ. ſibi retineat diſpēſationē incertoꝝ ⁊ alijs nō poſſit ſe itromittere: dicit in h̄ Jo. an. ꝺ ligna. ſup. c. cū ſit iudeis: ꝙ gc gd dicit Jo. an. dubiū eſt an poſſit: ⁊ Jo. cal. in quodā ꝯſilio dicit expſſe ꝙ nō pōt. Ugo ⁊ frater Clar⁹ dicunt ꝙ nō pōt eps excōicare de iur̄ ſacerdotes: q ſe itromittūt de diſpēſatōe icertoꝝ. Quātū ad 2ᵐ ꝑ quos dꝫ fieri reſtitutio certoꝝ bonoꝝ. Ad ꝙ reſpondet̄ ꝙ ꝑ cū q abſtulit ſeu recepit vſuras: ſeu male ablata: pōt ēt ⁊ per quācūqꝫ ꝓſonaꝫ aliā facere: i h̄ enim xᵃ eſt regl̄a iuris: q per alium facit ꝑ inde ē ac ſi ꝑ ſeipſum facē videat̄ ꝺ re. iu. li°. 6°. Si tñ vitiū vſure furti rapine vl̄ alterius dāni eſt occultuꝫ ⁊ reſtitutō occulto mō ꝑ ſe vel ꝑ alium fienda eſt: vt non detegatur ꝓſona. 2. q. i. ſi peccauerit. Caueat ēt diligenter qꝺ ꝑ alium facit ita caute faciat vt recipiat q dꝫ ⁊ nō ille ſibi retineat: qa nō eſſet ꝑ hoc liberat⁹: nec cōfidat de confeſſoribus nec predicatorib⁹ nec q̄ſtuarijs qui q̄rūt pecunias nō aiaꝝ ſalutē: ⁊ ſi his q rapinā vſurā vl̄ fraudē fecit nō reſtituat: cuꝫ heres teneat̄ ad oīa onera defūcti in quātū ſufficiat hereditas: tenetur ⁊ ipſe facere dictaꝫ reſtitutionē: de vſu. ca. michael: ⁊ eadē rōne heres hēdis: ⁊ ſic i infinitum cū ſcitur ab eis hereditas obligata ad reſtitutionē pp vſuras ⁊ rapinas ⁊ dāna a ꝑorib⁹ facta: ⁊ vbi nō ſufficeret hereditas ad ſatiſfaciendū tenent̄ legatarij ⁊ dōatarij: qꝛ legari nec donari pōt alienū: nec excuſarētur heredes ſciētes l̄ dubitātes: vl̄ merito dubitare debentes ex publica fa

UVA. BHSC. IyR_109_1

ma vł ex ſcripturis vł ex fideli re-
latu teſtatorē illicitos feciſſe ꝯctus
vł vſurarios: ex hoc ꝙ null⁹ ponit
q̄relā ſup̄ h̄ vł poſtulat aliq̄d ab eis
vt debitū. Sȝ debēt diligent̄ ingre
re v̄itatem ꝗꝫ p̄nt: ꝛ ſi inueniunt ſic
eſſe notificēt: vel notificare faciāt
illis q̄b⁹ debēt ſe offerentes ad r̄ſti
tutiōem: ꝛ ſi nō inuenirentur paupi
bus errogādo al's eēt in eis ignorā
tia craſſa q̄ nō excuſat. di. 37. §. fi. ꝛ
ꝗuis defunctis nō ꝓſit illa reſtitu-
tio ſi deceſſerit ipenitētes ꝓdeſt ta
mē: imo neceſſaria ē ipis h̄edib⁹ ſi
volūt ſaluari: q꞉ nō remittit̄ pctm̄
ꝛc. ꝺ re. iur. li. vj. Si aūt licitam
artē exercebat: vł p̄rimonialia tātū
habebat teſtatō: nec appet ex fama
vel ſcriptis ꝺ illicit] ꝯctib⁹: ſeu alie
no p̄ſumere debēt non iuſte acq̄ſiſ
ſe: q꞉ nemo iudicādus ē imemor ꝓ-
prie ſalutis ꝛ diuini timoris. i. q. vij
c. ſancimus. ꝛ p̄cipue in mort] articu
lo. Itē nota ꝙ dicit Hoſti. i ſū. ti. de
vſu. ꝙ ꝛ aliqua honeſta pſōa: puta
ſacerdos vł eps tractet iter debito
rem ꝛ creditorē ꝺ ſatiſfaciendo: ꝛ
dicat creditori tal' mediator tm̄ fa-
ciā tibi reddi ſi ex corde reſiduum
remittas non decipias me: q꞉ medi
ator ſū: nec debitorē cuius aīe ſalu-
tem q̄ro: ꝛ r̄ndet creditor ſe ex toto
corde libere ipm̄ ꝺbitorē q̄re nō di
cā ipm̄ liberatū: nō video: nec curo
q̄litercūq; ſit ſatiſfactum dūmodo
ſit ſatiſfactū ei. Si q̄ mouentur ꝯ
ꝯriū h̄ faciunt i odiū vſurariorum.
Siq̄s. n. ex alia cā alij iniurietur eq̄
deȝ hoc admittet q̄lȝ theologus ꝙ
cōcordia inter ptes poſſit tractari:
ꝛ ps eius q̄ ꝺberet ex pacto remit
ti: al's titulus ꝺ trāſactis inutil' eēt

ꝛ q̄re non idē de vſura. Dicēdū ḡ ꝛ
tenēdū ꝙ p̄ctb⁹ poſſit vł iuſſu iudi-
cis vł pactiōe ptiū remiſſio fieri ꝛ
ſic dicā vſurariū abſolutū: h̄ Hoſti.
Que q̄dē itelligo verā eē i foro cō
tētioſo: nō i foro cōſcie: vł ēt i foro
ꝯſcie q̄ntū ad ea q̄ dubia eēnt: vtrū
deberēt dari vł nō: q꞉ rōnes ſūt ad
vtrāq; ptē: vł cū dubiū ē quātum ꝺ
beat ſatiſfacere ꝓ dāno dato: ꝛ ad
h̄ faciunt rōnes quas facit ipe Ho
ſti. Sed vbi certū vł claꝝ ē debitū
vł rōne vſuraꝝ: vł alteri⁹ vſurpa-
tiōis: niſi debitor liberaliter remit-
tat illud ꝙ remittit: ēt ſi ꝺ mille tm̄
decem remitteret: ſi h̄ fac̄ q꞉ putat
ſe al'r reſiduū non poſſe habere nil
valet illa remiſſio facta ēt publico
pctō q̄ ad aīam. Vn̄ cū mercator in-
fortuna paſſus falit ꝛ occl'tat m̄lta
de bonis ſuis mobilibus vt nō pue
niāt ad manus creditoꝝ: ꝛ q̄rit cō-
poſitionē cū eis de minori quātita-
te ꝗꝫ ꝺbeat: puta ꝯuenit reſpōdere
ſingulis creditorib⁹ ad rōnē. xv. ſo
lidoꝝ ꝓ libra: cū tn̄ poſſet totū dar̄
ł cedē bonis: cui cōpoſitioni aſſen-
tiunt creditores: ꝛ ita recipiētes li-
berāt eū de reſiduo: cū illi non ſpō
te: ſed coacte fecerint illā r̄miſſionē
volētes i^a pte potius carere ꝗꝫ toto
quinimo ꝛ ſi cederet bonis total'r
nihil ſibi reſeruando ꝛ nō ſufficiūt
bona illa ad ſatiſfaciendū ſi poſtea
puenerint ad piguiorē fortunā te-
nent de reſiduo: ꝺ ſolutis. c. odoar-
dus. De dānis dat] tpe guerre ad i
uicē iter ciuitates quō ꝛ p quos po
teſt fieri reſtitutio: q̄n faciūt pactū
cū certis pactis ꝛ capitulis. Nota
ꝙ in quadam ſūmula ſic dr̄ ꝙ ꝗuis
ſint pupilli multi ꝛ abſētes qui nō

l

UVA. BHSC. IyR_109_1

aſſentiunt: ⁊ forte ēt aliq̄ ꝯdicūt ex ꝓuectis q̄ r̄cepūt dāna iniuſte: nec eis ē ſatiſfactū nihilominꝰ tn̄ ē bonū pacꝭ: qꝛ q̄ hn̄t rē publicā gerere pn̄t cū ꝯſenſu maioꝛis ptꝭ ſubiectorū ſibi pactis pacꝭ ſubdere ⁊ licite relaxare inuicē dāna data: ⁊ ſi fiat relaxatio p̄dicta tenet ⁊ valet. Nā i h̄ modo pn̄t ēt ꝓ bono rei publice ſibi tallias īpōere ⁊ hꝰ: quas gabellas vocāt. De bonis v̄o clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ: nō pn̄t laici facere relaxationem: qꝛ nō ſūt eoꝝ foꝛo ſubditi: nec de bonis eccleſiaſticis ꝑmittit̄ eis aliqua diſpō: vt di. 96. Bn̄ pn̄t tn̄ h̄ facere p̄lati ſp̄uales terraꝝ ad inuicē de cōſenſu ⁊ cōuenientia clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ q̄ dāna receperūt i guerra. Hāc aūt relaxationē q̄ ad laicos vl̄ clericos itelligas de dānis da. ō reb̄ꝰ ꝯſūptis: nā res extātes: vt equos pannos ⁊ hꝰ: q̄ hn̄t ⁊ ſciūt ſua n̄ eē: vt puta qꝛ bellū iuſtū nō fuit ex pte ſuoꝝ: vl̄ ſi iuſtū ab eis acceperūt a q̄bꝰ nō poterāt ipſa tenere nō pn̄t: vn̄ ſi dn̄os ꝓpꝛios īuenire pn̄t eis reddere tenent̄: al's ſi nō inueniūt paupibꝰ errogare. Idē vr̄ dd: ſi de iuſticia belli dubitat̄: nā vbi clare bellū iuſtū ē res accepte efficiuntur capientiū. di. i. c. ius militare: q̄ tn̄ debēt inter eos ꝓpoꝛtionabiliter diſtribui p̄ duces belli: vt xxij. q. v. c. dicat niſi p̄ publicū edictum datū ſit vnicuiq̄ quod capit. Paupū aūt inocentū non vr̄ tutū bona auferre cū ſint ſine culpa: niſi ſubſit cā: cum ſit aliquis puniendꝰ ō re. iur. li. vi. Pena tn̄ tp̄ali frequēter punit̄ vnꝰ ꝓ altero diuerſis de cauſis vt. i. q. iiij. p totū. De tutoꝛibꝰ curatoꝛibꝰ negocioꝝ alioꝛū geſtoꝛibꝰ filijſfamlias ⁊ hꝰ qui extoꝛſerūt vſuras: vel fecerūt rapias fraudes ⁊ dāna noīe alieno. ſ. ꝓ pupillis patronis vel patribꝰ ſuis: nil tn̄ eoꝝ ꝑuenit ad eos: ſed ad pupillos dn̄os vl̄ p̄res eoꝝ q̄rit̄ vtrum p̄ eos poſſit ⁊ debeat fieri reſtitutō ipis pupillis vel p̄ribꝰ ſeu dominis neſcientibus ⁊ inuitis de bonis eorū ad quos ꝑuener̄t tal'r extoꝛta. Rꝰ dicūt q̄dā indiſtīcte qꝛ ſic in foꝛo cōſcie: dūmō nō imineat īde p̄iculum vite ꝯſcie vel fame: ſi deꝑhēderet̄ aut ſcādalū ſequat̄: puta qꝛ aliquis credit̄ furatus fuiſſe illa q̄ īnocenſ ē ⁊ hꝰ: tales. n. vt dicunt illi non cōuertunt furtum occulte illa recipientes: cum pecunia fructus: vl̄ p̄ rapinas ⁊ fraudes habita nō ſint eoꝝ ⁊ rō ē cū p̄ efficacē cām p̄dcōꝛū. ſ. tuoꝝ curatoꝝ ⁊ hꝰ: ⁊ p̄ intermediū illoꝝ tale iniuſtū lucrū deuenerit ad manus pupilloꝝ: patronoꝛū vl̄ patrū: ⁊ ad reſtitutionē ſint obligati iſti mediatoꝛes iuſtū eē vr̄: vt q̄ cā illoꝝ iniuſte ablata ſūt: nūc iuſte licētiam habeāt illa ſatiſfacere ne ipſi de ꝓpꝛio ſatiſfacē tenea ntur ar. ad h̄ de re. iur. vbi dicit Chꝛiſo. Oīs res p̄ q̄ſcūq̄ cās ꝯbit̄ p̄ eaſdē diſſoluit̄: ꝓpterea ad h̄ agēdū p̄dicti tenēt̄: ⁊ in h̄ gerūt vtilē curam ſui: ⁊ illoꝝ iniuſte detinent aliena. Alij aūt ꝑfectiꝰ ⁊ equꝰ r̄ndent p̄ diſtictionē vꝫ qꝛ aut tales adhuc habēt i manibꝰ adminiſtrationē rerū illoꝝ aut nō: ⁊ in pº caſu pn̄t ⁊ ꝺbēt reſtituē ō bonis illoꝝ ad quos ꝑuenit lucrum: qꝺ hn̄t p̄ manibꝰ ſi nolunt remanē ipi obligati ad ſatiſfaciēdū de ſuo. Et h̄ ſiue ecclīe ſiue manifeſte cū ſufficienti cautela: vt

UVA. BHSC. IyR_109_1

qb ipſis nõ poſſit poſtea repeti. Et ad h vr facẽ rõ pñe opĩonis cũ regula i^a. Dis res. Si ãt nõ hñt ãpli^o admiſtrationẽ: tũc ſubdiſtinguẽdũ ẽ: qꝛ aut pdci tutores pcuratores ꝛ hi^o. ñ pñt i^a reſtituẽ ꝺ ſuo: puta qa paupes ſt: aut pñt: ꝛ ſi nõ pñt ſufficit ꝙ denũciẽt pncipalib^o p qb^o fecerũt vſuras fraudes ꝛ hi^o: q ignorãt quõ fecerũt p eis talia illicita lucra q ad eos ꝺuenerũt: vñ ꝛ obligati ſunt ad reſtitutõem: ꝛ ſi ñ ſatiſfaciũ ipſi pncipales habeãt ppoſitũ ſatiſfaciẽdi ꝺ ſuo cũ poterit. Ad accipiẽdũ ãt occulte a pdcis ad h nõ tenent nec debẽt: ꝛ rõ eſt: qꝛ q ad ſe excuſati ſunt a reſtitutõe rõne ipotẽtie: vt. 14. q. 6. i. c. ſi res. q ad illos p qb^o fecerũt vſuras: l fraudes auferẽdo ab eis occlte: p h nõ puidetur ſaluti eoꝝ cũ remaneãt obligati i ꝯſcia: ex q ſciũt talia forte facta: nec velint ſatiſfacẽ: ꝛ ſic nõ diſſoluit pctm: l obligatio q ad eſtiatõez eoꝝ. Sꝫ nec põt qs a puata pſona cogi ad reſtitutõem male ablatoꝝ: niſi p iudicẽ ecclaſticum: l ciuilem nec vr hñ poſſe excuſari a furto cũ ꝯtet rẽ alienã iuito dño: cũ i vſura transferat dñium p h ẽt exponit ſe multis periculis. Si aũt tales mediatores ꝺ qb^o dcm ẽ: pñt reſtituẽ cũ illi ad q ſ extorta peuenerũt nolunt reſtituere q pncipalr obligant: pñt petere huilit nõ p coactõem l fraudẽ a creditorib^o vſurariũ: l fraudũ remiſſionẽ: cũ penes eos nõ remanſerit pecunia fenebris: ꝛ illi q eam habuerũt remaneãt pncipalr obligati: qꝛ remiſſiõe obtẽta libe ꝛ ſpõte ãpli^o nõ tenebũt: ſꝫ tm pncipal: niſi ꝛ eis fieret remiſſio: ꝙ ſi remiſſionẽ facẽ ñ vellẽt tenet ſatiſfacer ꝺ ſuo: ꝛ tũc vſqꝫ ad quãtitatẽ ſolutã p il poterũt occlte accipe ꝺ bonis eoꝝ: ſi alr p viã iudicij hre non pñt: ita tñ ꝙ ñ ſequat ſcãdalũ vl piculũ q ſp vitãda ſũt. Ubi aũt mediator tal ñc ſatiſfec: dꝫ p aliquẽ mõꝫ cautũ ꝺclarare illi q ſciebat ſe obligatũ ad illõ ãpli^o nõ teneri: vt puta ſi dicat ſe nõ curare ab eo i^a recupare qſi ac ſi donaſſꝫ l ꝺclarare herdib^o ſuis: ꝙ ñ recipiat a tali pſona aliqd vt debitũ p tali cã ꝛ hi^o. Bona .n. fides ñ patit vt ſel exactũ biſ exigat: ꝺ re. iu. li^o 6. Quãtũ ad 5^m. ſ. cui fiẽda ẽ rſtitutio ſeu datio rei ablate l alr illicite acqſite. Pro fũdamto nõnda ẽ diſtictio quã põit Tho. 2^a 2^e. q. 32. dicẽs. Tripl r põt eẽ aliqd acqſitũ. Uno^o qꝛ id qꝺ acqrit illicite debet ei a q acqſitũ extortum ẽ: ꝛ ſiue nõ trãſferat dñiũ illius rei i accipiẽtẽ: vt in furto ꝛ rapina: ſiue trãſferat: vt in vſura tñ cõpetit repetitio. 2^o dr aliqd illicite acqſitũ: ita ꝙ i^e q illicite acqſiuit: ñ põt illud retinere: nec tñ debet illi a q acqſiuit: qꝛ ille ꝯ iuſticiã dedit: et ille ꝯ iuſticiã accepit: vt in ſimonia ꝛ ſilib^o: in qb^o ipſa datio ꝛ acceptio ẽ ꝯ lege. 3^o dr illicite acquiſitum nõ ꝙ ipſa acquiſitio ſit illicita: ſꝫ illud ex quo acquiritur eſt illicitum: ex quo transfertur dominium nec competit repetitio: vt i meretritio ꝛ hi^o: nam meretrix turpiter agit ꝛ contra legem dei fornicando: ſed ipſa acqſitio vel datio pecunie pro huiuſmodi illicitis: non eſt illicita: nec contra legem dei: ꝛ hoc proprie dicitur turpe lucrum. De illicitis g iſto tertio mõ acquiſitis ſecundum



UVA. BHSC. IyR_109_1

Tho. ꝛ ˈRai. pōt dari elemoſyna: et
pōt etiam retineri niſi ſupfluuꝫ per
fraudē vel doluꝫ mulier extorſerit
qꝛ illud eēt reſtituēdū: ꝛ ad hoc pti
nent lucra facta ex hiſtoriatu illici
to ex duello: ex torneamēto: ex ſer/
tis factis de floribꝰ: ꝛ alijs hiꝰ: quo
rū vſus ē cōiter ad laſciuiā: ex ꝺcijſ
factis ex mathematica ſeu arti diui
natoria: ex lucro negociatōis aduo
catōis vel medicine in caſu nō con/
ceſſo quo ad clericos: ī his dixerūt
aliqui nō poſſe fieri elemoſyna: qa
vt dr̄ ꝓuer. 3°. honora deum de tua
ſuba: ꝛ iterꝫ honora deū de tuis iu/
ſtis laboribus: ꝛ. 14. q. 5. c. elemoſy/
na: ꝛ. 1. q. 1. non eſt putāda. Sed hoc
nō eſt verꝫ ſm Tho. ꝛ ˈRai. ꝛ alios
cōiter. Predicta autē capitula alle/
gata hoc intēdūt: ꝙ non lꝫ dare ele
moſynā de male acquiſitis: que. ſ. ꝺ
bent certis pſonis reſtitui: vł ꝙ nō
dꝫ aliquis aliqd̄ facere illicitum vt
det elemoſynā. Et q̄uis quidez di/
ſtinguāt vt dicit Uul. ꝙ in his q̄ ꝓ/
hibita ſūt: qꝛ mala ꝛ nō puniunt̄ a iu
re niſi infamia: vt meretriciū duel/
lum ꝛ hiꝰ: talia pn̄t retineri. Sꝫ que
mala ſūt qꝛ ꝓhibita a iure: vt torne
amenta: ꝛ negociatio quo ad cleri/
cos: ꝛ hiꝰ: ꝛ talia nō pn̄t retineri ad
vſum ſuū: ſed debēt paupibus erro
gari: lꝫ hec diſtinctio videat̄ eſſe ꝓ
babilis: tn̄ qꝛ pene ſunt reſtringen/
de nō ampliande: ꝛ q nimis emūgit
elicit ſanguinē. Credo ꝙ in p̄dictis
oībus caſibus ꝛ ſilibus bonū ē ꝛ ſa
lubre ꝙ pēitēs iducar̄ ad errogan̄.
paupibꝰ: non tn̄ cogēdus ad h̄: nec
ſi non velit ī hoc eſt iudicādus non
eē in ſtatu ſalutis ſi nō velit hiꝰ pe/
nitentiā agere: vł accipe. ſ. ꝙ hiꝰ lu
cra paupibus errogét: niſi in caſibꝰ
a iure expreſſis vt in ſimonia ꝛ idē
de eo qd̄ datur iudici ad corrūpen/
duꝫ eū ꝛ hiꝰ: vt īfra dicet̄. Secūdū
q̊ Tho. Uul. ˈRai. ꝛ Inno. ꝺ hiꝰ dꝫ
dari elemoſyna debite honeſtatis
ꝛ ꝯſilij: non debito neceſſitatis ſalu
tis: ꝛ ſi intelligit̄ illud. 14. q. 5. q ha/
betis. Nō eſt q̊ illud acceptū ſic re/
ſtituendum ei a quo acceptum ē: qꝛ
ī turpi cā melior eſt ꝯditio poſſidē
tis. ff. de conditōe ob turpē cām. l.
ſi ob turpē. De illicite acqſitis 2°
mō: vꝫ cū illud ſic acqſitum nō ꝺbe
tur ei a quo ſic ē acqſituꝫ: nec tn̄ ac
qrens pōt pro ſe retinere. Illud pōt
ꝛ dꝫ de neceſſitate ſalutis non ſolū
de conſilio ꝛ honeſtate paupibꝰ er/
rogari: ꝛ hiꝰ: ratio ē ſm Tho. 2ª 2e
q. 62. qꝛ ipſa datio ꝛ acceptio ē lege
ꝓhibita: vt in ſimonia. Quidam tn̄
extendunt iſtū 2ᵐ modum ad oē lu
crum in q̊ cōmittitur pctm̄ in dāte
ꝛ recipiente non ſolum in ſimonia:
ſꝫ etiā in pecunia accepta ex adulte
rio: ꝛ ꝓ vſura: cum quis accipit mu
tuū ſine cā rationabili: puta vt am/
plius ditetur ꝛ inde ſoluit vſuram
Illam vſuram vt dicunt q accipit
retinere nō pōt: nec tn̄ ei dꝫ reddere
qui dedit: qꝛ turpiter operatus eſt:
dando mutuum ei quem nouerat n̄
indigere. Sed Tho. non dicit hoc:
ſed cum datio eſt contra legem. In
dicto autem caſu datio pecunie ꝓ
mutuo non eſt peccatum. ſed acci/
pere illo modo vſurario mutuum
eſt peccatum: qꝛ dat illi occaſionem
mali. Unde lꝫ peccet mortaliter ſic
mutuum accipiendo: dꝫ tamen po/
tius reddē illi a quo accepit quam
pauperibus errogare: niſi vbi non

UVA. BHSC. IyR_109_1

īuenireť ille a q̊ accepit: vľ ēt n̄ vel/
let illā vſurā reddere nō vſurario:
ſed his a qb⁹ extorſit ipe vſurariuſ
vſuras ꝓ eo ſatiſfaciendo ꝓ illa pte
ꝛ tūc. dꝫ vſurario ſignificare ne ite/
rū illi r̄ſtituat ꝛ p̄cipue dꝫ hoc face/
re cū licētia epi: vt ſi dict⁹ vſurari⁹
vellet ab eo repetere ep̄s cogat illū
deſiſtere a receptiōne: ꝛ ex quo vti
liter geſtū ē negociū ratū hr̄e dꝫ nō
tn̄ teneť ad h̄.ſ.igrerere ľ dare his q/
b⁹ debitor ē vſurarius: ſed ſufficit
ꝙ reſtituat a quo accepit paupibuſ
aūt errogare nō dꝫ: cū nouit eum a
quo accepit: ꝛ pōt ei dar̄ qd̄ exp̄ſſe
oſtēdit Augu. dicēs. Nolite facere
elemoſynas de fenore ꝛ vſur]. xiiij.
q. v. nā cū dat paupib⁹ qd̄ debetur
certe pſone nō liberatur a r̄ſtitutō
nis obligatione ad illā pſonā: vt hr̄
ex̄ de homi. c. ſicut dignū: circa finē
ſed in ſimonia ipſa datio ꝛ acceptō
pecunie ē ꝓhibita. Unde dr̄. i. q. i. c.
anathema dānti anathema accipiē
ti. ꝛ iō nec ſibi retinē valet: n̄c illi r̄d
dere q dedit: ſed dꝫ ō neceſſitate ſa
lutis paupibus errogare ſi pōt: vel
illi eccľie in cuius iniuriam data eſt
pecunia applicari vľ alteri ꝓuideri
ꝓut habes in 2ᵃ pte ſū. ti. c. i. Siľr ī
iudicio ꝓhibitum eſt iudici vľ aſſeſ
ſori cū hn̄t certū ſalariuꝫ accipe ali
qd a ptib⁹ ꝓ iudicando vľ nō iudi/
cādo vel iudicando bn̄ vel male: et
teſti ē ꝓhibitū accipe ꝓ teſtimonio
ferēdo: vn̄ Aug. Jō n̄ dꝫ vendere iu
dex iuſtū iudiciū: aut teſtis verū te/
ſtimoniuꝫ: qꝛ vendit aduocat⁹ iuſtū
patrociniū: ꝛ iuriſconſultus veruꝫ
cōſilium. Jlli eniꝫ ī vtrāqꝫ partē ad
examē adhibētur: iſti ī vna pte cōſi
ſtūt. xiiij. q. v. c. nō ſane. Qd̄ g̊ re
cipit iudex ꝓ hi⁹: ľ teſtis ꝓ ſe retie
re nō pōt: ſꝫ dꝫ illi reſtitui q dedit: ſi
iuſte dedit: puta vt iuſte iudicaret ſ
tēdens redimere q̊dāmō vexatōem
ſuā. Un̄ Aug. i. d. c. non ſane. Jlle ſo
let male ſibi ablatā pecuniā repete/
re: q iuſtū iudiciū emit: qm̄ venale
eē non debuit. Sed ſi pecunia data
fuit iudici ad eū corrūpendū: ľ teſti
ad falſum teſtimoniuꝫ dicendū vel
alicui ad falſo accuſandum: vel ad
uocato ad iniuſte aduocādū: illi da
tori reddi nō dꝫ: qꝛ turpiter dedit:
nec ſibi retinere dꝫ: ſed pauperibuſ
elargiri: vel illi in cuius iniuria da/
ta eſt: ꝛ p̄cipue ſi ex h̄ amiſiſſet iuſtā
cām: hētur hec i. d. c. non ſane: ꝓut
ibi nōt. Jo. an. ꝛ Archi. ꝛ. ij. q. iij. c. q
recte: ꝛ Jnno. ex̄ de immu. ecc. c. qꝛ
pleriqꝫ. Rai. ꝛ Hoſti. in ſum. Siľr ī
ferio ꝛes officiales vt nuncij miſſi ꝛ
hi⁹: ſi aliquid extorquent p impro/
bitatē: vt denariū paruum ꝛ hi⁹: te
nentur pauperibus errogare ꝛ hoc
vbi certū ſalarium recipiunt vt di/
cit glo. in. c. non ſane. Nam cuꝫ ſala
riuꝫ ſufficiens recipiūt: ſiqua extor
quent debent reſtituere: ſi ē qd nō/
bile: ꝛ idē vr̄ dicēdū ō notarijs ca/
merarijs ꝛ hi⁹: qꝛ offō ſuo excēdo
exigūt aliqd a pſonis. Si eni habēt
ſufficiēs ſalariū teneņt ad reſtitu/
tionē eoꝝ q̄ accipiūt nec vr̄ excuſa
re ꝯſuetudo cū ſit irrationabiľ: ar.
xxiij. q. i. c. militare: vľ paupib⁹ erro
gare: ſi de facili n̄ pōt iueniri. Si
ꝟo ſalariū nō haberēt ľ n̄ ſufficiēs
credo ꝙ conſuetudo excuſarunt:
qa nemo cogitur ſuiſ ſtipendijs mi
litare: ar. inſup ō hiſ q accipiunt pe
cuniā ab accuſatis vľ incarceratis
an̄qꝫ ꝓcuratur ſentētiā ꝯ eos vt in/



UVA. BHSC. IyR_109_1

tercedāt ꝑ eis ⁊ liberent̄. Sciendū ꝙ ſi accuſati.ł incarcerati ſūt culpabiles vnde ⁊ merito cōdēnandi: illā pecuniā nec reddere debēt datoribus: q2 turpiter dederūt: nec ſibi retiere pn̄t: q2 turpiter accepūt ipe diētes iuſticiā: ſ3 dbēt pauperib⁹ errogāi: ar. xiiij. q. v. q betis. Si vero ſunt īnocētes: ⁊ ad redimēdā ſuam vexationē dederūt ⁊ ꝓcurādā3 ſui liberationē: ſi intercesſores eorum ſunt officiales ſalariati al's pecūia3 ꝓ h̄ receptā reddē debēt vel paupib⁹ errogare: niſi data fuiſſet per modū doni ⁊ liberalitat]: ⁊ p̄cipue poſt liberationē: q2 tūc retineri poſſet: ar. i. q. ij. c. ſicut epm ⁊ ſil'r ſi intceſſores n̄ ſūt officiales ſalariati: ſ3 p̄uate. pſone laborando ꝑ hi⁹ iuſta lberatōe iuſte faciūt ⁊ qd eis datur iuſte retinere valent. Jte3 de pecunia data ꝑ adulterio cōmiſſo vł cōmittēdo ꝗuis qdam dicāt ꝙ debet dari nō ei qui dedit: nec ſibi retineri: ſed ei dari i cuius iniuria3 data ē .ſ. merito: ſi vxor eius cōmiſit adulteriū: ex quo pecuniā habuit videt ꝙ potius debeat pauperibus errogari: niſi ille marit⁹ eſſet pauper q2 pp paupertatem poſſet ēt cōfeſſor ipſi mulieri tā ꝗ paupi dimittere: ⁊ ſil'r de viro cōmittēte adulterium quo ad vxore3 caſte viuētem ⁊ vidтur eē in hi⁹: quaſi idē ius ſicut ⁊ in turpi lucro: vt i mētricio: qd etiam poteſt retieri ſic acqſitū: niſi ꝙ leges ꝓhibēt adulteria ⁊ puniūt: n̄ āt ſimplicē fornicatiōe3 ⁊ meretricia Nihilominus d pecūia data ꝑ adulterio nil ſtatuunt ſicꝰ de pecunia ſimoniaca ⁊ alijs hi⁹: vnde paupib⁹ errogari poti⁹ īducēdi ſūt. xiiij. q. v

c. non ſane. De acqſit] ꝑ ludos fortune ex illos caſus in qb⁹ d3 acqſitu3 ꝑ hi⁹ reſtitui debet paupib⁹ errogari: qn̄q3 etia3 poſſet ſibi retinē. Sed de h̄. ſ. e. li°. ti. i. De illicite acqſitis p̄mo modo. i. cū debet̄ illd acqſitū ei: a quo acqſitum ē vt i furto rapina: vſura: ⁊ hi⁹. Regula ē qd hi⁹ ſunt reſtituenda ſpoliatis: ſiue ſint dn̄i illaꝝ rerū: ſiue ad eos ſpectet rē nō fuiſſe ablatā: vt accidit i pignore depoſito cōmodato ⁊ hi⁹: l3. n. tales q h̄n̄t pignorā depoſita ⁊ hi⁹ n̄ ſint dn̄i illaꝝ reꝝ. tn̄ ex hōeſta cā illa tenēt: id his debēt reſtitui talia ablata nō dn̄is ipſarū rerū: ⁊ ſic intelligo illd. iij. q. i. c. reītegrāda ſt oia ſpoliatis: ex de reſtitut]. ſpo. per totū. Si aūt res ablata ē ab eo q iniuſte habuerat: puta p furtū ł ꝑ rapinā reſtituēda ē dn̄o illius rei: non illi furatori ꝗuis aūt malefaceret talis reſtituēdo furatori a quo ipſe accepat: ⁊ nō dn̄o rei ipſius quē nouit tn̄ ſm Uber. liberat⁹ ē ab obligatōe reſtitutionis: q2 repoſuit rem in priſtinū ſtatum ⁊ gradū. Quida3 tn̄ dicūt ꝙ illd qd acqritur ex vſura mentali tm̄: non d3 illi reſtitui q dedit: q2 a ſe voluntarie abdicauit nec tn̄ ſibi d3 retinere: q2 ꝯ legē accepit: ex d vſu. c. ꝯſuluit: ſed debet paupib⁹ errogari: ar. c. ſicut dignū ex de homi. d vſu. c. cu3 tu. S3 iſta iura īducta vidētur eē ꝯ talē opionē: nā ibi dr̄ ꝙ debet ablata r̄ſtitui eis qꝝ fuerunt ſi reperiunt̄ vł eoꝝ heredibus: nec aliqd ius: nec aliqs doctor ſolēnis facit iſtā diſtictōnē iter vſurā mētalē ⁊ pactionalem: vt p2ia dbeat reſtitui ei q dedit. 2ª aūt nō: ſed paupib⁹ errogari. Sed

UVA. BHSC. IyR_109_1

ſicut indiſtincte dicit Aug. ꝺ acceptis
ꝑ furtū ꝛ rapinā ꝙ debēt reſtitui: nō
dari pauperibus ſic inquiens. Qui
ↄ ius ſocietatis humane furtis ra/
pinis īuaſiōib⁹ oppſſiōib⁹ aliq̄ ab/
ſtulerūt reddēda potius q̄ꝫ donan/
da cēſemus exēplo çachei. 14. q. 5. c
nō ſane. ita ꝛ indiſtincte dicit idem
de vſuris. Nolite elemoſynas facere
ꝺ vſuris. q. ea q̄ſi dicat hec redden/
da ſūt nō paupibus dāda: cū. ſ. inue
niūtur q dederūt ipſas vſuras. Et
cū dr̄ ꝙ q dedit vſuras volūtarie il
lud a ſe abdicauit. R̄ꝫ. ꝙ ſi dedit ex
liberalitate ꝛ ꝑ modū doni verum
eſſet: ꝛ tūc recipiēs ħ ſciēs nō tene/
tur reſtituere: nec paupibus dare.
Sed ſi dedit rōne mutui: pncipalr
nō abdicauit illud volūtarie: ſupple
ſed ↄditionate: ne mutuans reputa
ret ſe grauatū: ꝛ iſtū igratum: ꝛ ſic
alia vice nō iueniret mutuū: ꝛ idō ſi/
bi dꝫ reſtitui vſura. Si aūt nil acce
pit vltra ſortē q̄uis hoc nō intēde/
ret i nullo tenet nec illi nec paupi/
bus. Pro hi⁹ aūt maiori declara/
tōe ſciendū ꝙ i re q̄ dꝫ reſtitui ſe ali
qs triplr pōt hr̄e: qꝛ aut verus dn̄s
aut heres eius aut ſolum eſt diſpē/
ſator circa ipaꝫ rē ꝛ i pmo caſu cuꝫ
.ſ. ē ver⁹ dn̄s rei ablate dꝫ ſibi reſti/
tui ſi pōt. 3: q. i. c. reītegrāda. et fere
ꝑ totā qōnē: ꝛ ħ niſi iuſto bello: vel
iuſto edicto ipiali: l ecclesiaſtico il/
le cui res ſublata ē: priuaretur iure
rehabēdi ſimplr: l ad tps: nam cum
ↄtingēt ħ: puta qꝛ tāq̄ꝫ heretic⁹ con
dēnatus ē dn̄s rei vl ꝺ crimine leſe
maieſtatis ↄuictus: i qb⁹ caſib⁹ oīa
bn̄ficantur poſt ſniaꝫ ſup ħ nō ſibi
ſꝫ fiſco dꝫ oīa ſua applicari: ex ꝺ he
re. c. excōicat⁹. Inſup ſi dn̄s rei ab/
lāte nō hꝫ adminiſtratōem bonoꝝ
ſuoꝝ: vt pupillus dꝫ illꝺ reddi tuto
ri vel curatori. In 2° ꝟo caſu. ſ. cū
legimus heres eſt ſibi debent abla/
ta reſtitui: ſed cū tali diſtinctōe ſm
Rai. qꝛ ſi heredes ſunt plures vni/
cuiq̄ꝫ ſm ꝑportiones ſue heredita/
rie ꝑtis reſtituēdum ē. Si āt heres
i aliqua determinata quātitate con
ſtitutus ſit: puta i. c. vl i domo ꝛ nō
plus: tūc reſtitutio nō fiet heredi: ſꝫ
illi vel illis quib⁹ teſtator commiſit
diſpēſatōem bonorum ſuoꝝ. Si
deo defunctus i morte ſua: oīa bo/
na ſua legauit paupibus ꝛ pijs loci
qbus illa legata ſunt acqritur ius i
bonis defuncti preſentib⁹ ꝛ futuri
vn̄ ꝛ eis dꝫ reſtitui. In 3°. caſu. ſ. cū
ē diſpēſatoꝝ reꝝ: vt epi ꝛ alij plati
eccliarum: ꝛ gubernatores hoſpita
lium eſt diſtinguendum: qꝛ cū dant
aliqua alijs: aut dant de rebus ſuis
ꝑprijs: puta pr̄imonialibus vl ꝑ in
duſtriā acqſitis: ſicut ſcripture do/
ctrine ꝛ hi⁹: ꝛ de hi⁹ dando qbuſcū
q̄ꝫ ēt malis vt meretricibus ꝛ hiſtri
onibus q̄uis grauiter peccēt: vt il/
lud. 88. di. c. donare. tn̄ nō tenet ad
reſtitutionem: nec illi qui hi⁹ recipi
unt ad eis ſm Rai. ꝛ Ulri. aut dāt
de fructibus eccleſiarum ſuaruꝫ et
locorum piorum ad menſam eoruꝫ
ſeu vſum ſpecialiter deputatis: et
tunc etiam male vtendo et dando
male faciunt: non tamē tenetur ad
reſtitutionem ipſi: nec q recipiunt
ab eis niſi reciperent per extorſio/
nes fraudes ꝛ violentias ꝛ huiuſ/
modi: tūc tenerent: ꝛ hoc ſꝫ Tho.
2ª 2ᵉ. q. 185. ꝛ ſecūdum Ulri. Aut
dāt de bonis eccleſie deputatis ad
cultum diuinum: vt. c. deſtruēdis:



UVA. BHSC. IyR_109_1

aut paupſb⁹ errogādis ſpālr: vľ cū
ēt multiplr̄ cōmittūť diſpenſatiōi
ſue ſine diſtinctōe ſibi deputatorū
ad vitā ab alijs: τ tūc ſi dāt cā neceſ
ſitatis ſeu elemoſyne bn̄faciūt: nec
ipi tenētur: nec q recipiunt ad reſti
tuendū: niſi darēt de his q̄ ſūt diſti
cte deputata clericis: qꝛ tūc tenenť
eis de eo qđ abſtulit ab eis: qa non
dāda eſt elemoſyna de alieno. 14. q
5. c. necꝫ. Si dant pſonis honeſtis p
ꝑcinio τ labore quē ipēdūt eccle
ſijs ēt laudabilr̄ faciūt ſm quātita
tē laboris τ induſtrie. Eccľiaſticis
enī vtilitatib⁹ ſeruiētes eccľiaſtica
oꝫ remuneratōe gaudeř. 12. q. 2. c. q
cūqꝫ. Nec ḡ plati dantes nec recipi
entes ꝑ hi⁹ tenēť in aliq̄ reſtituere.
Sꝫ ſi dant rōne parētele: cū tn̄ nō i
digeāt: vel cā fauoris humani erga
pncipes nō facerēt ad redimēdam
vexationē quo ad tyrānos et ſiľes:
vel dant cā turpitudinis vt mere
tricibus τ hi⁹ tenētur ad reſtituen
dum: q̄ ſic male dederūt: nō qdē de
bonis eccľe: ſꝫ de bonis primoniali
bus ſi hn̄t: ľ p induſtriā acqſitis. Illi
ēt q ſic talia q̄ alijs debebātur ma
le accipiūt: tenēur reſtituē: niſi ipe
q dedit ſatiſfeciſſet. Tho. vbi. s̄. de
bēt aūt dare vľ ſucceſſori ei⁹ q de
dit vľ in vtilitatē eccľe ɔuertere cū
licētia ſupioris: vľ paupib⁹ erroga
re: ſi illa paupibus debebanť. Qui
aūt recipiūt a religioſis pp iniuſtā
cām vľ ſine licentia ſupioris ōbent
reſtituē plato ipius monaſterij vel
ɔuētus vľ aľs i vtilitatē mōaſterij
ɔuertere vľ expēdē: precipue ſi ipſe
platus fuit q male dedit. In oi aūt
caſu ex ſupradictꝭ oꝫ fieri ita ꝙ pec
catū qđ ē occultū nō manifeſtet: et
ita ꝙ nō ſequať mal⁹ ſcandaluꝫ: ar.
di. 13. c. duo. Qui aūt tenētur alicui
eccľie vľ loco pio ōbent illud dare
gubernatori ſeu rectori ei⁹ loci: niſi
ille rector nō haberet iuſtū titulum
ſꝫ vſurpatum vľ ꝓbabiliter creda
tur male vſurū: tūc. n. poſſet i vtili
tatē illi⁹ loci ɔuerti vľ ſucceſſori re
ſeruare. Quātū ad 6ᵐ. ſ. cur ſit fi
enda reſtitutio. Ad hoc btūs Tho:
2ᵃ2ᵉ. q. 62. aſſignat rōnem: vꝫ qꝛ re
ſtitutio ē actus iuſticie: ad iuſticiaꝫ
aūt habendā τ exercendā quilibet
teneť. Conſiſtit aūt iuſticia i quadā
equalitate q̄ tollitur p vſurpatōeꝫ
τ detentionē aliene rei: et reparari
nō pōt: niſi p iteratā ſatiſdationem
ſeu p aſſignationē rei ei cuius erat
ſi pōt τ iō teneť reſtituē. Sed nota
ꝙ ſicut quilibet qui eſt ſui iuris pōt
donare rē ſuā: ita pōt ēt remttē reꝫ
ſibi debitam gratis τ relaxare ſuo
debitori: q̄ remiſſio ſiue donatio li
bere facta ſine fraude: τ coactione
poſtqꝫ facta ē p penitētiam nō pōt
reuocari: vt dič Ral. ar. 7. q. 1. c. qꝫ
piculoſum. Sꝫ ſciēdum ꝙ illi q po
nūt ſe in manibus creditoꝝ ꝓmittē
do ſeu offerēdo ſe ad dāduꝫ qđ pe
terēt: rogantes tn̄ ꝙ totum vel ptē
dimittant ſꝫ nō intēdūt reſtituere: i
mo ſperant ꝙ p nihilo vel modico
qetabūtur: aľs nō ſe ponerēt in ma
nib⁹ eoꝝ: a peccato qdē rapine vſu
re. ſeu alteri⁹ male vſurpatōis non
ſūt abſoluti: qꝛ pctm̄ p pniam τ cō
feſſionem dimittiť qꝫ illi vere non
hn̄t. Sꝫ vtrū abſoluti ſint a debito
ſeu obligatōe reſtituēdi diſtinguē
dū ſꝫ Egi. i quolibet: qꝛ ſi creditor
ꝓpria voluntate τ ōliberalitate dī
miſit τ donauit nō curans ꝙ debi

UVA. BHSC. IyR_109_1

toꝛ intenderet nõ tenet̃ ipe debitoꝛ ampli⁹ reſtituere ſi ei clare conſtat Sec⁹ aũt ſi creditoꝛ decept⁹ vł coactus vł deſperat⁹.i.ꝙ nũꝗ̄ ſpabat ſe illud.debitũ ab eo poſſe hr̃e ł nõ poſſe hr̃e totũ:⁊ idõ poti⁹ voluit hr̃e ꝑtẽ ꝗ̄ nihil dubitãs ne nihil haberet ſi totũ vellet hr̃e. Talis enim remiſſio nõ valet: ⁊ adhuc obligatur ad reſtituendũ. Sed hec mã ẽ multũ vtilis ⁊ neceſſaria ſciri:⁊ ĩfreq̃ti pꝛatica:⁊ idõ ſeroſius ⁊ pleni⁹ tractanda:⁊ q̇d ſentiãt docto.ĩ hoc referendũ. Cũ ḡ querit̃ vtꝝ vſurario vł cuilibet alteri q̇ hꝫ aliena ſufficiat ĩ foro ↄſcie remiſſio ſibi facta ab his quibus extoꝛſit vſuras vł alia male ablata:ł ab heredib⁹ coꝝ ſi illi nõ viuũt:rñdetur diuerſimode a diuerſis: vt in.§.ſequẽtib⁹. Hirar.d̃ ſenis.oꝛ.here.aſſerit ꝙ habẽs male ablata niſi reddat aut ſufficientem faciat cautionem nõ põt liberari a ſua obligatõe ꝑ alium modũ:cũ poteſt aliquo modo reſtituere:nec enĩ põt debitũ deobligari. Et p°. ꝑ viaꝫ remiſſionis. 2° nec ꝑ viam ſatiſfactionis: 3° nec ꝑ viam liberatiõis. 4°.nec ꝑ viam trãſlatiõis. 5° nec ꝑ viam donatiõis. 6° nec ꝑ viã renũciatõis. 7° nec ꝑ viam ↄuenientie ⁊ diſcretiõis. Inducit ad h̃ has rões que nõ vident̃ multũ vrgere: ſꝫ ſine multa difficultate ſolui pñt ꝑ eos q̇ tenent ꝙ abſq̃ actuali reſtitutione põt tolli obligatio male ablatoꝝ ab eo q̇ obligatur ꝑ quẽlibet hoꝝ modoꝛum:dũmodo nil fiat in fraudem: vel ꝑ metũ vel ꝑ diſpatione.ſ.nõ rehabendi:ſꝫ libere ſponte gratis ⁊ ſciẽter. Si enĩ fraudulent̃ coacte vł hi⁹ fieret talis deobligatio locũ hꝫ q̃õ dicit ⁊ nõ alit̃:ꝙ non poſſit tolli talis obligatio ꝑ viã remiſſionis niſi reſtituatur: ꝓbat ſic. Nullus eſt capax remiſſionis niſi a peccato ꝑ̄us deſiſtat:ſꝫ habẽs rem male ablatã ꝗ̄ diu remanet obligatus ad redeñ.nõ dr̃ ↄ̃ſiſtẽ a pctõ: ḡ nõ ẽ capax remiſſionis ⁊ ꝑ ↄ̃ñs obligatio illa tolli non põt ꝑ viã remiſſionis:ad q̃õ facit regula pctm̃. de re.iur.in.vj.ʼReſtitutõ.n.ꝑ quã obligatio tollit̃ ẽ ꝑ̄uia remiſſioni. vñ non videt̃ remiſſio fieri niſi ꝑ reſtitutionẽ tollat̃ pꝛius obligatio. Sꝫ ad h̃ reſpõdet:maioꝛ põt ĩtelligi dupliciter. Uno mõ vt ĩtelligat̃ de remiſſione debiti rꝫi ablate ⁊ ſic videtur falſa:nã põt alicui remitti debitũ ſi vult creditoꝛ libere ⁊ ſpõte: ꝗ̄uis ille debitoꝛ nõ intendat dare et nõ ſibi ampli⁹ obligabit̃ ſꝫ Egi. Scðo mõ vt ĩtelligat de remiſſione peccati:⁊ tũc ẽ vera maioꝛ ⁊ minoꝛ falſa.nam habẽs male ablata ſi nõ põt reſtituere vllo mõ:remãeat obligatus ad reſtitutõeꝫ cũ poterit ex d̃ ſolut|.c.odoardus. ⁊ tñ ↄ̃ſiſtit a pctõ ſi penitet ⁊ ꝓponit reſtituer̃ in futuꝝ. Sꝫ ſi põt reſtituẽ ſꝫ male:⁊ h̃ intẽdit facere ſi creditoꝛ nõ remittat:talis ẽt adhuc remanet obligat⁹ ad reſtituẽdũ:⁊ tñ ↄ̃ſiſtit a peccato penitẽdo:⁊ q̃õ pẽdet ex regła Aug.pctm̃ de re.iu.li°. 6°.ꝙ reſtitutio ẽ pꝛeuia remiſſioni veꝝ ẽ de reſtitutõe nõ ſolũ actuali ſed etiã mẽtali:⁊ in ꝓpoſito ⁊ in equalenti. Qꝛ nõ tollatur ꝑ viam ſatiſfactiõis ꝓbat ſic. Satiſfacere ẽ peccatoꝝ cauſus excidere ⁊ coꝛum ſuggeſtiõib⁹ aditũ nõ indulgere:de pe.di.3. ſatiſfactio circa ꝑ̄n. Cuꝫ ergo ablatio et

UVA. BHSC. IyR_109_1

detētio rei aliene ſit cā peccati niſi ipa cā peccati excidat q̄ fit p op/ poſitū ſuū.ſ.reſtitutōꝫ niſi reſtitua tur nō vr̄ poſſe ſatiſfacē quātūcūqꝫ accepit creditor. Inſup cū p ſatiſ factionē nō ſolū repetur amicitia: ſꝫ ēt equalitaſ iuſticie q̄ ablata erāt p vſurpationē ꝛ detētōeꝫ alienorū niſi tollat̄ cā iniuſticie ꝛ ineq̄litatꝭ: q̄ fit p reſtitutionē ſubtractoꝝ dū creditori credit̄ q̄ð min⁹ hēbat q̄ꝫ debebat ab ipſo vſurpatore q plus habebat q̄ꝫ debebat: nō repabit̄ iu/ ſticie equalitatis. ꝛ ſic n̄ fiet ſatiſfa/ ctio niſi reddat ablata. Satiſfactō enim fieri dꝫ p ipm debitorē q vio/ lauit iuſticiā vſurpādo aliena non p creditorē. Ad h̄ reſpōderi pōt ꝙ vtiqꝫ peccati cā excidi nō pōt niſi p reſtitutionē: ſed reſtitutio nō ſoluꝫ fieri pōt actu ſꝫ ēt mēte ꝛ ꝓpoſito al's q nō pōt reſtituere cuꝫ nil hēat ſeq̄retur ꝙ nō poſſet ſatiſfacere p pctis: q̄ð ē falſuꝫ. Sil'r etiā eq̄litas iuſticie repari pōt nō ſolū p actualē reſtitutionem: ſꝫ etiā p aliuꝫ modū p quē ſibi creditor l'iniuriā paſſus reputat ſibi ſatiſfactū. Fit q̄ꝫ in hi⁹ remiſſione ſatiſfactio p debitorē q violauit iuſticiā dū hꝫ aīum paratū ꝛ ſi offert ad reſtituēdum ſi non re mittit. Tertio ꝓbat ꝙ n̄ tollat̄ p viā liberationis ſic Chryſo. dic: ex de reg. iur. c. oīs res p quaſcūqꝫ cau ſas naſcit̄ p eaſdē diſſoluit̄ Sꝫ ob ligatio talis iniuſti detētoris naſci/ tur p ſolā ei⁹ depravatam volūtatē .ſ. rapiendo vl' tenēdo vl' detinēdo rem alienā. ğ diſſolui non potuit ni ſi p volūtatē. ſ. retificatā. ſ. in reſti/ tuendo ablata: ꝛ ſic vr̄ ꝙ non ſuffi/ ciat voluntas eius cui fieri dꝫ reſti tutio ad tollen̄. obligatōem cū non fuerit cā ipius. Ad q̄ð rn̄deri pōt ꝙ volūtas dpravata vſurpatōis recti ficari pōt nō ſolum p actualē reſti/ tutionē: ſꝫ p intētōem voluntariaꝫ reſtituendi ſi ille ſpōte noluerit re/ mittere ꝛ ſic nō ſolū volūtas credi/ toris: ſꝫ ꝛ debitoris volūtas: q̄ fuit cā obligationis ɔcurrit ad liberan dū obligatorē dū ſe offert ad ſatiſ/ faciēdū creditori ad placitū. Q̄tū ad 4ᵐ. ſ. p viā trāſlatōis ꝛ acq̄ſitio nis dn̄ij ꝓbat ꝙ non poſſit tolli ob ligatio ſic. Preſuppoſito ꝙ in vſu/ ra nō transferat̄ dn̄ium ẜm q̄ſdam tūc aſſumit̄ talis regula. Null⁹ pōt ī re detinēda iniuſtus titulus adue/ nire niſi pri⁹ iuſtus auferat̄ titulus nā iniuſtus titulus auferri non pōt abſqꝫ hoc ꝙ iuſt⁹ titulus acq̄rat̄ et econuerſo: ꝛ iccirco erit alia actio p quā iniuſt⁹ titulus tollit̄ ꝛ p quā iuſt⁹ titulus acq̄rit̄. Null⁹ ğ adueni re potit iuſt⁹ titulus p aliquā actio neꝫ niſi ei auferat̄ iniuſt⁹ titulus p aliā actōem. Sꝫ ill' q acq̄rūt dn̄iuꝫ ī re detinēda aduenit iuſt⁹ titulus p dn̄ij acq̄ſitionē. ğ ſi pri⁹ habuit iiu/ ſtū titulū p rei aliene vſurpationeꝫ ꝛ detētōem: dꝫ ꝙ dict⁹ titul⁹ iniuſt⁹ auferat̄ p eiuſdē rei reſtitutōꝫ aut dn̄i acq̄ſitōem: ꝛ ſic nō ē capax dn̄ij an̄ reſtitutōem: ꝛ m'to forti⁹ ī furtꝭ ꝛ rapinis ī q̄b⁹ ẜꝫ oēs nō trāſfertur dn̄iuꝫ. Sꝫ ad h̄ rn̄det̄ ꝙ ad h̄ vt di/ ctū ē: reſtitutō p quā aufert̄ iniuſt⁹ titul⁹ ī foro ɔſcie fieri pōt nō ſoluꝫ manual'r: ſꝫ ēt mētal'r dū. ſ. ē patus reddē real'r ſi nō vult dimittē: ꝛ ſic ablato iniuſto titulo p ſpontaneā ꝛ liberā remiſſionē creditoris acq̄rit̄ dn̄iū: Quantū ad 5ᵐ ꝙ n̄ poſſit tol

UVA. BHSC. IyR_109_1

li ꝑ viā donatōis ꝓbat ſic ꝑ has ꝓ/
batōnes. Jlle cui reſtitutio fieri dꝫ
donare nō pōt ꝑuſq̄ʒ ſit reſtitutꝰ ⁊
ipe iniuſte detinens aliena anq̄ʒ re/
ſtituat ablata certificari nō pōt de
tali donatōe vtꝝ ſit ꝟa donatio: ꝓ/
mā ſic ꝓbat. Donatio niſi ſit liba n̄
ē donatō ꝟa. ff. d adimē. le l. rē lega
tā. Jſte aūt q taliť dōat. ſ. anq̄ʒ ſit re
ſtitutꝰ nō libe donat: qꝛ nō libe illō
hꝫ: cū nō actualr hēat: ⁊ ſi dicat ꝙ
libe reſtituēdus pōt hre: ⁊ ꝑ ꝯñs li/
bere pōt donare: qꝛ detētoꝛ bonoꝝ
ſuoꝝ paratꝰ ē reddē: tal' iſtantia ni
hil valet: qꝛ reſtituēdus certificari
nō pōt ꝙ talis hñs ſua male ablata
ſit paratus ad ea reſtituēda: niſi ea
ſtati cū pōt reddat: vl' ꝓ eis reddē/
dis ſufficiētē cautōeʒ faciat: qd ꝑti
net ad ſcdāʒ ꝓpoſitōeʒ. Nā ⁊ ſi vi/
deātur aliq̄ ſigna qbꝰ ſe paratuʒ ad
ſatiſfaciēdū oñdat nō ꝓbat eē ſuffi
ciētia cū ill' vti poſſit: ita ille q n̄ hꝫ
ītētōeʒ reſtiauēdi ſic ille q hꝫ: ⁊ tal'
alienoꝝ ꝺtentoꝛ iniuſtus cui dona/
natio fit an̄ reſtitutiōem nō pōt eā
vt verā donatōeʒ acceptare vl' ac/
cipe cū bona ꝯſcia. Ad qd rn̄det ꝙ
donari pn̄t nō ſolū res habite: ſʒ et
iura ⁊ actiōes ⁊ q̄ ſupant hri: nec ꝓ
pterea pōt dici ꝙ nō ſit dōatio liba
qꝛ res actu nō habeť. Et cū h̄ nego
ciū agať ⁊ diſcutiať ꝛm forū ꝯſcie:
vbi credēdū eſt cuilibet ꝓ ſe ⁊ ꝯ ſe.
Et nemo ſit arbitrādus imemoꝛ ꝓ
prie ſalutis: dr. i. q. vij. facimꝰ: ex q̄
debitoꝛ offert ſe paratū ad reſtituē
dū ſi vult: rogat tn̄ vt dōet nō coa/
ctus nō ꝺceptꝰ ſʒ ſpōtaneꝰ pōt ſibi
ꝑſuadē ⁊ credeř libere donaſſe ꝑci
pue ſi non egeat multū: nec eni ꝑſu
miť ꝺ facili qs ꝓiicere ſua ⁊ dōa/
re. Quātū ad 6m ꝙ nō poſſit tol/
li ꝑ viā renūciatōis ꝓbat ſic: vbi re/
nūciatio nō hꝫ locū: obligatio tolli
n̄ pōt ꝑ viā renūciatōis: ſʒ anq̄ʒ fiat
male ablatoꝝ reſtitutio nō pōt ille
cui reſtitutio fieri dꝫ renūtiare: g̊ n̄
pōt tolli obligatio ꝺtinētiſ aliena i
iuſte ꝑ viā renūtiatōis: maioꝛ ē nō.
Minoꝛ ꝓbať: nā renūciatio illa q̄ fit
a ſpoliato anq̄ʒ r̄ſtituať ipa ꝺcerni
tur eē nlla: ſic pꝫ. iij. q. i. c. epis. ⁊ ex
ꝺ reſti. ſpo. c. ſollicite: ⁊ iō qꝛ p̄ſumi/
tur nō libe fieri qꝛ nō ē ꝟiſimile ꝙ
ſpōte iuri ſuo renunciauerit q renū
ciat ſpoliatꝰ. Sic i ꝓpoſito vř di
cendū ꝙ creditoꝛ renūcians non re
ſtitutꝰ nō vř ſponte renunciare: ſʒ
vt coactꝰ ⁊ hiꝰ. Ad qd reſpondeť
ꝙ ea q̄ cōtinentur in dictis capitul'
hn̄t locū in foro ꝯtentioſo vbi ꝓce/
ditur ꝑ p̄ſūptioneʒ: ſed i foro ꝯſcie
ēt ſpoliatꝰ pōt renūciař iuri ſuo: vt
i ꝓpoſito. Preterea eo ipo ꝙ offert
ſe ad reſtitutionē: ſi vult iam reue/
ſtit ⁊ reſtituit eum in ſuo. Quā/
tū ad 7m ꝙ non poſſit tolli ꝑ viam
cōueniētie ⁊ diſcretionis ꝓbat ſic.
Suppoſito dicte regule peccatum
li. vj. Obligatio illa qua iniuſtus de
tentoꝛ alienoꝝ ē obligatus ad reſti
tutionē neceſſe eſt ꝙ tollatur ꝑ viā
reſtitutionis: vel aliam equipollen
tē: ⁊ q̄rendo q̄ ſit via equipollēs re
ſtitutioni: ſi dicatur ꝙ ſit remiſſio/
nis via vel donatōis: ſequitur iter
alia iſtud inconueniens: ꝙ pōt dici
reſtitutio: ⁊ tn̄ in poſſeſſione mini/
me poſitus: qd pꝫ eē falſum ꝑ illud
qd habeť. ff. de ꝟbo. ſigni. l. plus eſt
dř eni ibi ꝙ reſtituere eſt non ſolū
p̄ſentiam rei prebere: ſed ēt poſſeſ/
ſorē facere fructuſq̄ʒ reddere: qua/

UVA. BHSC. IyR_109_1

pp nullus pōt dici reſtitut⁹: niſi in poſſeſſione fuerit conſtitut⁹. Si ḡ remiſſio q̄ fit ante reſtitutionem equpollet reſtitutiōi ipī ſeqt̄ h̄ in cō ueniens: q̄ ēt non poſitus in poſſeſſione dicet̄ reſtitutus. Sed ad h̄ rn̄ detur q̄ in foro ɔſcie ⁊ ab Aug. nō ſumit̄ iſta ſtricte reſtitutio ſicut in foro cōtētioſo ſm iura. Naȝ quō cūq̄ impleatur volūtas creditoris a d̄bitore dr̄ reſtitutio facta: ⁊ cum qs cedit bonis ēt an̄q̄ ponet eos in poſſeſſionē nō r̄ſtituit q̄ ad cōſciaȝ Q̄d ergo dicit p̄fat⁹ Girar. ſ. q̄ non ſufficit remiſſio: nec pōt liberari: niſi reſtituat ſi pōt: vr̄ hēre locum qn̄ remiſſio fieret non libere ⁊ ſincere ſed remittēs induceret̄ ad h̄ vi: fraude: vel timore ſeu diſpatione. ſ. nil ide ɔſeq̄ndi. Hāc eādē queſtionē formās Laurentius d̄ rodul. i tractatu d̄ vſur̄ ib̄ pus recitat opiniones doctoꝝ. dicit ḡ gl. ⁊ i regl̄a pctm̄ tenet q̄ ſic. Sed dicim⁹ ibidē ɔ̄. ſ. q̄ n̄ ſufficit niſi pecunia ſit reſtitutioni parata. Aliquoꝝ v̄o theologoꝝ opinio fuit: q̄ ēt non ſufficit q̄ res ſit parata reſtitutioni: ſed ēt oȝ q̄ offerat. Jo. an. ibidē ſup glo. demū aſſumit viam mediam dicens: q̄ aut gerit i mēte vſurari⁹ reſtituere: ⁊ r̄miſſio ſufficiat aut nō ⁊ tūc ſecus. Sȝ Fede. de ſenis i ope ſuo firmat idiſtincte opionē dc̄e gl. ſic dicēs: ſi is cui debent reſtitui pecunie vl̄ male ablate nō coact⁹ vl̄ deceptus nō circūuētus ⁊ oī dolo ⁊ vi ⁊ calliditate ⁊ metu ceſſantib⁹ ēt p̄cibus vl̄ ſuiſtioruȝ exhibitiōe iductus d̄bitā ſibi pecuniam non oblatā nec reſtitutione paratam vſurario dimittat: liberat⁹ ē vſurarius a reſtitutiōe: n̄ tn̄ a pctō q̄d ɔ̄xit exercēdo vſuras: niſi ⁊ de illo pctō pn̄iam agat. Pōt ēt dici q̄ plus eſt q̄ ſi vſurario pſeuerante i crimīe ⁊ nō diſpoſito ad aliquā r̄ſtitutōnē is q oȝ recipe vſuras remittat illas ꝑpo motu: vl̄ ad petitionē vſurarij libatus ē: vſurari⁹ a reſtitutiōe rei: ⁊ ſi n̄ a pctō q̄ d̄ h̄ oȝ ſatiſſacere d̄o p pn̄iā. Hec ille. Hāc opionē vr̄ firmare Hoſti. i ſū. ⁊ Archi. i. c. 2. d̄ vſur̄ li. vj. ſup v̄bo ſatiſfactū dicēs. Satiſfactuȝ accipi m⁹ quōcūq̄ volūtati creditoris ſatiſfiat. Jdē Lap⁹ d̄ coſt. Jdē Gof. ⁊ Guil. ⁊ demū idē Lau. ſic cōcludit vt tollat̄ oīs dubitatio an ſit l̄ non ſit liber aīus r̄mittēs: ⁊ p ɔn̄s clara ɔſcia vſurarij: ⁊ vt facilius iducāt̄ hoīes ad ɔtritionē: ⁊ d̄cetero a talibus abſtieāt: cautū ē p̄dicare q̄ nō ſuffic̄ remiſſio fcā q̄uis ſe diſpōat ad ſatiſfaciēdū: ſi nō r̄mittēt creditor: ⁊ cauti⁹ q̄ oȝ q̄ pecūia ſit r̄ſtitutōi pata ⁊ cautiſſime q̄ offerat̄ pecunia: l̄ q̄ pl̄s ē q̄ ponat̄ i manibuſ creditoris. Sȝ d̄ iure ⁊ i foro ɔſcie puto i^{us} gl. c⁹ opionē ſeqt̄ Fede. vt dcm̄ ē cē v̄iſſimā: ⁊ ad h̄ iducit ipſe Fede. plures rōnes. Et p^a ē tal̄. Jn maiorib⁹ criminib⁹ ſic ē in crimine furti l̄ rapīe l̄ violētie: re furtiua l̄ rapta remanēte apd̄ furē l̄ raptorē d̄ volūtate dn̄i purgat̄ vitiū furti l̄ rapie ſin̄ aliq̄ r̄ſtitutiōe: vt li. ſi fur. d̄ vſuri. i pri. ⁊. ff. de p̄cario li. ſi certe ḡ purgatur vitiū vſure remanente vſura apd̄ vſurariū de volūtate dn̄i: ⁊ q̄ illa ſint maiora crimina pȝ ex maioritate pene ſiue agatur ciuilit̄ ſiue criminal̄r. Graui⁹ āt ē pctm̄ q̄d graui⁹ punit̄: vt. xxiiij. q. iij. c. nō offeram⁹. Scd̄a rō ē: q̄ i crimīe vſuraꝝ ⁊ i aliiſ maiorib⁹ ſuffic̄ facere ɔdignā ſatiſfactōȝ l̄ emēdatōnē

UVA. BHSC. IyR_109_1

ex̃ ꝺ rapto.c.i.vt ſiqs libat᷒ a pec/
cato.c.quãto.ex̃ ꝺ vſuris.Sꝫ ſatiſ/
factũ ĩtelligit̃ quocũqꝫ ꝺeſiderium
creditoꝛis ĩpleat̃: ẽt ſi nõ ſoluatur
.ff.q ſatiſda.co.l.i.Tertia rõ ẽ q̃ vr̃
ſm eũ ĩſolubil̃.Sũt qdã ſpãles ca/
ſus ĩ qbus obligatis ad reſtitutõeꝫ
nõ ſufficit remiſſio:vt.c.exigit ꝺ cẽ
ſi.li°6°.ꝛ ibi ꝺ h.ğ in alijs caſib᷒ ſta
bit regula ꝙ ſufficit remiſſio.Ideꝫ
tenet Pe.ꝺe pal.in.4.ꝺi.15.q ꝺic̃ ꝙ
obligatus reſtitutõi excuſat̃ ꝓpter
remiſſionẽ creditoꝛis:qꝛ ꝑ accepta
tõem tollit̃:ꝛ hoc niſi ſit talis ꝑſo/
na q̃ nõ hẽat adminiſtratõem vel q̃
nõ põt ꝺonare:nec ꝑ ꝯñs remittere
qꝛ remittẽ ẽ ꝺar̃.Itẽ qñ ĩ iure ẽ cau
tũ ꝙ remiſſio nõ valeat: tũc nõ ex/
cuſat ſicut ĩ iudice ꝺelegato q mu/
nera ꝛ expẽſas recipiens vel extoꝛ/
q̃ns tenet̃ reddere nulla partiuꝫ re
miſſiõe ſibi ꝓfutura:ex̃ ꝺ reſcripti
c.ſtatutum.li°6°.Et ꝺ viſitãte iure
oꝛdinario recipiẽte munus ad cui᷒
ꝺuplũ reſtituẽdũ:tenet̃:ex̃ ꝺ cẽſi c.
exigit.li°6°.Hec Pe.ꝙ ſiqs obijcẽt
regulã.Nõ remittit̃ pctm̃ ꝛc̃.qꝺ eſt
ꝟbũ Aug.ꝛ reſtituẽ ẽ rẽ in ꝓſtinum
ſtatũ reponere:vñ nõ vr̃ ſatiſfacere
remiſſio.ad qꝺ rñdẽt pꝛedicti Pe.
Lau.poſt Fede.ꝙ Aug.ĩ ꝺicta r̃gu
la nõ habuit reſpectũ ad ſtrictaꝫ ſi/
gnificatõem ꝟbi:ſꝫ ei᷒ mẽs q̃ ẽ ꝟbiſ
ꝓferenda:ex̃ ꝺe ꝟbo.ſigni.c.intelli/
gẽtia fuit ꝙ ſi offendiſti ꝓximũ tuũ
rapiendo furãdo:vſuras extoꝛquẽ
do:recõcilies te cũ ipſo:ꝛ cõiter qa
hoĩes nõ iactãt pecunias ſuas : ſed
volũt ſibi reſtitui res ablataſ:ꝓpte
rea Aug.ſe retulit ad ꝟbũ reſtitua/
tur ꝙ aũt ſic intellexerit Aug.oſtẽ/
dit multipl̃r.hec ille. Qꝺ aũt ꝺicit

lau..s̃.ſ.eẽ ꝑdicandũ non ſufficere
remiſſionẽ niſi fiant ea q̃ ꝺicunt ꝺi
uerſi nõ vr̃ tutũ vel cautũ:nã ex ta
li ꝑdicatõe ita põt ſeq periculũ aĩa/
rũ ſicut cautela.Sic enim ꝑdicatoꝛ
ꝺꝫ ſibi cauere a ꝑdicando ea q̃ hñt
hoĩes ĩducere ad malũ:ꝛ ab allegã/
do mala:ita ꝺꝫ cauere a pꝛedicãdo
ſcrupuloſa ꝛ ardua:qñ cõis opinio
ẽ in ꝯ̃riũ h enĩ cẽt inijcere laqueum
aĩabus:qꝺ fieri non ꝺꝫ.27.q.i.c.vi/
duas.Audiendo.n.talia ꝛ nõ ſeruã
do cũ ex auditis foꝛmat ſibi ꝯſciaꝫ:
h ſibi neceſſariũ fierĩ.q hꝫ hi᷒ remiſ
ſionẽ:ꝛ ex ꝺifficultate nolit᷒ ponere
ſe ad faciẽdũ erit in malo ſtatu rõe
ꝯſcie ſibi facte ſuꝑ eo in quo bñ po
terat tranſire cũ bona ꝯſcia.Pꝛete
rea ſi ꝑdicatoꝛ h ꝺicat in ꝑdicatiõe
.ſ.ſibi nõ ſufficẽ remiſſionẽ niſi ꝛc̃.
ꝛ poſtea ĩ audientia cõfeſſionis fa/
ciat ꝯ̃riũ ꝛ ꝺicat illi ſufficere:nõ ne
ex hoc põt ſeq magnũ ſcandalũ cõ/
tra ꝺoctrinã ꝑdicatõis.Ex hoc enĩ
poterũt credẽ hoĩes ſic eẽ ꝺ multiſ
alijs q̃ ꝑdicatoꝛes ꝺicũt.ſ.ꝙ nõ ſũt
ſimpl̃r vera:ſꝫ ad terroꝛẽ ꝺcã:ꝛ ſic
ꝑiclitabit̃ fidei ꝺoctrina: nõ video
ẽt cũ bõa ꝯſcia ꝙ abſqꝫ ſui magno
pctõ poſſit hoc ꝺicere ĩ ꝑdicatiõe ſi
ſentiat ꝯ̃riũ:qꝛ hoc cõiter tenẽt ꝺo/
ctoꝛes.Sꝫ ꝛ ſi teneret aliquã aliam
opĩonem cũ ille ſint ſcrupuloſe: nõ
ꝺꝫ velle ĩducẽ hoĩes ad ſuos ſcru/
pulos:nõ ğ ꝑdicando ꝺicat ꝙ ſuffi
ciat remiſſio:ne inducat occaſionẽ
mali:ꝛ apiatur via vſuris:neqꝫ ꝺi/
cat ꝙ nõ ſufficit ne ꝺicat mendaciũ
vel ſcrupulos ꝛ laq̃os inijciat audi
toꝛib᷒.Sꝫ ꝺicat qꝺ ꝺicit Aug.ꝙ ꝺꝫ
ꝙ reſtituat ſi põt.14.q.6.c.ſi res:et
in reſtitutione includitur remiſſio.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Sꝫ qd ſi poſt remiſſionē libe factā ꝛ ỽe vſurario: vſurariꝰ mandat ī teſtio ſuo reddi vſuras: nunqd qd̄ ſet remiſſū eſt: dꝫ reſtitui his qbꝰ tenebat priꝰ: Dicēdū ẜm Fede. ꝙ i. ħ diſtinguēdū ē. Qꝛ aut talr tenoꝛ locutus ē ꝑ ỽba trāſferentia ſe ad factū vtputa qꝛ iubet vſuras reſtitui his qbus ōbebat eas reſtituē: ꝛ ꝓbarēt eas ſoluiſſe: ꝛ tūc nō obſtāte remiſſiōe tenebit ſatiſfacē heres ꝛ ħ caſu loqtur. c. ad nr̃aꝫ ō iure iur. Aut loqtur ꝑ ỽba transferētia ſe ad ius nō ad factū: vtputa qꝛ iubet ea reſtitui qbꝰ dꝫ: ꝛ tūc ſecꝰ dicendū ē. hec ille. Jtē ſciēdū ꝙ cū alicui ſit remiſſio libē ꝛ ſine fraude: nō tūc talr illud qd̄ ſibi remiſſū ē paupibꝰ dat ſibi enī acqrit illud ius ſiue debitū nō paupibꝰ: ſicē nec qs tenet paupibus dare qd̄ ſibi donatū eſt. hoſti. ī ſū. ti. de vſuris dicit ꝙ ſi feneratoꝛ ꝑtē pecunie fenebris reſtituat ei a quo habuerat vl heredi ſuo ꝛ ō volūtate eiꝰ ꝑtem retineat: dicūt theologi idiſtincte ꝙ non eſt liberatus niſi totuꝫ offerat. Tu dicas ꝙ ſi ex pacto ſit nō eſt liberatus: ar. c. veniens: ex ō ſimo. Si aūt vſurariꝰ partē ſine pctō liberalr ſoluat: vt offerat ꝛ ō alta parte miſicordiā petat ꝛ creditoꝛ liberalr remittat: liberatus ē debitoꝛ: nec tenet vlteriuſ ad reſtitutōem: ſicut nec tenet ſi grati accepiſſet grati oblatū ẜꝫ Hoſ. Hic tñ bonꝰ iudex ex certis ꝯiecturi motū ſui animi iformabit. Nā ſi creditoꝛ ē paupꝛ ꝛ inops: ꝛ vſurarius diues ꝛ potēs: nō ꝓſumo ꝙ creditoꝛ ipꝫ vſurariū ſpōte ex coꝛde liberet ſꝫ hoc faciat qꝛ vltra recupare non pōt: vt illud tantillū qd̄ offert recuparet: ꝛ nō amitteret. Si ỽo creditoꝛ ſit diues ꝛ potēs q ēt ꝯſueuit hiſtrionibus ꝛ iaculatoꝛibus tātūdē de ſuo donare vl plus freqnter preſumi pōt: ꝙ ex coꝛde ħ faciat: hec ille. Jtē ī quadā ſūmula dr̃: ꝙ ſi vſurariꝰ offert libere totā ſūmā pecūie creditoꝛi oñdens plenariā ſolūtatē cū nō hēat: qꝛ ſi crederet ꝙ aliqd accipet non offerret: creditoꝛ nihil penitꝰ vult accipe: ſꝫ liberalr dimittere totū: iſte plenarie ſatiſfecit ꝓximo ſed nō deo: ꝛ iō poſtea ſufficit ſibi ſola ꝯtritio: vt ſatiſfaciat deo. Vñ ꝯſulendū ē nō cōtritis vt haud minꝰ hāc liberā ſatiſfactōnē faciāt ꝓximo. Jtē ſunt aliq vſurarij q nitunt decipe deum: q numerataꝫ pecuniā ꝛ acceptā tunc exponunt creditoꝛi hꝰ credentes ꝙ illā nō accipiant: qꝛ ſi crederent ꝙ illā recipēt: nō illā repñtarent. at ille timoꝛe vl verecūdia ductꝰ nihil vl paꝝ recipit reſiduū dās ꝛ ſic iſti tales dicerent ſe ſatiſfeciſſe: qd̄ nō eſt veꝝ. Jtē nō ẜm qſdam ꝙ ſunt qnqꝫ modi ſatiſfaciendi. Primꝰ modus ē cū pecūia libere offert. Scd̄s modus ē cū pecuniā nō hꝫ offert pignoꝛa. Tertiꝰ modus ē cū pecuniam nō hꝫ nec pignoꝛa ꝯgruētia: facit tñ iſtrm̄: vt heredes cōpellant ad ſatiſfactōem ꝛ ēt ipſemet. Quartꝰ modus ē cū mediante ſacerdote vl aliquo alio religioſo ſit voluntaria ꝛ libera concoꝛdia: iſte tñ modus dꝫ ſemp oſtēdere creditoꝛi velle ꝛ poſſe liberuꝫ debitoꝛ. Quitꝰ modus ē cū ꝯſēſu et miſicoꝛdia creditoꝛis pōit debitoꝛ aliquā poſſeſſionē in manu alicuꝰ honeſti viri: ex cuiꝰ fructibꝰ ſoluāt ꝑ tp̄s debita. deide poſſeſſio ad he-

UVA. BHSC. IyR_109_1

redes reuerſat̃: vł ſta dꝫ ꝑmanẽ: ꝓ
icertis: hec ibi. Itẽ Archi. i roſa-
rio. xiiij. q. v. c. nõ ſane. dicit ꝙ Ho.
dicebat ꝙ i his i qb⁹ ẽ pctm̃ morta-
le ſm legẽ diuinã: vt i furto vł rapi
na diſpenſar̃ nõ põt eps. imo nec ẽt
papa vt aliq dicũt: q̊ minus pñiam
agat: ⁊ reſtitutio fiat ſi põt: ex̃ ð v-
ſur. c. cũ tu. In his ꝟo i qb⁹ ẽ pctm̃
mortale ſm ius poſitiuũ: ⁊ cuꝫ epis
ſeu iferiorib⁹ pape interdicta eſt di
ſpẽſatio: null⁹ diſpenſare vł dilatõ
nez ꝑſtare põt niſi ſol⁹ papa. iij. q. i.
c. reitegrãda. vł ibi qb⁹ ſpãłr cõmi-
ſerit. Si ꝟo nõ ẽ interdicta poterit
hec ibi. Sꝫ ꝙ dr̃ papã ñ poſſe diſpẽ
ſare i his r̃ſtitutiõib⁹: vbi ẽ peccatũ
mortale ꝑpetrãdũ i vſurpatõe ꝯ le-
gẽ diuinam facta: vt furto: rapina:
vſura ⁊ hi⁹: q̊minus r̃ſtitutio fiat ſi
põt videt̃ itelligẽdũ q̊ ad reſtitutio
nez certoꝝ ſi ſciũt ꝑſone vł q̊ ad in
certa: cum diſpẽſaret abſqꝫ cã rõna
bili vel ſaltẽ dubia ꝓ libito volũta
tis. Nõ. n. põt tollẽ q ſũt ꝓꝑa homi-
nũ ⁊ dare alijs ſine cã: ſꝫ cũ cã rõna
bili põt puta ꝑ modũ pene: vt cũ au
fert regnũ ł iperiũ alicui ꝓꝑ dmeri-
ta ſua: qꝛ eẽt inimic⁹ eccłie heretic⁹
vł ſciſmatic⁹: nec ſe vellet corriger̃
ł cũ facẽt mouẽ bellũ ꝯ aliquẽ dñm
vł ciuitatẽ ꝑſequẽtẽ eccłiam: vł fa
uẽtẽ hereticiſ vł dtinẽtẽ bõa eccłie
⁊ tradẽt alijs dignitatẽ iura ⁊ bõa
illoꝝ: ſicut factũ ẽ pluries. Nec põt
papa cũ bona ꝯſcia q̃ paupib⁹ debẽ
ret diſpẽſare dare diuitib⁹ ſine cau
ſa rõnabili: ſꝫ cũ cã rõnabili põt tali
b⁹ obligatis remittere: ſeu vt paupi
bus dare ea q̃ acqſierũt ꝑ furta ra
pinas ⁊ vſuras: cũ ſũt icerta ſm oẽſ
ałs cũ ſit ſupm⁹ ⁊ vłis pr̃ pauperuꝫ

magiſqꝫ epi: q hi⁹ ſolẽt diſpẽſar̃: vt
.87. di. c. eps. ex̃ ð. Qꝛ hꝫ ẽt plẽi-
tudinẽ ptãtis in diſpenſatõe bono-
rũ eccłiaſticoꝝ: ⁊ plenã iuriſditõeꝫ
i terris eccłie forte ð hi⁹ bonis. ſ. ec
cłiaꝝ: ⁊ hoꝝ q habitãt i terris eccle
ſie poſſet remittẽ debita ex furtis
rapina: ⁊ vſura ẽt cuꝫ ſciunt̃ ꝑſone
ſine eoꝝ ꝯſenſu: ⁊ ex aliq̃ cã rõnabi
li. nam quotidie h̃ fit vt iura vnius
eccłie ⁊ fructus auferat: ⁊ det alte-
ri q̃ꝫ curato illius eccłie cũ cã tñ: vt
creditur rõnabili: ⁊ ſic multomagiſ
i hi⁹ poteſt dare dilationẽ: qꝛ plus ẽ
remittere debitũ q̃ꝫ dilationẽ dare
ad ſoluendum. Querit̃ vtrũ ſuꝑ
incertis cum epo qui ẽ pr̃ pauperũ
poſſit fieri cõpoſitio vel trãſactio.
Reſpondet Lau. Sciẽdũ ꝙ Pau.
i cle. 2ª de pe. ⁊ re. hunc paſſum exa-
minat: ⁊ finałr determinat ꝙ nõ ꝑ
illũ tex. ⁊ ꝑ. c. fi. ð of. vica. li. vj. vult
eni ꝙ ſine mandato apłico id facer̃
nequeant epi: niſi cõponerẽt de tan
ta quãtitate quãta eſt illa ad quam
aſcẽdunt: ⁊ non de minori. Contra
ſeruatur: lꝫ facta tacita compoſitio
ne feratur demũ ſñia taxatiua ipſo
rũ incertõꝝ: ⁊ ſi vera ſunt q̃ factus
eſt Pau. qd videt̃ de iure: nec vide
tur ꝯria conſuetudo valere: ałs mł
toꝝ aĩe illaquearent̃. Tex. tñ illi vi
dere meo nõ ꝓbant ita clare. Unde
forte poſſet reſpõderi ꝙ non ẽ cre-
dẽdũ ꝙ papa q perficit epos patreſ
pauperꝝ indiſticte nõ ꝯceſſiſſet eis
in ſpẽ ꝙ ex cã poſſet cum altib⁹ trã
ſigere: ⁊ iſti habent maiorem poteſta
tem q̃ꝫ illi quib⁹ libera adminiſtra-
tio conceſſa eſt. Itez non ſimplicit̃
donauit. Item papa ſcit hãc ꝯſuetu
dinem ⁊ diu tollerauit. Fiunt tamẽ

UVA. BHSC. IyR_109_1

taxationes per ſentētiaꝫ: hec Lau. forte poſſet dici ꝙ ex q̄ ad eccl'iam militātē vꝫ dictuꝫ Lau. ⁊ ēt quo ad deū ⁊ eccl'iā triūphātē cū ex cā rōa bili facit ꝯpoſitionē de minori quā titate ꝙ ſint icerta: puta q2 reſiduū dimittit ei vt paupi: cū alias nō poſ ſet viuere ſine idecentia ſui ſtatus notabilit̄. Sed vbi abſqꝫ cā eps ſci enter cōponat de minori quātitate notabiliter vꝫ dictuꝫ Pau. in foro dei: nō enim credēdū eſt papā feciſ ſe epos diſpenſatoꝝ bonoꝝ paupe rum: vt poſſent ꝓ libito volūtatis remittere vel cōponere ſup̄ icertiſ vt de hiſ poſtmodū pompoſe viuāt Nec ipſe papa poſſꝫ cū bōa ꝯſciētia abſqꝫ aliq̄ rōnabili cā facere hi⁹ ta xationes lōge minus ꝙ ſit debitum icertoꝝ ⁊ reſiduū ſciēter ill' debito ribus dare: cū oīa bn̄ ⁊ plene poſſit reſtituere. Sec⁹ cū dubitat̄ vtꝝ re ſtituere poſſit debitor ꝓ incertiſ: nā ī dubio ē ſemp̄ iterp̄tādū factū pa pe per maxime in bonū vt di. xxxx. c. non nos cū glo. Papa eni ⁊ ſi ha bet plenitudinē ptātis errare pōt vt hō: ⁊ int̄ cetera ſue ptāt] non au ferct̄ ſibi ꝯditio iſta cōis hoīuꝫ qn poſſit peccare mōtal'r: ⁊ deſcender̄ ad inferos ⁊ grauius certis punien dus ſi ꝺlinq̄rit vt dr̄ di. xl. c. ſi papa ⁊ in glo. Inſuper cū reſtitutio certo rū ꝺbeat p̄cedeꝛ̄ reſtitutionē incer toꝝ: ꝙ epi circa vſurarios publi cos: vt licētient ad ſacra eccl'ie ⁊ ſe pulturā p⁹ cōponāt ſup̄ certa ꝙtita te ꝓ icertis quā ſibi ſolēt iburſare magis ꝙ paupib⁹ dare: ⁊ ō cetis nō ꝓuideāt ſufficient̄: vt reddāt̄ inte gral'r min⁹ bn̄ faciūt qnimo ſi non ſufficerēt bona q̄ remanent vſurari

is vl' hēdib⁹ coꝝ tenent̄ q̄ accepeꝛ̄t ꝓ incert] ꝯtribueꝛ̄ ꝓ reſtitutōe cer toꝝ: alias fures ſt̄ ⁊ latrones aufe rentes q̄ ꝺbēt̄ certis p̄ſonis: ex̄ de vſu. c. cū tu. xiiij. q. vj. ſi res. Sꝫ ꝯſu etudo i h̄ nō excuſat: q̄ poti⁹ dicēda ē corruptela: q2 ꝯ̄ ius diuū: di. 8. c. q̄ ꝯ̄ mores. xxxij. q. vij. c. flagitia. Quā tū ad 7ᵐ. ſ. de mō reſtituendi ſeu or dine circa qꝺ ꝯſiderāda ſūt tria pᵐ ē ꝙ reſtitutio certoꝝ p̄ponenda eſt reſtitutiōi icertoꝝ. Sciēdū igit̄ ꝙ certa oīa obligat reſtitutōi. i. cū ſci unt̄ p̄ſone q̄bus eſt faciēda p̄us ite gral'r ſoluēda ſt̄ ꝙ ſoluātur icerta qn̄. ſ. ſcit̄ vl' dubitat̄ bona reſtituē tis nō ſufficē ad vtrūqꝫ: nā tunc re ſtituēda ſt̄ plene p̄⁹ ⁊ itegral'r certa ⁊ h̄ triplici rōne. p⁹ rōne ſucceſſiōis 2° rōne obligatōis. 3° rōne ſimilitu dinis. Quātū ad pᵃᵐ rōneꝫ. ſ. ſuc ceſſionis aduertēdū diligent̄ ꝙ nō ſuccedit in pauperibus ip̄e chriſt⁹ niſi qn̄ nō repiunt̄ p̄ſone certe q̄b⁹ reſtitui debēt certa: vt q̄ſi p̄ ſbſtitu tionē ſuccedere videāt̄: ac ſi diceꝛꝫ teſtator dimitto meos heredes ta les ⁊ tales q̄b⁹ debeo: vl' ēt ſi nō de beo. Sꝫ ſi eos nō repiri cōtigat ſb ſtituto mihi xp̄m cū paupib⁹ ſuis.

Quātū ad 2ᵃᵐ rōnē obligationiſ ꝓbat̄ h̄ ſic: nā paupib⁹ nō tenentur heredes dare. ſ. ꝓ reſtitutiōe dcōrū icertoꝝ niſi vnica rōne. ſ. in foro ꝺi ſed creditoribus certis tenētur du plici rōne. ſ. in foro dei ⁊ in foro mū di: q2 heredes pn̄t a creditorib⁹ i iu dicio cōueniri. Quātū ad 3ᵃᵐ ra tionē. ſ. ſil'itudinis ꝓbat̄ idē a ſili ō voto ſimplici ⁊ ſolēni. Nam votuꝫ ſimplex non ita obligat ſicut id qꝺ eſt ſolēne: nam q̄ ad deum ſimplex

UVA. BHSC. IyR_109_1

obligat: ꝛ ſolēne quo ad deū ꝛ mū/
dū.i.foꝝ mundi: vnde ſimplex vo/
tum impedit mr̄imoniū ꝯbendum:
ſ3 nō dirimit ꝯctū. Solēne aūt īpe/
dit ꝯbēdū ꝛ ꝯctu3 dirimit: vt p3 di.
.27.p totū. ꝛ rō h' ē: q2 in voto ſim/
plici ē vnū vinculu3 ligās i ſolenni
duplex. De reſtitutōe vo certoꝝ
ſciendū ꝙ reſtitutio ēt fieri d3 cum
quodā oꝛdine: p cuius declaratōe
ſciēdū ꝙ ſm triplicē voluntatē cre
ditoꝛis cōtigit ꝺbitoꝛē hr̄e ſubam
eius. pª ē violēta. 2ª ē cōditionata.
3ª cōfoꝛmata. pª reperit i furto ꝛ ſi
milibus. 2ª in vſura. 3ª in ꝯctibus li
citis: ſiue iuſtis: ꝛ ſm hūc triplicem
voluntatis gradū varie pꝛius ꝛ po
ſterius hō reſtituere obligat. Cum
igitur pª volūtate. ſ. violenta debi/
toꝛ tenet: vt puta q2 abſtulit p fur/
tum ꝛ rapinas ꝛ hi' violētias: talia
pꝛi' reſtituenda ſt ꝙ vſura ꝛ alia ꝺ
bita: ꝛ h pp tria. ſ. pp offenſionem:
pp expꝛopatione: ꝛ pp cōpulſione3
Propter offenſionē qdē nā maioꝛ
in eis fertur iniuria: quia illa peni/
tus ſunt iuoluntaria. ſ. rapina fur/
tum ꝛ hi': vſura vo aliquo modo ē
voluntaria. ſ. voluntate conditiōa/
ta ppterea ꝺ ſui natura minoꝛe3 in
iuriam i pximum ſapit: alia vo ꝺbi
ta ſine iniuria fiūt: q2 ſunt volunta
ria: puta id qꝺ debet rōne emptio/
nis facte alicuius rei vl' rōne mutui
liciti ꝛ hi': ꝛ ideo rapina ꝛ furtum
pꝛius reſtitui debēt ꝙ ipſa vſura:
ꝛ alia debita licito modo ꝯcta: ꝛ ea
dē rōne pꝛius rapina: q2 grauioꝛ in
ea fit violētia ꝛ iniuria ꝙ in furto.
2° d3 ſeruari talis oꝛdo pp expꝛop/
atione. Nā in rapina ꝛ furto ſ3 oēs
dn̄ium nō transfertur: ꝛ iō talia nū
ꝙ totalr̄ fiunt poſſidētium. In vſu
ra vo dn̄ium trāſferri vr̄. 3° ſeruā/
dus ē talis oꝛdo pp cōpulſionē: ma/
gis eni debitoꝛ cōpellitur ꝛ artat a
iure reſtituere q extoꝛſit p furtum
ꝛ rapinā ꝙ q habuit per vſurā: na3
ad reſtitutionem vſure cōpellit di/
uino ꝛ eccleſiaſtico iure: ſed ad re/
ſtituēdū rapinam cōpellit vel arta
tur iure diuino eccleſiaſtico ꝛ ciuili
Ex quibus ſequit ꝙ debitoꝛ ſi non
pōt iſolidu3 reſtituere ꝙ extoꝛſit p
rapinam ꝛ furtu3 ꝛ ēt qꝺ habuit p
vſurā: ꝛ h cū rōne voluntatis ꝯcur
rētis q2 in ſoluēte vſuram aliq mō
voluntas eius cōcurrit ad illam ex
poliatione vſure. Sed expoliat p
furtum ſeu rapinā ꝯ oēm ſuam vo
luntatē expoliat: tum ēt rōne iuris
coartantis: nā a iure ciuili hō cōpel
lit ad reſtitutione3 rapine ꝛ furti i
ſolidū ēt ſi nō habeat ad reſtituen/
dū vſuras ꝛ hi' ſile eſt Hir. oꝛ. hēr
mitarū: q vident rōnabiliter dicta
h excepto. ſ. ꝙ debent pꝛius reſtitui
rapina furtum ꝛ vſura ꝙ alia debi
ta modo licito ꝯcta: h eni eēt offer/
re holocauſtū de rapina. Sic enim
iniuſte acciperet ab aliquo diuite
vt daretur elemoſyna paupi: vt di/
cit Aug. xiiij. q. v. c. foꝛte. ita ꝛ iniu/
ſtū vr̄: vt ꝺ eo qꝺ iuſte ꝺbet alt'i: pu
ta honeſti mutui vel emptionis vl'
alicui' liciti ꝯctus reſtituat aliena
hoc eni eēt rape alienu3 vt reddat
alienum: ꝛ non ſunt facienda mala:
vt eueniāt bona ait Apl'us ad Ro.
Ad h. xiiij. q. v. c. neqꝫ eni. Quātū
ad 2ᵃᵐ voluntatē q dr̄ ꝯditionata:
q. ſ. cadit in vſura: dicit Ale. lōbar/
dus ꝙ pꝛi' tenet qs reſtituere q ha
buit p vſurā ꝙ q hūit p alios ꝯct'

m

UVA. BHSC. IyR_109_1

factos voluntarie. Et hui⁹ rō ē: qꝛ in restitutione debitoꝝ solum seruat̄ iusticia: sed in restitutione vsure ⁊ male ablatoꝝ n̄ solū iusticia seruat̄ sed etiã iniuria deo facta ⁊ ꝓximo admouet̄: ⁊ iō restitutio vsure p̄fe/ rēda ē. Si tn̄ ꝯriū obseruet̄: quia .s. talia iusta d̄bita in satisfactione p̄ponent̄ur male ablatis: aduertēdū q̄ duplici casu h̄ fieri pōt.s. qn̄ d̄bi/ ta sūt clare māifesta: ⁊ r̄stitutio ma le ablatoꝝ non sic ſ obscure sic in/ grēdo. Secūdo qn̄ res q̄ d̄bet̄ ē de t̄miata puta.l. vł.100. ⁊ male ablata īdetermiata: nā claꝝ sēp p̄cedit ob scuꝝ in iure ⁊ det̄minata rō īdeter minatā: sed illud cōiter non obſua tur ēt ī p̄dictos duos casus q̄ ēt vr̄ rationabiliter fieri: qꝛ indecens vr̄ vsurā debere restitui de re iuste al/ teri obligata. Nā per hoc nō tollit̄ iniuria facta ꝓximo ⁊ deo sed addi tur noua q̄ alienum aufertur: nec eni tenet̄ deo ⁊ ꝓximo rōne vsure ꝑpetrare vel alteri⁹ male ablati ni/ si īquātū pōt de iure: ar. ex. de re. ne mo ad īpossibile obligat̄. Si ḡ non pōt restituere vsurā nisi subtrahē/ do ius alterius ꝓ tūc excusat̄ a r̄sti/ tutiōe: ꝓpterea hoc magis erit vio/ lētū seu ꝯ volūtatē eius cui d̄betur aliq̄d rōne ꝯct⁹ iusti siue liciti.s. sb/ trahere suū creditur q̄ꝫ fuerit acci/ pere vsuraꝫ ab alio ꝓpterea non vr̄ rōnabile vt ꝯ iusto obsequio q̄d fec̄ ꝓximo .s. ei mutuādo seu expectā do p̄cium rei vendite reportet incō modū ⁊ dānū: q̄ ꝯtigeret h̄ seruan/ do cū q dedit vsurā recepit iam cō modū magnuꝫ ex mutuo sibi facto ⁊ iō debꝫ sibi sufficere vt vsurari⁹ restituat sibi cū poterit de suo ⁊ nō

alieno: qꝛ ſm regulā nemo dꝫ locu/ pletari cū alteri⁹ iactura ł dāno de re. iu. li. vj. ⁊ hoc nisi iura cōia ł mu/ nicipalia aliter disponerēt: qꝛ ī hi⁹ seruāda sunt: nā iure humano pos/ sessiones ⁊ alia vt ꝓpria possident̄ vt pꝫ di. viij. c. q̄ iure. Quantū ad tertiā volūtatē q̄ dr̄ ꝯformata hec repit̄ in ꝯctib⁹ licitis vbi volūtas ꝯbetiū ꝯfōmat̄ ī sit. In r̄stitutōe ēt taliū aliq̄ pri⁹ restituēda sūt: nā pri⁹ restitui debēt oīcūqꝫ certa debita: q̄ꝫ q̄cūqꝫ ad pias cās relicta atqꝫ do/ nata: cuius rō est qꝛ donatio ⁊ ad pi as cās largitio sunt ex sup errogan tis ꝯsilio vł sūt forte bona incerta. Restitutio autē male ablatoꝝ seu alioꝝ debitoꝝ certoꝝ sunt ex obli/ gatiōis precepto. Pri⁹ eni r̄stitui debēt q̄ sūt ſm necessitatem p̄cepti q̄ꝫ que sūt sup errogationem ꝯsilij. huic sn̄ie concordat Archi. in. c. non sane. xiiij. q. v. Hinc ēt Rai. ait: q̄ si creditores ł legatarij sił venerāt ad hēdē p⁹ satisfaciēdū ē creditoribus sed si veniūt sepati liberabit̄ heres soluēdo p ordinē cuiꝫ venienti si/ ue creditoribus siue legatario: duꝫ tn̄ nil in dolo vł ī fraude operet̄: ve rūtn̄ legatarij p̄ueniāt creditores ⁊ accipiūt: vel posteriores credito/ res: priores ⁊ posteriores ī iure p̄ue niūt. Creditores postmodū venien tes heredē īquietare non debent nisi tm̄ de hereditate remāserit ei: vnde possit adhuc satisfacere illis: ſ hn̄t tāqꝫ potiores ius suum saluuꝫ ꝯ le/ gatarios q p⁹ acceperūt. Siłr ⁊ cre ditores anteriores ꝯ posteriores q acceperūt. Idē q̄nqꝫ Iul. ait ⁊ ad dit q̄ si heres scit ł credit hēditatē vltra debita nō extēdi siue ex ꝯctu

UVA. BHSC. IyR_109_1

vł quaſi:ſeu ex maliſicio vel quaſi
nihil legatarijs dȝ dare. Si vͦo quā
titatē debitoꝝ neſcit dȝ creditori/
bus ſatiſfacē pͦ. ⁊ ſi legatarij pꝛiꝰ vł
ſimul cū creditoꝛibus legata petāt
⁊ creditoꝛibꝰ potioꝛibus ꝑmo ſol/
uendū ē. Si aūt de hereditate nihil
remanet pꝰ ſolutꝭ debitꝭ legatarijs
non tenet. Si vͦo hūc oꝛdinē muta/
uerit heres pͦ. ſ. ſoluēdo legatarijs
ſeu ſcðarijs creditoꝛibꝰ ꝑoꝛibus in
foro ꝯſcie minime liberat̄: niſi ħ fa
ciat ignoꝛant̄ reputās. ſ. hereditatē
ſufficere ad oīa ſoluēda: vł neſciēs
hunc creditoꝛē eē potioꝛē: his autē
cōcoꝛ. Hoſti. Itē nota ꝙ ceteris
paribꝰ ſeruāda ē regula. Qui pꝛioꝛ
ē tpe potioꝛē in iure de reg. i liͦ. 6ͦ.
Ubi aūt ſt̄ ꝑuilegia paria. ſ. ꝑſona/
rū ⁊ actionum iſimul. ⁊ equaliter ſa
tiſfaciēdū ē niſi de aliq̊ illoꝛum ꝓ/
bet̄ ꝙ alteri ꝑferendus ſit ſm legeȝ
pacti vł ſcripti vł vſus ꝓbati. Hec
aūt notari ſolēt. C. de bo. auc. iudi.
poſſi. l. ꝓ debito. Cū g̊ mercatoꝛ vel
alius frāgit: vł vt vulgarit̄ dr̄ fal/
lit nō ſufficiēs ſatiſfacere creditoꝛi
bꝰ oībꝰ ex ītegro veniētibꝰ cunctis
vt ſibi ſatiſfaciat. hic oꝛdo ſeruat̄
ſm Bal. in. l. ꝓ ðbito. C. ð bo. aucto
ritate iudi. poſ. pͦ dȝ ſatiſfieri dñis
reꝝ: vͦbi gr̄a deponentibꝰ ſi depoſi/
ta erāt ſibi facta: vt. ff. de ꝑuil. cre.
di. l. ſi. ⁊ . l. veteri. Secundo ſatiſfit
meritū vēditoꝛi ſi extant merces: ħ
eſt ipſe merces reſtituunt̄ tanꝙ ſin
gulariter ꝓ ꝑcio obligare. Si autē
plus valerēt id plus reddit̄ ad con
modū creditoꝝ: vt. ff. ð ac. vē. l. iuli
anus. Si aūt ipe merces nō extāt
ſȝ vēdite ſunt: ⁊ loco eaꝝ alie ſbꝛo/
gate tales ſubꝛogate nō reddūt lo/
co eaꝝ: qa nō ſunt ꝓ ꝑcio obligate:
vt. ff. ð i rē vͦſo. l. qdā. Hiꝰ rō aſſig/
tur: qꝛ ꝑciū ex illa re redactum obli
gatū ñ erat: g̊ nec ēt res q̄ emit̄ ⁊ hr̄
ex eo. Idē q̊ȝ ī ꝑmutationem dictū
ē: qꝛ vbi ſpēs in obligatōe ē nō ſuc/
cedit loco alteriꝰ altera: vt nota. ff.
de vͦbo. ſig. l. labeo. Tertio cet̄is
ꝑibus ꝑfert̄ vxoꝛ: qꝛ hypothecam
hr̄e cēſet̄: ⁊ iō pꝛefert̄: ne dū ꝑtēdē/
tibus ꝑſōalē obligatōem: ſȝ ēt ꝑten
dētibꝰ tacitam hypothecā: vel. l. aſ/
ſiduiſ. C. q pot. in pi. ha. nō tñ pꝛefer
tur creditoꝛibꝰ hñtibus hyppothe/
cas expēſas. Fiſcꝰ q̊ȝ ſilł hȝ pꝛiuile
giū cū muliere. C. de ꝑuil. fiſci. l. ꝙ/
uis. ⁊ de ħ ēt hēs ex̄ de pig. c. ex lris
i glo. qm̄. 4ͦ. pꝰ hyppothecas veni
unt deponentes. ſ. ſi nō extat depo/
ſitum. ff. depoſiti. l. ſi hoīs. §. ſi. ħ ei
ꝑuilegium dat̄ cauſe ðpſiti ꝑꝑ fre/
q̄ntiā ꝯctum depoſitoꝛium tñ ſicut
ī. l. ꝑdicta pȝ tali ꝑuilegio non gau/
dēt q ſub nomine depoſito mutuāt
ad vſurā: hyppotheca aūt ē potioꝛ:
qꝛ pertinēt ad ipſam rem. ff. de pac.
l. reſcriptū. 5ͦ. veniūt ſimplices ꝑui
legiati. i. hñtes ꝑuilegia ꝑſonalia nō
realia. Sexto ⁊ vltio veniunt chi
rographarij ꝓ rata non attēta ꝑo/
ritate contractuū: qꝛ licitū ē debi/
toꝛi ꝓ cumulo creditoꝝ facere ðte
rioꝛē cā increditoꝝ ꝑoꝝ nō hñtiuȝ
dñiū nec hyppothecā: nec ꝑuilegiū
hñtium vt. ff. de ſepa. l. i. §. ðrio. Et
iſta ē rō: qꝛ in chirographarijs cre/
ditoꝛibꝰ nō attēdit tpē: hec ille. ve/
rū vbi lex municipalis ſeu ſtatutū
ciuitatis alr̄ diſponeret: illi ē ſtan/
dū ēt i foro ꝯſcie: ſi nō ſit expſſe cō
tra deū: ꝙ nō ð facili iudicādū ē: qꝛ
nemo eſt arbitrandus immemoꝛ



UVA. BHSC. IyR_109_1

diuini timoris ⁊ ſue ſalutis.i.q.7.c
ſacim⁹.nihil euident̄ apparet ꝯtriū.
Un̄ i aliq̄bus ciuitatib⁹ vt florētie
fallente mercatore ꝑ ſindicos īſtitu
tos a cōitate ſup hi⁹:vbi nō ſuffici/
unt bona debitoris fallēt] ad plene
reſtituendū oib⁹ ſatiſfacit vnicuiq;
ꝓ rata ſm̄ facultatē bonoꝝ illius ⁊
nō prius vni q̄ͣ alt̄i niſi aliq̄b⁹ ꝑſo/
niſ ꝓuilegiatis i hoc:vt i mulierib⁹
ꝓ dotib⁹ rehn̄dis ⁊ hi⁹ q̄bus plene
ſatiſfacit an̄q̄ͣ cuiq; alioꝝ. Itē ꝑmo
nota ꝙ hi q̄ tenent̄ reſtituē:ſi oino
nō pn̄t ſoluere vel reſtituere ſuffic̄
ꝯtritio ⁊ ꝓpoſituꝫ reſtituendi:qn̄ ⁊
cōmode poterūt.14.q.6.c.ſi res.q̄ꝺ
veꝝ ē cum nota ſit pauptas.tal̄ eni
non dꝫ excōicari:vt d̄r ex̄ ꝺ ſolu.c.
odoardus:nec aliq̄ pena mulctari:
ex̄ ꝺ vſu.c.cum tu.⁊ d̄r nota paup/
tas qn̄ cedit bonis:ideoq; tali dꝫ cō
ſulere ſacerdos:ſi ꝺ pauptate dubi
tat ꝙ cedat bonis.nota tn̄ ꝙ nō ſuf
ficit hec ceſſio ita ꝙ nō ſit ei aliqua
pnia iniungenda:q2 nec ſolutio nec
ſatiſfactio plenaria ſufficeret. Naꝫ
lꝫ ceſſio ſeu ſolutio q̊ ad ſatiſfactio
nem hōi ſufficiat:adhuc tn̄ nō ē ec/
cleſie ſatiſfactū:ḡ iudex eccl̄iaſtic⁹
ſeu ſacerdos ꝓ vſurpatione rei alie
ne iniungat ſibi pniam:⁊ in h̄ offen
dūt plurimi pctores delinquētes q̄
putāt ſufficere q̄ꝺ ſatiſfaciant. nec
trāſgreſſionē quā fecerūt p⁹modū
ꝯfitet̄.hec Hoſti.i ſū.ti.de pe.⁊ re.

Scꝺo nota ꝙ ſi talis peruenerit
poſt ad pinguiorem fortunaꝫ tenet̄
ſatiſfacere etiam ſi ceſſerat bonis:
q2 ꝑ hoc non ſunt liberati:ſed talis
ceſſio ad hoc eis prodeſt ne iudica/
ti trahentur in carcere.C.qui bōis.
ce.poſ.vbi etiam dicit glo.ꝙ ceſſio
in hoc etiā ꝓdeſt ꝙ poſtea nō pote/
runt ꝯuenire:niſi in quātū face pn̄t:
⁊ ſic habet̄ rō ne egeat ⁊ ꝑterea cō/
ueniri nō dꝫ:niſi tm̄ ſit id q̄ꝺ acqui/
ſiuit:ꝙ merito videat̄ debere cōue
niri:h̄ in glo.Sꝫ q̄ hn̄t reſtituere ſi
conueniant̄ ex maleficio ſi non ſūt
ſoluendo ꝟberādi ſunt ꝓ ꝺbito.Sꝫ
ſi nō conueniunt̄ ex maleficio non
debēt tales ꝟberari:ſed ſufficit ꝙ
cedant bonis.Archi.14.q.6.ſi res.

Nota 3° ꝙ ſi is qui aliena abſtulit
pōt reſtituere ⁊ nō reſtituit:non eſt
i ſtatu ſalutis.14.q.6.c.ſi res.Dicit
aūt Rai.in ſūma ſua ꝙ dn̄s alicui⁹
terre tenet̄ reſtituer̄ idebite exacta
a ſe vl̄ a ſuis directe vel indirecte.
glo.ſup indirecte.vt qn̄ ꝺnegat eis
iuſticiam vl̄ nō defendit eos vt dꝫ
⁊ ſic extorquet̄ aliqua. Si tali dn̄o
ex aliq̄bus circunſtantijs appareat
multū difficile vl̄ ipoſſibile talis re
ſtitutio ſatis vr̄ ꝙ poſſit cōſuli hi⁹
ꝙ i cōpenſatōe vel remittat eis cōi
ter cū eoꝝ ꝯſenſu ⁊ libera volunta
te aliquā ſuitutē vl̄ ānuā ꝓſtātiam
i ꝑpetuū vl̄ ad tps:ita ꝙ pleniſſime
videat̄ eis ſatiſfactū:vl̄ etiaꝫ faciat
i remiſſionē pctōꝝ illoꝝ q̄bus tene
tur aliq̄ꝺ hoſpitale l̄ aliq̄ꝺ ſil̄e opuſ
pietatis cū ꝯſenſu:tūꝫ eoꝝ dꝫ ſi pōt
req̄ri:hec ibi. Quarto nō ꝙ is q̄
hꝫ aliena reſtituere ⁊ certis ꝑſonis
ſi pōt in totū vel in ꝑtē:ſꝫ nō cōmo/
de:ſꝫ cū multa ſui icōmoditate: tūc
componat vl̄ ꝯueniat cū ipo leſo l̄
ſpoliato amicabil̄r ꝺ redditib⁹ ſuis
moderate:ita ꝙ vict⁹ ſibi remane/
at aſſignādo ſibi q̊uſq; fuerit plena
rie ſatiſfactū:vel paulatim ſingulis
annis vel mēſibus: vl̄ alijs tpibus
emēdet q̄ꝺ pōt:⁊ h̄ cū volūtate illi⁹

UVA. BHSC. IyR_109_1

cui dʒ ſatiſfacere:qꝛ ſi nullaꝫ īueni‍ret materiā apud eū abſqꝫ dilatiōe tenet̃ ſatiſfacere vl' bonis cedē: qꝛ tal' peccatoꝛ ſemꝑ eſt ī moꝛa. Hoſti. ꝛ Rai. Sed h̄ melius declarabitur in vltio.§.ſe. Si āt p̄dict⁹ īueīat gratiā apō creditoꝛes ſuos faciētes ſibi remiſſionē l' dilationē tūc pōt ea vti:ꝛ īnē bono ſtatuī aīe:ſi tñ hʒ ī ꝓpoſito faciēdi qꝺ ꝺbuiſſʒ: ſi ñ potuiſſet obtinere ipſā remiſſionē l' dilationē. Quīto nō ꝙ vbi eēnt plures creditoꝛes alicu⁹:ꝛ debitoꝛi petēti dilationem aliq creditoꝛes volūt dare:aliq nō: ſʒ ꝙ cedat bōis ſtabit̃ maioꝛ ꝑte creditoꝝ:ꝛ itelli'e maioꝛē ꝑtē: vbi ē mai⁹ ꝛ foꝛti⁹ debitū: ēt ſi vn⁹ eēt cui plus q̄ꝫ oīb⁹ ꝺbeat̃. Si ꝟo par ſit ꝺbitū ſtādūʒ ē maioꝛi numero creditoꝝ. Si ꝟo ſt̃ paria eligenda ē clemētioꝛ ſñia. ſ. dilatio dādā. C. de ceſſi. bonoꝛuʒ. l. fi. Rai.

Nota h̄ ꝙ Joā.an.ſup.c.q̄ꝫq̄ꝫ.de vſu.li.vj.mouet qōnē: an hēs vſurarij qñ hereditas ñ ſuffic̄ oīb⁹ debeat ſatiſfacere p⁹ venientib⁹ ꝛ fert ſe dixiſſe ꝙ nō:īmo fiet eiſ ꝛ alijſ ſatiſfactio ꝓ rata vnum quēqꝫ cōfigēte:ar.ſ̄.de teſta.c.relatum in fi. Sʒ dicit ipſe ſatis vr̄ h̄ caſu hr̄i debere ꝯſideratio tpis: vt ille qui pꝛius ſoluit vſuras recipiat qꝺ ſuū ē integraliter ꝛ ſic de ſingulis ſ̄m regulaꝫ. i. de re.iur.q pꝛioꝛ:cū iſtoꝝ ꝑs ſit cā: vt dixit ibi ꝛ ī hyppotheca h̄ ꝯſideramus. C. q pōt in pig.ha.l. ſed ſi fūdus.ꝛ bona vſurarij vr̄ eē hyppothecata:de vſu.c.cū tu.multi tñ doctoꝛes tenēt ꝯrīū ī h̄.ſ.ꝙ bona vſurarioꝝ ſint hyppothecata: vt Ho. Archi.Fe.Hof.ꝛ Jo.an.ēt dic̄ ꝙ de hac hyppotheca nō hēm⁹ textū exꝑſſum. Sexto nō ꝙ vbi aliqs inſtitutus ē heres:ꝛ ñ ſufficit hereditas ad ſoluēduʒ oīa legata ꝛ debita dicit Rai.ꝙ credit in iudicio aīe ꝙ nō teneat̃:niſi iq̄ꝫtū hereditas ſe extendit: vel ſufficit ēt ſi nō fecit iuentariū. Idē Jo.an.ꝛ Fede.ſecuſ in iudicio cōtētioſo:ſi nō feciſſet inuentariū ſed ſi feciſſet nō tenet̃ niſi durante hereditate. Diſtiguit tñ int̃ legata ꝛ debita:qꝛ ꝺbita ſine diminutione dʒ ꝑſoluere durāte.ſ. ad h̄ hereditatē: de legatꝭ ꝟo ſi tot ſūt ꝙ ñ remaneat legitimā: pōt detrahere ſuā legitimā ꝛ iteꝝ quartā ſ̄ʒ q̄ſdaꝫ ſi fuit īſtitutus heres. Et nō ꝙ hēs pōt ꝺducē añ oīa expenſas funeris ꝛ al's neceſſarias q̄s fecit cā hereditatꝭ vt ī teſtamēto ꝛ hi⁹. Expenſas tñ q̄s feciſſʒ ſuꝑfluas ad honoꝛem ꝛ pōpā mūdi:nō poſſet cū tuta conſcīa trahē ꝺ here alieno:ſed facē ītelligeret̃ ꝺ ſuo. Pe.de pal.ī.4. Si āt ſt̃ plures heredes ad ꝺbita vl' legata regulariter tenet̃ qlʒ ꝓ hēditaria ꝑte. C.de her̃.ar. Excipiuntur .5.caſus ſ̄m ipm Rai. Prim⁹ ē ſi alꝺ qꝺ īdiuiduum ē ī obligatiōe faciendi l' nō faciendi:tūc.n.qlʒ tenet̃ īſolidū.ff.de ver.ob.l.ī executionibus .§.2.glo.pōit hic ex⁰.vt ſi teſtatoꝛ ꝓmittit ſe aliqꝺ op⁹ factuꝝ ꝛ ꝓmiſit ꝑ ſe l' heredē ſuū nō fieri q̄ minus ꝑfūdū ſuū tibi l'ire liceat: h̄ qlʒ hēduʒ erit inſolidū obligat⁹. 2⁹ caſus ē ſi res q̄ dʒ reſtitui ab vno inſolidū poſſideat̃. C. ꝺ acq̄rē.hē.li.2.§.nēo.
3⁹ ē in alimētꝭ legatis q̄ ꝓ voluntate defūcti l' iudicis l' ab vno inſolidū l' a plurib⁹ ꝓ ꝑtib⁹ deſignatis petūt̃.ff.de alimē.le.l.3. 4⁹ eſt ſi teſtatoꝛ ab vno heredum legauerit



UVA. BHSC. IyR_109_1

creditoꝛi hereditario aīo cōpēſādi: tūc eni hers ille vſq ad quātitatez legatiōis illi⁹ debiti ſubſtinebit. ff. de le.iij.cū ab vno. 5° in expenſis fueris vxoꝛis:non tn̄ abſtrinxit heredes ꝑ hereditarijs poꝛtionib⁹:ſꝫ ēt vir ꝑ poꝛtione q̄ ꝑuenit ad eum de dote vxoꝛis ſue:puta ſi ad euz ꝑ uenerint.100.ꝛ i hēditate ſint.200. ipſe vir tenebitur ꝑ tertia ꝛ hēdes ꝓ duab⁹ ꝑtib⁹.ff.d̄ reli.ꝛ ſumpti.fu ne.l.q̄tiēs.ꝛ.l. veluti. hec oīa etiam Hoſti. Qūo debeat fieri reſtitutio vxoris cōcipiētis filiū ꝑ adulteriū quē vir reputat ſuum de his q̄ ꝯſumit ipſe fili⁹ ſpurius de bonis p̄ris putatiui:ꝛ hēditate tota vel parte ad eū ꝑueniēte. Primo videdū ē de ipſa vxoꝛe adultera qūo teneat ad qd. 2° de ipſo filio ſpurio ſi tenetur ꝛ qūo. 3° v̄o de ipſo patre q ex adulterio talē filiū hūit qūo ꝛ ad q̄ꝫ tū tenet̄. Sīlis caſus vr̄ q̄ponit ex de pe.ꝛ re.c.officij.ſ.de mulier̄ ſupponēte ſibi alienū ꝑtū quē vir eius reputās ſuū nutrit ꝛ heredē inſtituit. Vn̄ idem vr̄ dicēdū quātuz ad reſtitutionē de ipſa muliere ꝛ filio ſuppoſito:ꝛ huic fraudi dātib⁹ operaꝫ efficacē:ꝛ d̄ mlier̄ adultera q̄rit ꝑmo ſi debeat reuelare marito: ad h̄ dicēdū q aliquādo nō:aliqn̄ ſic. Nam vbi iminea t aliqd̄ eoꝝ ꝑiculoꝝ n̄ dꝫ reuelare marito. P.ꝰ ꝑiculū ē i familie.ſ.mulieris:q2 hec talit̄ reuelādo euz eēt antea bone fame ſeipſā peſſime ac turpiſſime diffamaret:qd̄ q̄dem magnū ꝑiculum ē mulieri. Nā qd̄ ꝓuer.22.ſcriptū ē meli⁹ ē bonū nomē q̄ꝫ diuitie mlte: lꝫ itelligat̄ de viris:tn̄ ꝛ ꝑiculoſius i honeſtis infamia mulierib⁹ igerit notā. 2.ꝰ ē ꝑiculū ſcādali.ſ.viri cōſanguineoꝝ ꝛ amicoꝝ ei⁹ ſi illis h̄ inoteſcēt malū.nā n̄ ſolū apd̄ ſe turbaret̄ ex eo:ſed vix ex tūc poſſēt cū ea amicitiā ꝛ pacē ac cōcoꝛdiā ꝛ ſocietatē h̄re:imo foꝛte eā marit⁹ dimitteret:ꝛ iō nō valētes foꝛſitā cōtinere vterq adulterium ꝑpetrarꝫ ꝛ ſic innumerabilia ꝛ irrecuꝑabilia inter eos oꝛientur mala. 3.ꝰ ē ꝑiculum moꝛtis.ſ.ꝛ vxoꝛis ꝛ ſue ſpurie ꝓlis atq adulterij ſui:nā ꝓbabiliter timere poſſet: q eius maritus ſeu q̄cūq alius duꝫ occidē aliū q̄reret necaret̄ ſm Sco.in.4. Cōcurrētibus p̄dictis ꝑiculis q̄ vidētur valde ꝓbabilia:ꝛ in pluribus euenientia:nō dꝫ talis mulier ſuo cōiugi reuelare ꝑꝑ bonū icertuꝫ reſtituendi hēditatē talib⁹ ꝑiculis ſe exponere manifeſte. 4.ꝰ ꝑꝑ periculum i ꝓbabilitat: nā nec vir nec filius nec ēt publicus iudex hoc mulieri ſuelāti credere obligant̄:niſi ꝓbet dicta ſua per infallibilia ſigna: aut ꝑ violētas ꝓbatiōes:ſiue ꝑ teſtes idoneos. Nā ex ſolo eius dicto non pōt ex hereditate talē filiuꝫ:maxime in terris i q̄b⁹ pꝛimogenita ex conſuetudine i toto vel in parte ſuccedūt. Inſuꝑ ſm Sco. in talib⁹ terr:ſi p̄r crederet vxoꝛi ſue in h̄ nō poſſꝫ tn̄ a ſpurio auferre hereditateꝫ:niſi in publico foꝛo:cū ꝓbaret talē:ꝛ tunc opoꝛteret mulierē nō tm̄ apd̄ maritū: ſed apud totā p̄riam diffamari ꝛ iſto p̄ſuppoſito.ſ. q non d̄beat reuelare rōne maloꝝ grauioꝝ exīde cōtingētiū. Qūo debeat talis mulier ſatiſfacere dicet̄ infra:vbi tn̄ nō imineret aliud ꝑiculū vel malū niſi ifamie ipſi⁹ adultere vl̄ moꝛtis ſue

UVA. BHSC. IyR_109_1

vř ꝙ ſi p̄moꝛiatur viro ſuo debeat an̄ moꝛtē oꝛdinare cū cōfeſſoꝛe ſuo vł alia pſona matura: ꝙ ſi moꝛiat̄: poſtea reuelet ex pte ſua viro qn̄ .ſ. ex h̓ pōt obuiari ne putatiu⁹ filius habeat hereditatē totā vł partem. Aliqn̄ vo h̓ marito vel alijs pſonis ex ↄfeſſionē tenet̄ mulier reuelare vȝ ſi hec tria ↄcurrunt ſił: p° ſi apō maritū ꝛ alios foꝛtis ꝛ grauis ſuſpitio impſſa eſſet ꝛ occaſio ſuſpicādi taliter. 2° ſi ex certis ꝛ ſufficienti b⁹ cauſis pōt ꝛ dȝ vehement̄ ꝛ valde pbabiliter credi: ꝙ nihil de primis piculis ſupꝛadictis h̓ ſubſeq̄re tur: aut creſceret ſed poti⁹ minuer̄ tur. 3° ſi firmiter ꝛeſumat̄ ꝙ fili⁹ bonis mariti volūtarie cedet: ſed ſi puulus eſt filius ceſſat iſta rō: quia mittere poteſt illū ad hoſpitale cuȝ nō teneat̄ alere alienos niſi ī extrema neceſſitate cum alij deſunt q̄ p uideant. His aūt trib⁹ cōcurrētib⁹ reuelari deberet ꝛ poſſet. Sꝫ vix iſta ↄcurrunt ꝛ rariſſime p̄ſumēdū eſt ꝙ concurrant. Inſup dici poſſet ſm Uul. ꝙ ēt reuelare poſſet ſi nō timeret maritū: vł aliud īminere periculum. Sūt qdaȝ vtiꝙ viri ſciēter vxoꝝ adulteriū ſuſtinentes vł ēt ↄſentientes: imo qnꝙ vxores ſuas ad hoc hoꝛtātes: vł qꝛ pp̄ꝛios filios nō poſſunt hr̄e vł alia q̄cūꝙ pudēda occaſione. Facta etiaȝ hac notificatōe anteꝗ̄ vir eius p edificatione talis filij expēdat: vř obligari a reſtitutione aliqua fiēda: q̄a fecit qd̄ in ſe fuit vt dānū euitaret viri expēſarū in educādo: ꝛ hereditationis q̄ ad alios: ar. ex. de iniu. et dā. da. c. ſi culpa. Nec tn̄ dȝ manifeſtare adulterium pp periculuȝ pſone ꝛ īfamie detrimētū: ꝛ odium ad eū euitādū: ꝛ ſi an̄ manifeſtationem tā aliq̄ ↄſumpſiſſet hi⁹ putatiu⁹ filius tenebit̄ ipſa mater inquātū pōt ſatiſfacē ſi aliq̄d vt ſuū poſſidȝ ꝛ ſi magn⁹ exn̄s: qn̄ notificat̄ nollet ip̄e fili⁹ credē h̓: nec cedere bonis putatiui patris petēs ſaltē legitimā q̄ ſine cauſis expſſis a iure auferri non dȝ vt legitimus fili⁹. nec ↄ̄riū pōt p bari tenebit̄ nihilomin⁹ ipſa mł'ier hēdibus d̄ poꝛtione illa ablata ſibi d̄ eo tn̄ ꝙ pōt ꝛ nō plus: ex̄ de regu. iu. li. 6°. c. nemo. ꝛ hoc qꝛ fuit ī moꝛa notificandū: qn̄ potuit puideri. Sȝ nunq̄d mł'ier talis dȝ reuelare crimē ſuū filio ſuo ſpurio ꝛ īducer̄ eū ad dimittēdū hēditatē vo hn̄di. Ad h̓ dicēdū ſm Sco. vbi. ſ. ꝙ aut fili⁹ crederet matri aut nō. Si autē crederet: nō aūt pbabile ē ꝙ ppter dictū dimitteret hereditatem. Naȝ paucos repire cōtingit ꝙ ita pfecti ſint ꝙ pp ↄſeruandam iuſticiam in foꝛo dei dimittant magnas poſſeſſiones: q̄s retinere poſſunt iure exterioꝛi: ꝛ vellēt ſpurij reputari: nec h̓ mater pꝛeſumere pōt: niſi antea multū fuiſſe expta de bona volūtate filij ſui. Nō g̊ dȝ ſe exponere periculo certo diffimationis apud filiū ppter incertam coꝛrectionem illi⁹. Si vo non crederet: tunc ſequeret̄ inde duplex malum. Pꝛimum quia ipſa diffamaretur. Secūdum qꝛ ab illo ſicut antea hereditas poſſidere tur. Siq̄s auteȝ īſtet ꝙ tali filio debeat reuelari: ne ſi ignoꝛanter foꝛte copularetur p matrimoniū ſue ſoꝛoꝛi aut alteri ſue ppinque: ſeu alia facēt q̄ a iure ſpurij pbibita ſt: dicēdū ꝙ tał ignoꝛātia dum perſeuerat



UVA. BHSC. IyR_109_1

oio excuſat̄ cuꝫ ſit ignorantia facti.
Si qñ tñ factū veniret ad lucem ta
le mr̄imoniū dirimendū eēt. Si vo
q̄rat̄ an dato ꝙ tal' fili⁹ ex vbis ma
tris ſe ſpuriū credat: teneat̄ reddē
bona q̄ habuit a marito mr̄is ceťis
filijs atqꝫ heredib⁹ alijs p̄dicti ma/
riti. dō ꝙ ſi hoc īdubitanter credit:
ꝛ rōnem illud credēdi hꝫ tenet̄ ſm
deū nō tñ humāo iure. Si tñ nō hꝫ
ſufficiētē cām ꝛ rōem credēdi illud
tūc reddere nō tenet̄ exq̊ ꝑ ſe vel ꝑ
alteꝝ ſibi claret ꝙ nō hꝫ ſufficientē
cām ſeu cōdignaꝫ rōnem credendi.
Sūt āt īter cetera q̄tuor ſigna que
reddūt ſuſpectū talē mrēm: ita ꝙ ei
de facili nō dꝫ credi. p^m ē amor .i. ſi
ꝑdiligit aliā ꝑlē viri ſui. 2^m ē odiū:
vꝫ ſi p̄ſumit mrēm ipꝫ vel ei⁹ vxorē
odire. 3^m ē ſtulticia: qꝛ mulier fatua
ꝛ leuis ē ꝛ ꝑtinacis ſēſus. 4^m ē icer
titudo cū nō ꝯſtat ipaꝫ eē vel fuiſſe
certā ꝙ hūc ꝯcepit de adulterio vł
de viro: nō eni h̄ pōt oī adultere eē
certū. Sed qō remediū tali mulieri
dꝫ adhiberi. dicendū ꝙ ei ſm Sco.
vbi .ſ. triplex remediū dari poteſt.
Primū. ē ꝙ īducat filiū ītrare reli/
gionē: ꝛ tñ tale ꝙ poſſit ꝑfeſſioneꝫ
ſuā ſuare: ne .ſ. icidat ī ſyllā volens
vitare caribdiꝫ. 2^m ē ꝙ cleric⁹ fiat.
vñ valet tñ ſm deū eccl'iaſtica bñfi
cia acceptare: ꝛ hiſ q̄ſi ſufficientib⁹
merito iam ꝯtent⁹ dimittat heredi/
tatē alteri fratri laico ī ſecl'o rema/
nēti. Si tñ ꝑ nullā ꝑſuaſionē hone/
ſtā cor talis filij mr̄ flectē nō pōt vt
her̄ditatē dimittat nō vr̄ ꝙ debeat
ſe ꝑdere illi cū certa nō ſit ꝙ tal' ab
ea ipſuaſibił' ī alijs tā licitis ꝛ hone
ſtis flecteret̄ ex illo: imo forte tena/
cius retineret: ne ſupi⁹ putaret̄ cū
talē notā multi caueant male nati.
Tūc demū tertiū remediū addēdū
ē .ſ. ꝙ ſaluo iure humano ꝛ abſqꝫ in
famia ſua pōt ꝛ dꝫ de ſua dote cum
eā hēbit ī ptāte ł' de parafrenalib⁹
ſi hꝫ ꝛ certis bonis ꝛ laborib⁹ ꝛ ſu/
dorib⁹ ſuis indēnem facere viruꝫ ꝛ
legitimā ei⁹ ꝑlem. Obligat̄ enim ſa
tiſfacere viro de ꝯſūptis ab illegiti
mo filio. Sed talis fili⁹ nō tenet̄ ſa
tiſfacere q̄ ꝯſūpſit q̄ꝫ diu hōe fidei
fuit. De hereditate aūt mulier obli
gat̄ heredib⁹ viri ab inteſtato ł' he/
redib⁹ ſcriptis vł qb⁹ viſit'r credit̄
ꝙ reliquiſſet hereditatē ꝙ ſi neſcit
dꝫ paupib⁹ erogari: tenet̄ inq̄ꝫ ſm
ꝯſciētiam iuſticie: nō .n. dico ꝙ
teneat̄ ad reſtituēdū equalēs hēdi
tati: qꝛ ſupius dictū ē. Plurimuꝫ q/
dē difert int̄ hr̄e ꝛ ꝑpe eē. Sꝫ quia
iſte legitim⁹ hēs vtrāqꝫ hūit heredi
tatem lꝫ ſm iuſticiā fuerit ꝑpe pro
pterea min⁹ q̄ꝫ equalēſ hēditati ſuf
ficit ſibi ꝑ hr̄ditate fiēda. illud aūt
min⁹ ďterminet̄ ſm arbitriū bōi vi
ri. Qō ſi nec h̄ fieri pōt q tūc nō ob
ligat̄: tenebit̄ tñ cū ꝑuenerit ad pin
guiorē fortunā: ex̄ de ſolu. c. odoar
dus. Si vo tal' mulier nunq̄ꝫ hꝫ vñ
poſſit reſtituere: tūc ex īpotētia ex
cuſat̄ ſi habeat ſatiſfaciendi ꝑpoſi/
tū. xiiij. q. vj. ſi res. De adulterio āt
ei⁹ ē fili⁹ dicēdū vr̄ ſi ſcit vel credit
viſit'r illū eē ſuū: vbi mr̄ ſua ſatiſfa
cere nō valeat: vr̄ ꝙ teneat̄ ꝯ expē/
ſis pr̄i putatiuo: qꝛ cām efficacē de
dit tali dāno: ex̄ de iniur. ꝛ da. da. c.
ſi culpa. ſm tñ poſſibilitatē ſuam: ꝛ
ſi mitteret ipa adultera ad hoſpita/
le: vł qꝛ finxit mortuū pepiſſe: vł qꝛ
notificauit ſine ſui piculo nō eē fi/
liū ſuuꝫ: tenebit̄ hoſpitali de nutri/

UVA. BHSC. IyR_109_1

mēto ⁊ aliјs expeñ. niſi nōbilꝭ pau/
pertas excuſet eā:cū ꝺ iure nāli ad
ħ teneaṫ:di.i.c.ius nāle.⁊ hoſpita/
lia ꝑꝑ paupes nutriēdos ſint facta
nō ꝑꝑ diuites:Sed ⁊ ꝺ hēditate vꝉ
dote ſi dotareṫ a pr̄e putatiuo te/
neri vr̄ ad arbitriū boni viri atten/
ta ſua facultate.q̄ tñ ſatiſfactio oc/
culte fieri dꝫ.cū ſine ꝑiculo manife
ſtari nō poſſit:ar.2.q.i.c.ſi peccaue/
rit.Si aūt dubitat adulter ex eo ꝙ
mulier leuiſ eſt ⁊ cū aliјs adulteraṫ
vꝉ ēt qꝛ ip̄a adultera dubitat vtruꝫ
ſit ei⁹ vel mariti relinquaṫ iudicio
dei cui oīa nuda ſūt ⁊ apta:⁊ graua
ri nō vr̄ de reſtitutōe.Jndecēs ē.n.
vt in re dubia certa detur ſentētia
ait Gre.2.q.5.⁊ di.34.habuiſſe. Jn
nullo tñ caſu ad obuiandū hi⁹ ꝑicu
lis vꝉ maꝉ dꝫ adultīa vel adulter q̄
rere aboꝛſum vel moꝛtem paruuli.
22.q.ȝ.c.faciant.

Capꝉm ſeptimū.ſ.qñ debeat fieri
reſtitutio:qꝺ ꝯtinet in ſe magnā dif
ficultatē.Quātū ad octauū.ſ.qñ dꝫ
fieri reſtitutio.dicit Tho.2ª2ᵉ.q.
62.ꝙ ſtatim:qꝛ ſicut accipe rē alie/
nam ē ꝯ̄ iuſticiā ita ⁊ remittere eaꝫ
qꝛ ꝑ hoc ꝙ aliqs detinet rē alienaꝫ
īuito dn̄o īpedit eū ab vſu rei ſue ⁊
ſic facit ei iniuriā.Manifeſtū ē aūt
ꝙ nec ꝑ modicū tp̄s lꝫ alicui ī pctō
moꝛari:ſꝫ qlibet teneṫ ſtatim pecca
tū dimittere vꝉ deſere. Un̄ dr̄ q̄ſi a
facie colubꝛi fuge pctm̄.Et iō qlibꝫ
tenetur ſtatim reſtituere:vꝉ dilatō
nē petere ab eo q pōt vſum rei con
cedere:⁊ ſiqdem teneātur de incer/
tis cum illud eēt errogandū in piaſ
cās cum ꝯſilio eccleſie ſi hi⁹ ꝑſone
habentes reſtituere remaneant ita
pauperes cum filiјs ⁊ familia ꝙ nō
habeant vnde viuāt:fiat dic̄ Rai.
vt dixi in caſu ſiꝉi.s.in ti.ꝺ decimis
Jbi āt ſic dicit.Si qs retinuit deci/
mas lōgo tpe ⁊ tunc veniat ad ſatiſ
factōem:⁊ poſtulat intuitum dei et
eccleſie:⁊ qꝛ hꝫ paruam ſubam ſibi
remitti ꝙ accepit tpe pꝛeterito cuꝫ
alter opoꝛteret cū ſua familia men/
dicare:Cuiꝯ eccleſia oēs decimas
poſſet petere ſi viderit iſtū ꝯtrituꝫ
⁊ pꝛeces eius inīti veritati:dꝫ ei tā/
q̄ꝫ paupi dimittere vnde viuat cuꝫ
hoc eſſet ei datura poſtea. 16.q.i.c.
qm̄ hec Rai.ꝙ ītelligendū videtur
vbi datur decime de moꝛe ꝑut eſt
de iure cōi.Nam ſecus vbi de moꝛe
non dantur vel valde diminute vi/
dentur excuſari:ꝺ hoc tā plene ha/
bes in pꝛima ꝑte ti.i.⁊ dicit ibi glo.
Uul.,ꝙ illi q reſignāt ī manu pn̄ia/
riј q hoc non facerent niſi peniten
tiariј reſtituerent eis pꝛo parte vel
ꝓ toto:qñ neſcitur cui fienda eſt re
ſtitutio ꝙ non credit eos eſſe in ſta
tu ſalutis dicit etiaꝫ paulopoſt ꝙ ñ
eſt neceſſe:ꝙ fiat huiuſmodi reſti/
tutio in manu pn̄iariј dūmodo ta/
men ſit parat⁹ ad arbitriū eius vel
alteri⁹ bōi viri ſatiſfacere:dic̄ etiaꝫ
ꝙ in hoc caſu ep̄s qui eſt diſpenſa/
toꝛ paupeꝝ pōt dilationeꝫ dare vel
partem dimittere vel etiam totum
ſi viderit ei expedire ad neceſſariā
ſuſtētatōnē illi⁹ tanq̄ꝫ alicui⁹ alteri
us pauperis:ita tñ ꝙ q̄ꝫto vtili⁹ po/
teſt gerat negocium illius cui faciē
da eſſet reſtitutio:ſi perſona ei⁹ eēt
nō:vꝫ exponendo illa que eſſent re/
ſtituēda in vſus tales q magꝭ ei poſ
ſent pꝛoficere quo ad deū. hec ibi.
Si teneṫ certis perſonis q̄ nolunt
dare dilationem:dꝫ ad petitionem

UVA. BHSC. IyR_109_1

ipoꝝ abſq̄ dilatōe ſatiſfacē vľ cre/
dere bonis: qꝛ fur ꝛ raptoꝛ ſēp eſt i
moꝛa: ꝛ iō ſemp augent pctm̄. ff. de
cōdi. fur. l. i re fur. vbi leſi egēt ꝛ fa
me pereunt: ne interueniēte paulu/
lū moꝛa inueniri nō valeant q redi/
manť: di. 5. Semp. n. ē vitāda moꝛa
vbi ē periculū: di. 28. c. ꝺ ſiracuſane
ꝛ ħ ēt ſi oꝫ ipm mēdicare. Unde nō
dico habito reſpectu ne egeat. Nā
ꝫ ħ nō. ex̄ de vſur. cum tu. tn̄ Uul.
addit ſine culpa pōt accipere vite
neceſſaria. ſ. extreme. Rai. modera
te ſibi vita retenta quouſq̄ plene
ſibi ſatiſfaciat. Hoſti. ꝯo ſic dic. Sꝫ
quid ſi nō inueniat tale picľꝫ neceſ/
ſitatis ꝛ is qui tenetur reſtituere n̄
pōt iduci ad reſtitutōꝫ ſtatī facien/
dā: puto: ꝙ diſcret⁹ ſacerdos pōt ꝯ/
ſciam ſuā iformare: ex eo ꝙ intēdit
vtiliť gereꝛ negociū creditoꝛis. Nā
ſi videt ꝙ aliter nō pōt recupare in
ppetuū vel nō ita cito: vľ ita cōmo/
de. pōt recepto iuramēto ť alia ſuf/
ficienti cautōe ſi bīe pōt dilationeꝫ
cōcedere: ꝛ ſub hac ꝯditōe ſi hec ad
iplcuerit i talē diē peccatoꝛē abſol
uere: ꝛ ſic creditoꝛ qꝺ ei ꝺbeť recu/
peret: ꝛ peccatoꝛ nō recedat a p̄ſby
tero deſpatus: hec ille. Sed ꝙ i fine
huius. §. ſ. ꝙ abſoluat ſub ꝯditꝉ. ꝯri
um aſſerit Uul. dicens ꝙ abſolutō
peccatis nunq̄ ꝺꝫ fieri ſub cōditꝉ. ꝛ
iō pōt dici ꝙ abſoluat ſimplr ſi eſt
abſoluēduſ: ſꝫ ꝺclaret ꝙ nō valebit
abſolutio: niſi adimpleat p̄miſſum.
Uul. Archi. ꝯo ſup. c. ſi res. 14. q
6. q̄rit vtrū habēti reſtituere debe/
at haberi reſpectus ne egeat. Et di/
cit vř ꝙ ſic. ff. ꝺ re. iur. l. i cōdēnati.
. ff. de ceſſi. bo. l. 2. ꝛ ſic nota. p. B. ꝺ
ſolu. c. odoardus: ꝛ facit ad ħ quod
habetur. 16. q. 2. qcūq̄. Sꝫ Inno. p
nota. i. c. cū tu. extra ꝺ vſur. ſec⁹ cre
dit ſm canones: vbi ibi notat. Ala.
B. ꝛ Hoſti. ꝙ iſolidū tenenť deten/
toꝛes vſuraꝝ: ꝛ nō ſolū inquātū fa/
cere p̄nt. q Hoſti. in ſū. dicit ꝙ q ha
bent reſtituere paulatim ſinguľ mē
ſibus ſoluant creditoꝛib⁹: ſi aľr nō
p̄nt ſine magno ſui detrimēto ꝓut
poterūt: vel cōponāt ſe cū expoliatꝉ
ꝙ ſi nullā p̄nt inuenire miſicoꝛdiā
apud eos abſq̄ dilatione tūc teneť
ſatiſfacere vel bonis cedere: qꝛ pec
catoꝛ ſemp eſt in moꝛa. ff. de condi.
fur. l. in re furtiua. extra de ſi. c. cuꝫ
in eccleſia. Multi tenent dictū p̄ce
dens tanq̄ equū. ſ. ꝙ teneť ſolueꝛ
q̄tuꝫ p̄nt retenta ſibi vita cōmoda
ar. de cō. di. 5. c. diſcipulos: ex̄ ꝺ fur.
c. ſiqs. ſed Archi. ꝫ ſuper verbo red
dere eiuſdeꝫ. c. ibi dicit ꝙ ſtatim ꝺꝫ
reddere totū qꝺ pōt. allegās. Tho.
2ᵃ 2ᵉ. q. 62. q dicit ꝙ ſtatim eſt fien/
da reſtitutio. dictū tamen Tho. po
teſt dici nō eſſe ꝫ ſi ſane intelligať
vt infra dicetur. Sed in quadaꝫ
ſumma diciť ꝙ qui hn̄t reſtituere
vſuras ꝛ male ablata: ꝛ ꝓponūt fir
miter reddere: ꝛ nō poſſunt ſtatim
qꝛ nolunt cum familia egere vľ mē
dicare: ꝛ tamen incipiunt iuxta poſ
ſe ſatiſfacere: vtrum tales poſſunt
abſolui ꝛ ccōmūicare: R̷. aut ſciūt
perſonas certas aut non: ꝛ ſi ſciunt
ipſi habentes male ablata: ꝛ ipſi ēt
quibus debentur huiuſmodi nolūt
tutum eſt: ꝙ de conſcia eoꝝ ſtēt ad
terminum ipſoꝛuꝫ ꝛ voluntatē. Si
vero tales neſciunt dāna ſibi data
ꝛ reuelatio poſſet eſſe periculoſa il
lis qui volunt reſtituere tūc nō eſt
reuelandum illis: ſed p̄ſumēdum

UVA. BHSC. IyR_109_1

ꝙ confeſſor cãm illorū vtilit̃ agat ꝛ confitens intendat ꝛ promittat ſatiſfacere q̃cito poteſt: q2 hic habet locum ratihabitio de bono ꝛ equo: ꝛ tunc confitens abſolui ꝛ cõicare poteſt: q2 eſt in via ſalutis. Si vero oĩo neſciantur perſone quibus ẽ reſtitutio fienda: tunc eſt libere in poteſtate prelati vel diſcreti confeſſoris dare ꝛ conſtituere terminū cõfitenti ſicut viderit neceſſitatem ꝛ contritionem eius ꝛ voluntatem promptam reſtituẽdi: ꝛ infra iuſtū terminū talis poteſt abſolui ꝛ cõicare. Item vbi maior eſt contritio: ibi maior miſericordia ꝛ venia ẽ fienda ꝛ remiſſio: ꝛ q2 totus mundus fere eſt inuolutus in rapinis ſic ꝓ poſſe tuo curre per medium ne nimia ſecuritas vł remiſſio perire faciat: quos diſcreta equitas poterat reuocare. Itẽ ſemꝑ iniurians ꝛ ſpoliãs vel complices eorū debent humiliter poſtulare veniam ab eis q̊s offenderunt: ne illi remaneant ĩ rãcore ꝛ mala voluntate. Quid autē debeat facere vxor ꝛ familia raptoris ꝛ vſurarij ꝛ huiuſmodi: qui non hñt niſi de obligatis reſtitutioni: habes. s̃. in. c. de rapina. §. 12. in fi.

Nõ ꝙ Rai. ꝛ Hoſt. circa iſtã materiam reſtitutionis dicunt. Hoc notent ſacerdotes ꝛ retineant ꝙ ꝺ̃m ꝙ maior vel minor fuerit fraus vł dolus vel violentia maior: vel minor debet eẽ diſcretio iudicantis: ꝛ ꝺ̃m hoc in vſuris que fiunt ĩ depoſitis vt dictum ẽ. s̃. in. c. de vſura que oĩo ſunt reſtituende: tñ q2 minor ẽ ibi violẽtia q̃ in ceteris poterit cõfeſſor ẽt cū ſcitur pſona cui fienda eſt reſtitutio magis moderate tempus reſtituendi retenta ſibi vita cõmoda ꝛ familie ſue. Quidam circa materiam iſtam dicunt ꝛ meo iudico ſatis rõnabiliter ꝙ in certis caſibus nõ tenet̃ quis ad ſtatĩ reſtituẽdū actualiter etiã ſi hꝫ modū aliq̃lẽ ad reſtituẽdū: ꝛ ab eo cui tenet̃ inuenire non poſſit nec dilationem nec remiſſionẽ: ſ3 ſubitã velit fieri ſibi reſtitutionē: qñ v3 ex reſtitutione ſtatĩ vel ſtatĩ reſtituẽdo ſeq̃ret̃ ide euidẽs vel ꝓbabile dãnū ſpũale vł tpale nõbile ipſi⁹ reſtituẽtis ł aliorū qḋ ꝑponderaret dãno ei⁹ ꝗ dꝫ hr̃e ex carentia illius rei: põt aũt tale dãnū eẽ triplex: ſeu ſcandalū notabile vł dãnū: periculū mortis ĩfamia grauis ꝑiculū notabile mortalis culpe. Rñ autem hi⁹ ẽ ꝙ. ſ. talis reſtitutio poſſit differri: q2 ꝺ̃m Sco. creditor ꝗ debet habere magis õbet velle in hi⁹ caſibus vt maximū incommodū ſeu dãnū ei⁹ ꝗ hẽt reſtituere euitetur ĩmodica reſtitutionis dilatione q̃ ſuū modicum ĩcõmodū vł dãnū ex carentia ad tẽpus ſue rei. Et ſi obijciatur ꝙ reſtituere ẽ act⁹ negatiui ꝑcepti quia reducitur ſeu explicatur ꝑ hoc qḋ ẽ non retinere alienū: ſ3 ꝑceptū negatiuū obligat ſemꝑ ꝛ ad ſẽꝑ. Rñdet̃ ꝺ̃m Sco. ꝙ alienū iniuſte ꝛ inuito dño retinere ſimpliciter ꝓhibetur: ꝓpterea ſẽꝑ ꝛ ad ſemꝑ iſto modo neceſſe ẽ ſaluti alienū nõ retinere: ſ3 qñ q̇s habet volũtatẽ ꝛ ꝓpoſitū reſtituendi alienum pro tempore oportuno ex tũc tenetur dño rei volente. i. velle debente. Uult autẽ h̃ dñs rei ꝛ ſi non actu. i. licito: tñ actu debito ꝛ honeſto: q2 velle dꝫ ꝙ ꝗ ſuū habet retineat quouſq̃ potuerit oportune.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Et ſi dicat dñs rei hoc agit inuite: ꝛ q2 nõ vult ꝙ ꝑ quãtũcũqꝫ tps ſuũ retineat̃. Dicẽdũ ẜm Sco. ꝙ dño ẽt inordinate volẽte ſtatim rebr̃e ſuũ ꝛ ꝑ dñs ꝯ rectã rõnẽ nolẽte ꝓximũ retinere ſuũ: tunc tenens non eſt ꝺ/tentor iniuſtus: nã ꝛ depoſitum dꝫ redditione ſtrictiſſima reddi cum repetit̃: vt. C. depoſiti. l. ſi. ꝛ tamen inuito dño voluntate iordinata cũ repetit: vt cũ eo malũ faciat ſibi vł alteri põt retineri. Et Aug. dicit ꝙ multa bona ſunt p̃ſtanda iuitis dũ eoꝝ poti⁹ vtilitati qꝫ voluntati conſulit̃. di. xlv. c. ꝛ q emẽdat: ꝛ exẽplũ põit. xxiij. q. iiij. c. ipſa pieta. de eo. ſ. q ꝯ voluntatẽ ſuam extrahit̃ de domo ruitura qꝺ laudabiliter fit. Eſt g̃ vn⁹ caſus cũ iminet ex ei⁹ reſtõne ſubita piculũ dãni icõpabił̃r p̃ualẽtis dãno qꝺ inde hꝫ creditor ex ca/rẽtia rei ſue: puta cũ ipſe creditor i/pugnaret bonũ cõe: ꝛ hñdo illã rem ſeu pecuniã quã qs de ſuo retinet: magis poſſet ĩpugnare ꝛ p̃ualere ꝯ bonũ cõe. Nã tũc ẜm Ric. in. 4. nõ tenet̃ illud reſtituere illi: ſed fideł̃r reſeruare vt reſtituat ſibi ł heredi/b⁹ ſuis: qñ h̃ fieri poterit ſine p̃iudicio boni cõis: vt depoſitar̃ illud or/dinando ꝛ ꝓuidendo ꝙ tpe ſuo re/ſtituat̃. Idẽ vr̃ dicendũ: cũ qs male vteret̃ re ſua r̃habita: puta gladio ad occidẽdũ ſe ł alium ł hi⁹. Idem vr̃ dicẽdũ cũ ex ſubita reſtitutione: ille q reſtitueret rẽ ablatã ꝑ furtuꝫ ł aliud vitiũ detegeret̃ ꝛ ide ifamaret̃: cũ fama ſit qd notabilius ſubatpali: vnde graui⁹ reputat̃ pctm̃ detractionis qꝫ furti ceteris pauperibus ẜm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 73. ꝛ 6 q. i. c. deteriores. Cũ g̃ qlibet debeat ꝓui/dere ꝯſeruationi fame ſue: ar. xij. q. 1. c. nolo. põt talis deferre reſtitutionẽ vſqꝫ ad tps quo nõ deꝓhendat̃ ĩ crimine ꝛ infametur ſi aliter ꝓui/deri non poteſt. Idem dicẽdum eſt cũ id qꝺ debet reſtitui non poſſit reſtitui: niſi faciendo magnas expen/ſas admittendum ſibi: q2 in remotiſ ẽ creditor. Tũc. n. qd agẽdũ habes. s. ẽt. eo. ti. c. 3. Et idem dicenduꝫ qñ mulier hꝫ filium per adulteriuꝫ neſciẽte viro: vł ſuppoſuit ſibi alienũ partum q nutritur de bonis viri: ł ẽt heres dimittit̃ vt ꝓprius fili⁹ cũ tenetur mater talis ꝺ oib⁹. q̃ perci/pit talis filiuſ bonis. ſ. putatiui p̃riſ nõ tñ dꝫ reuelare factũ: qñ ex h̃ ſeq̃/retur ł ſeq ꝓbabiliter poſſet mors ſua ł plis talis: vł ẽt notabilis infa/mia ſeu alia grauia ſcãdala: ſecũduꝫ Rai. ꝛ Jo. neapo. in qlꝫ de quo hẽs. s. plene eo. li. ti. i. c. de furto. ibi vi/de. Alius caſus qñ ex hi⁹ reſtitu/tis ſubita poſſet ſeq mors ſp̃ualis: ſeu peccatum mortale ꝓbabiliter i reſtitutione vel familia eius: puta reſtituendo que habet aliena ad tã/tam venit paupertatem vel miſeriam ꝙ non poteſt viuere vel ꝓuide/re filijs ſuis de victu ꝛ veſtitu: ꝛ cũ ſint alicuius nobilis cõditionis mẽdicare nimiſ erubeſcunt: ab amicis ad ſufficientiam non inueniunt: la/borare neſciunt vel nõ poſſunt: q2 ꝑuuli vł infirmi: ꝛ ſic reſtituẽdo exponitur piculo ipſe cuꝫ familia ſua furandi vł ꝓſtituẽdi filias vł deſperationis vbi reſtituendo quod hꝫ alienum cuꝫ ipſo ꝛ induſtria ſua prouidet: ꝛ parcet ſibi ꝛ familie ſue: ꝛ diſponitur ad ſatiſfaciendum pau/latiꝫ. Hoc ſentire videtur Sco.

UVA. BHSC. IyR_109_1

in.4. Hen.i q̊libet.6.q.24.⁊ idē vr̄
dicendū cum qs hꝫ inſtr̄a artis ſue
vñ ex labore ſuo gubnat ſe ⁊ ſuos:
⁊ vēdendo vl̄ tradendo ea vt reſti
tuat ſuis creditorib⁹ nō poterit la/
borar̄ ⁊ ide lucrari: puta libroſ quo
ad iuriſpitos ⁊ medicos: ferramen
ta quo ad artifices. Laborādo aūt
cū ꝑdictis vltra ſuſtētationē ſuam
poterit i futuꝝ paulatim ſatiſfacē.
Nec credo eē ꝯ hoc qd̄ dicit Tho.
2ª2ᵉ.q.62.ſ.ꝙ ſtatim reſtituendū ē
alienū ſimpl̄r. Nō.n.ita amare ver/
ba accipiēda ſūt. dicit lex ſꝫ ciuilit̄:
⁊ in ſacra ſcriptura ſtatim dr̄ fieri
qd̄ in ꝑlixo tp̄e vt patet Malachi.
3. Stati vēiet ad tēplū ⁊c̄. ⁊ ꝑcipue
cū ex cā ita vrgenti differt̄ vt dcm̄
ē. Pōt etiā multipl̄r capi in iure: et
non ſolū ꝑ potentiam facti ſꝫ iuri ⁊
cōmoditatis vt pꝫ: 22.q.5.c.faciat i
glo. Hec tn̄ nō ſunt ꝑdicāda ne ape
riet̄ via detentioni alienoꝝ ad qd̄
nimis pſone ſūt iclinate ſe cum ma
gna diſcrepatōe i confeſſione ⁊ cō/
ſilijs tractanda: ⁊ cū multis circun
ſtantijs ꝯſiderāda q̄ honeſtēt fcm̄.
Ad h̄ ēt facit qd̄ dicit. Jo.neapoli.i
quolibet.9.q.22.⁊ Ric.in.4.⁊ Pe.
de pa. Itē potenti reſtituere ma/
le ablata ſtatim vtrū ſufficiat, relin
quere i teſtamēto vel iſtrumēto ꝙ
heredes reſtituāt. Rn̄det ad h̄ Jo.
neapoli.in.9.q̊libet.q.22.ꝙ h̄ ſuffic̄
in duobus caſibus tm̄. Primus
ē qñ habens male ablata credit, ve/
re ⁊ ꝑ certo vel quaſi ꝑ certo ꝙ ta/
lis retentio nō ſit ꝯ voluntatē dñi:
talis eni retentio nō ē iniurioſa vel
iniuſta nullus eni patit̄ iniuſticiam
volēs vt dr̄.5.ethicoꝝ. Scd̄s ca/
ſus qñ talis retentio rei aliene eſt ꝯ
voluntatē dñi ſed inordinata: puta
cum nō reddit̄ gladius furioſo cū
repetit ip̄m in furia. hoc.n. iuſte ſit.
vt.22.q.2.c.ne quis. Et ſil̄r h̄ eſt qñ
vult rem ſuaꝫ ſtati hr̄e quā retinēs
nō pōt dare ſine notabili dāno ſuo
⁊ eꝯ ille cuius ē poteſt ſine dāno ⁊ i
cōmodo carere ad tp̄s. Extra iſtos
caſus non ſufficit ad ſalutē niſi ſta/
tim reſtituat. Ratio ē: qꝛ de neceſſi
tate ſalutis eſt vitare pctm̄ morta/
le: ſed nō ſolū auferre alienū: ſed ēt
detētio rei aliene ex ꝑdictos caſus
ē mortale qꝛ ꝯ iuſticiā: qa cū faciat
iniuriam, ꝑximo ⁊ h̄ cū poteſt reſti/
tuere. Unde nō ſufficit ad ſalutē ta
li relinq̄re in iſtrumēto: vel ꝑ teſta/
mētū ꝙ heredes reſtituāt: ſꝫ de ne/
ceſſitate ſalutis ē ſtatim reſtituere
ſi pōt. Sed ſi ille cui⁹ eſt res vl̄ cui
obligatur nō pōt illa re carere ſine
icōmodo ſuo etiam ad tp̄s oportet
ꝙ reſtituat ēt cum magno incōmo/
do ſuo: nec ſufficeret dimittere per
teſtamentū. Terti⁹ caſus excuſans
a reſtitutione ſubita eſt cuꝫ ex hoc
imineret periculū mortis corpora/
lis. Et nota ſm̄ Ricar.in.4.di.15.ꝙ
ſi ille qui dānum intulit hꝫ aliquid
vltra neceſſitatem ſuſtentatōis na
ture q̄uis ſibi neceſſariū ad victuꝫ
ſm̄ decētiam ſue pſone reſtituē te/
netur. Non enim licitum eſt de alie
no viuere cum ſeculari honore. Si
autem non habet, niſi neceſſaria ad
ſuſtentationem nature: tunc ſubdi
ſtinguendum eſt: qa aut iſte qui eſt
paſſus dānū non indiget ad ſuſten
tationem nature eo qd̄ ab eo abla/
tum eſt: ⁊ ille qui abſtulit, poteſt re
tinere: ⁊ reſtituere nō tenetur quia
ex iure nature licitus eſt vnicuiqꝫ

UVA. BHSC. IyR_109_1

vſus poſſeſſionis neceſſarie ad ſu/
ſtētationem nature. Extrema enim
neceſſitas facit oīa coīa. ff. ad legē
rhodiam de iactu. l. 2. §. cū in eadem
in tex. ꝛ glo. Aut indiget ad ſuſtēta
tionem nature eo ꝙ ablatum eſt: et
tunc ſubdiſtinguo qa aut primus. i.
dn̄s ipſius rei indiget iſta re ad ſu/
ſtentationē ſue nature priuſꝙ̄ fuit
neceſſaria ad ſuſtentationem natu/
re illius qui abſtulit aut eodē tpe
vterqꝫ indigens factus eſt iſta re ad
ſuſtentationem ſue nature: aut iſte
qui abſtulit factus eſt indigens re:
iſte ad ſuſtentationē ſue nature pri
uſꝙ̄ iſte a quo ablata ē. Primo mō
ꝛ ſecūdo pōt dici ſine preiudicio: ꝙ
iſte qui abſtulit rem iſtam teneatur
reſtituere illi a quo abſtulit: qr nun
ꝙ̄ facta fuit res illius qui eā abſtu
lit: ſed ſemper remanſit illius de iu
re poſtꝙ̄ enim ſum in ſtatu in q̄ res
mea neceſſaria eſt mihi ad ſuſtenta
tionem nature: non poteſt fieri alri
us me contradicente. Si tertio mō
tunc ille qui abſtulit reſtituere non
tenetur: qa ab iſto tempore quo fcā
eſt neceſſaria ſibi acqſitum fuit ius
in illa re illi qui abſtulit. Et iō ꝙ̄uis
dānum paſſus veniat poſtea ad ſta
tum in quo res ſibi ablata eſſet ſibi
neceſſaria ad ſuſtentationem natu
re: non propter h̄ bꝫ mai⁹ ius in iſta
re ꝙ̄ iſte qui eam abſtulit: niſi iſte q
eam abſtulit deueniſſet ad ſtatū in
quo amplius res iſta non eſſet ſibi
neceſſaria ad ſuſtentationem natu
re. Idem per totum Pe. de pal. i. 4
ꝛ Sco. Ex predictis horum pꝫ ꝙ ta
les qui hn̄t reſtituere ꝛ ſi retineant
ſibi quodammodo neceſſaria ad ſu
ſtentationem ſui ꝛ familie ad vitan
dum multa pericula aīe ꝛ corporis
q̄ viſit̄r ſequi poſſent bonis ſuis ce
dendo ꝛ oībus expoliando pro re/
ſtitutione fienda: qđ forte tuti⁹ eēt
reſtituere ꝛ in deo confidere: etiā
ſi oporteret mēdicare ſm̄ Ral. Ad
hoc nō vident̄ teneri de neceſſita/
te ſalutis: tn̄ non debent tales laute
viuere ꝛ pompoſe veſtiri cū fami
lijs: ꝛ filias ſuas cum magnis doti/
bus nūptui tradere: ſicut ſi nō eēnt
obligati reſtitutōi: ſed parce viuer̄
ꝛ paruas dotes tradere: ꝛ ſi nō pn̄t
nobili vel mercatori nuptui dare:
debēt artifici ꝛ plebeo tradē: ꝛ alia
ſuperflua reſecare. Cū multa ḡ pru
dentia h̄ negocium agendū ē: cū ef/
ficacit̄ videtur facere qđ pn̄t ad re
ſtituendū ꝛ in alijs ſe bene hr̄e cum
timore dei: credo ꝙ poſſint abſolui
ꝛ cōicari. Qui aūt ꝛ de eo qđ pn̄t ſē
per ꝑcaſtinant ꝛ ānuatim repiunt̄
promittere cōfeſſoribus reſtitutio
nem facere: ꝛ poſtea nō faciunt nō
videntur abſoluendi: niſi prius faci/
ant vl' diſponant efficacit̄ negociū
vt habeat executionē: ꝛ m'tomin⁹
ei pmitti dꝫ cōio ſumi: ꝙ̄tum dico
ſpectat ad conſiliū confeſſoris. Nā
quātū ad ſacerdotem q hꝫ cōicare
cum ille ſe i manifeſto ad hoc inge/
rit: qđ iuris hēs in tertia pte ti. eo.
De vſurarijs aūt manifeſtis qōo
agendū cū eis in reſtitutiōe ꝛ colla
tione ſacramentorum: hēs. ſ. e. c de
vſur. Poſſent etiā tales petere re/
miſſionem a creditoribus: quam ſi
ſine fraude ꝛ ſponte obtinent: non
ipſis amplius obligantur: nec etiā
pauperibus illa remiſſa eis dare te
nentur. Non tamen decens eſſet vt
diues a paupere: ꝛ indigens parū a

UVA. BHSC. IyR_109_1

multum indigente peteret remiſſionem. Queritur vtrum eps elapſis.xxx.vl'.xl.annis poſſit agere cõtra heredes vel poſſeſſores bonoꝝ quõdam illius qui in teſtamẽto reliquit mille libras ſoluendas nomine vſurarum incertarum cũ de extorſione dictarum vſurarum nõ appareat niſi per confeſſionez dicti teſtatoris. Reſpondet Lau.pᵒ Fede. ꝙ cum actio que competit ex teſtõ vl'conditi que competit epo per.l. nulli.ſit perſonalis ꝛ ſpatio.xxx.annoruz claudatur:per dñs.C.de perſcrip.xxx.vl'.xl.annorum ideo contra heredes bona fide poſſidentes que ſemper preſumitur nõ competit actio ad dictas mille libras: niſi probaretur heredem malã fidẽ habuiſſe:ꝛ ſciuiſſe vitiuz ꝛ crimẽ dfũcti:quo caſu dz intelligi.c.tua nos. cum ſi.Et idem ſi de extorſione appareat per aliud ꝙ̃ per teſtamẽtuz. Quo autem ad poſſeſſores bonoꝝ in quos per teſtatorem vel eius heredem bona ſunt alienata: non eſt aliquod dubiuz ſi poſſederunt ſpatio.10.annorum:qꝛ actio perſonaliſ non competit contra ſucceſſorẽ ſingularem vt.l.i.§.ſi heres.ff.ad trebel.nec ob.pᵒ dicta.ſ. ꝙ actiões epo competentes duran.40. annis: qꝛ intelligitur hoc de actionibus competentibus epatui vel eccleſijs collegiatis:ſed hic non competit actio epiſcopo vt epo:ſed vt iconomo ꝛ adminiſtratori bonorum paupeꝝ.

Queritur quid ſi premiſſo generali edicto ꝙ quicũqꝫ dederit vſurarum noie aliquid tali veniat ĩfra tot dies ꝛc.Si nemo vẽiat nec etiã aliquas vſuras certas vſurarius aſſignauerit infra terminũ ſibi ad id ſtatutum lataqꝫ eſt ſententia p epz declarans illas eẽ certas:vtruz vſurarius ſit tutuſ ſi poſtea appareant perſone certe quibus eſt reſtitutio fienda.Federicus de ſenis ſentit ꝙ ſic:etiam quo ad illos qui tunc erãt extra dioceſim:fatetur tamen ꝙ talibus competit remedium contra epm vel pauperes. Sed cogita dic Lau.an ſit verum:ꝛ contrariũ praticatur qñ non eſt determinatuz ꝙ omnia veniant ſub nomine incertoruz:hoc eſt quando non fit taxatio vere:ꝛ ẽm quantitatẽ ad quã aſcendũt:ſed minor:ꝛ ẽz ꝙ inter eos conuentum ẽ:ꝛ õ hoc iudici pro cuiᵒ ſẽtentia alio nõ dato pſumitur ꝙ ſtat legitime. An aũt talis pratica ſit iuri conſona:tu ipſe vide. Prõpti ſũt tamen epi ad eius obſeruationẽ:qꝛ pro ſeipis incerta burſant:nec ad illorum volunt reſtitutionem veniř vel teneri: ſed fit certa taxatio ẽm conuentionem ẽm qõ moris ẽ:q̃ tñ an poſſit de iure fieri videndum ẽ.

Querit etiam Archi.ꝙ ſiquis decedens relinquat ſibi heredez ex teſtamento vel ab inteſtato: ꝛ ordinauit quẽdam executorez tñ ad emẽdam ſuoruz fore factorũ q decedẽs tpe mortis ſue creditoribus tenebatur ꝛ iam termini ſolutionis fluxerant. Dicit reſpondendo ꝙ iſte executor debita huiuſmodi ſolueř tenetur:ꝛ poteſt conueniri:qꝛ elapſis terminis ſolutiõis cepit iniuriari creditoribus in non ſoluẽdo dfũctus.Ex precepto autem dñi ẽ ſolutio facienda:ar.ij.q.i.c.magnũ.xxiij q. vel.c.tributuz.qꝛ peccat in termino non ſoluendo: tum quia frangit

UVA. BHSC. IyR_109_1

pmiſſum:ex de pact.c.l.z.ij.tum qz illo clapſo inuito dño detineat alienū.ff.de excep.doli.li.ij.§.circa: z h tenēt qdā.ſ.vt noie forefactoꝝ hoc caſu veniant debita:quoꝝ termin⁹ ſolutionis tp̄s mortis elapſus erat z p illis agi poſſet.Secuſ de debitl quoꝝ terminus non aduenerat: Et ita notat Spe. i rubrica qualit̄ ſcripta in iudicio pferri.§.nūc vero.

De eo vero demū cui datum eſt aliqd per errorem dicit Jo. de rip. ī tractatu de contractibus quod in tali datione aut eſt error pſone vel fortune vel alterius conditiōis appoſite.Si primo modo:puta intendo dare Petro z do Martino:tūc Martinus tenetur acceptuz reſtituere vl̄ danti vl̄ illi cui imēdebat dare:ar.xxix.q.i.§.i. Si v̄o error fortune:puta intendo tibi dare vt paupi:z tu es diues:dicit̄ q̄ ſic acceptum tenetur reſtituere dāti vl̄ alicui pauperi niſi recipiens interiz effectus fuiſſet pauper. Si vero ſit error alicuius alterius conditiōis alterius:puta credo te ſanctuz cum tu non ſis:z ideo dono tibi:vel credo te celebraturum miſſas:ideo do tibi dicitur q̄ ſi receptori conſtat ō pciſa intentione dātis.ſ.qz alias nō daret niſi iſta conditio ſubeſſet:talis error obligat ad reſtituendū receptum:aut ad ſufficienter ſupplēdum per ſe vel per alium ītētionez dantis:quoruz rō eſt qz cum res in ſitū non tranſeat niſi eo modo quo vult dās transferre ſi nō exigat cō ditio in ipſum res nō trāſfertur. Alij aūt dicunt q̄ ad talem reſtitutōez talis error non obligat:niſi ipa conditio circa quam erratur eſſet cauſa motiua z finalis talis dationis q̄ pbant per ſic:Do tibi libras centum qz credo te eſſe amicū meū dato q̄ acceptēs non ſit amic⁹ me⁹ non obligatur ad reſtitutionem.

Si autem amicitia ſit cā pp̄ quā do tibi centum libras.ſ.ſi ſis amic⁹ meus z non amicus fueris obligaris ad reſtitutiōem.Ex his patet q̄ queſtoreſ ſancti Antonij:vl̄ alij quicūq3 nullo mō poſſunt ſibi retinere ea que illis pauperibus vel locis p quibus petunt dantur:qz hic ē errō perſone. Uerum tamen quia nullus tenetur proprijs ſtipendijs militare nec cauſas alioꝝ agere ad ſuaſ expenſaſ:dico q̄ tales poſſunt viuere ſuper queſtus quos faciunt:z poteſt eis moderatum ſalarium dari: hec ille. Jlla vero que dantur eis ex mendacijs eorum queſtorum videlicet quia aſſerunt q̄ dicētur mlte miſſe pro dantibus vel habebūt talem indigentiam:vel abſoluētur a votis eorum vel a caſibus reſeruatis vel q̄ fient lectiſternia in hoſpitali de huiuſmodi: pro quibus illi dant alias nō daturi:cū nec talia fiunt:vl̄ vera ſunt: totū eſt rapina z reſtitui debent dantibus ea vel pauperibus errogari: ar.xiiij.q.v.c. non ſane.

Explicit titulus de reſtitutionibus Fratris Antonini archiepiſcopi florentini:in quo diffuſe tractat de hac materia.

UVA. BHSC. IyR_109_1

Ncipit tabula materiarum
que in hoc libro ↄtinentur.
Tractatus de confeſſore q
hic pͥmo ponitur: diuidit̄ in.3.ptes
q̄rū pͥma ē de ptāte ſeu auctoritate
cōfeſſoris: ꝛ hȝ.15.capitula.
De ptāte ſeu auctoritate cōfeſſoris
ꝛ qs poſſit vl' non poſſit audire cō-
feſſiones.c.pͦ c.1.
De ordinario confeſſore q̄ ad eccl'ia
ſticas pſonas ꝛ clericos.c.2. c.1.
De cardinalibus c.2.
De patriarchis ꝛ alijs c.2.
Abbatiſſa qd poſſit i ſpūalibꝰ c.2.
Cui debeāt laici ordinarie confite
ri.c.3. c.3.
Caſus.8.in qbus pōt qs alteri cōfi-
teri q̄ pprio ſacerdoti ſine eiꝰ licen
tia.c.4. c.3.
Quis poſſit cōmittere ꝛ qs non au
dientiā cōfeſſionū.c.5. c.4.
Quomodo ꝛ qn̄ curatꝰ vl' pſbyter
parrochialis poſſit dare vl' dnegā-
re licentiā alteri confitendi ſubito
ſi petat illam.c.6. c.5.
De religioſis q nō pn̄t audire cōfeſ
ſiones ſine licētia plati ſui. c.7.c.6.
De ptāte audiēdi cōfeſſiones attri
buta frībus predicatoribus ꝛ mino
ribus a iure p tex.cle. dudū.§.2.de
ſepul.quō fieri poſſit: ꝛ quō exponi
tur.c.8. c.6.
De effectibꝰ q ſequūt ex cōmiſſiōe
audiētie ↄfeſſiōis alt̄i fcē.c.9. c.7.
Differētia iter frēs pn̄tatos ꝑ for-
mā cle.dudū. ꝛ differētia iter ſacer
dotes curatos.c.10. c.8.
De caſibꝰ multiplicibꝰ epō reſuatꝭ:
de qbus agitur i fine cle. dudū. de
ſepul.c.11. c.8.
De ſacerdote q abſoluit aliquem a
caſu a q̄ nō pōt abſoluē.c.12.c. 10.
An in generali confeſſione cōtineā-
tur ſpecialia.c.13. c.10
Quid poſſint penitētiarij curie ro
mane.c.14. c.10.
Quid fiendum qn̄ cōfeſſor nō itel-
ligit penitētem.c.15. c.10.
Expliciūt capitula pͥme parti hu
ius operis.
Jncipit tabula ſecūde partis hu
ius operis: que erit de ſcīe confeſſo
ris ꝛ habet.§.5. c.10.
Qd duplex ē clauis ordinis. ſ. ſcie
ꝛ potentie.§.1. c.10.
Quanta ſcia requiratur in cōfeſſo
re.§.2. c.11
An cōfeſſor teneat̄ ſcire: an pecca-
ta in cōfeſſione audita ſint morta-
lia vl' ne.§.3. c.11.
Qd iteranda eſt confeſſio in.6.caſi
bus.§.4. c.12.
An valeat confeſſio ab incōtrito fa
cta: vt eam iterare non poterat:
.§.5. c.13.
De attritione ꝛ ↄtritōe c.14.
Sexdecim ↄditiōes que requirunt̄
i oī bona cōfeſſione fienda c.14.
Expliciūt.§. ſecunde partis huiꝰ
operis.
Jncipit tabula tertie partis huiꝰ
operis: que erit ex bonitate ↄfeſſo-
ris: ꝛ hȝ.§.decem.
Qualit̄ cōfeſſor dȝ hr̄e duo.ſ. timo
rē dei ꝛ ȝelum aīarū.§.1. c.15.
Duo dȝ hr̄e ↄfeſſor bonꝰ c.15.
Quō ſe hr̄e debeat confeſſor erga
penitētē: ꝛ de qbus iterrogandum:
ꝛ ibi v̄ſus decē p̄ceptorū d̄calogi ꝛ
v̄ſus.7.pctōꝝ mortaliū.§.2. c.15.
Quo ordine fieri debeant interro-
gatōes ꝛ de qbus c.16.
Jn interrogationibus fiendis tria
debent obſeruari c.16.

n

De circūſtantijs pctōꝝ:et ſibi ꝯſus
earum.§.3 c.16
Circūſtantie pctōꝝ ꝯfitende ſunt i
multiplici genere c.17
Circūſtātie q̄ trahūt pctm̄ ad aliud
genus ſunt confitende. c.17
Pctm̄ cōmiſſum die feſto trahitur
ad circunſtantiam aliam. c.17
Peccatum diuiditur in tria c.18.
Regule gnāles ad cognoſcendū pctm̄
mortale a veniali. c.18
Que debeat ſeruare ꝛ ſcire ꝯfeſſor
vtilia ꝛ neceſſaria in ipſo exercitio
confeſſionis.§.4. c.18
Quō ſe hr̄e debeat ꝯfeſſor audien-
do mulieres. c.19.
Qualis ꝛ quanta debeat iniungi ſa
tiſfactio ſeu penitentia ꝯfeſſore pe-
nitenti.§.5. c.19.
Qualr ſe hr̄e debeat ꝯfeſſor pnias
iniūgendo penitentibus c.20.
Cōtraria pnia dꝫ īpōi d̄licto.c. 20.
Pro pctō occulto non dꝫ dari ma-
nifeſta pnia c.20
Memoriale dicēdū penitēti circa
pniam faciendā c.20.
Quid fiēdū qn̄ penitēs nō cōfitet̄
aliqō pctm̄ mortale qō ꝯfeſſor no-
uit eſſe in eo. c.20
Sacerdos dr̄ ſoluē vl' ligare tripl'r
ꝛ ō mō ꝛ forma abſoluēdi.§.6.c.20
Forma ꝟboꝝ abſoluendi peniten-
tem. c.21
Forma ꝛ vis ꝟboꝝ que requirūtur
in abſolutione. c.21
Forma abſolutōis ab oīb' cēſur͛:ꝛ
penis tā a iur͛ ꝗ̄ ab hoīe latis. c.21
Quid fiēdū qn̄ ꝯfeſſor abſoluit pe-
nitētem de q̄ nō debuit c.22
Quid de ꝯfeſſore qui nō intelligit
penitentem c.22
An penitēs teneat̄ iterare pniam ei
iniunctam i pctō mortali factam in
toto vl' in pte:ꝛ an dicta pnia talit̄
facta ei valeat in foro militātis ec-
cleſie.§.7. c.22
Remediū tutius ſiue ꝯſiliū dandū
penitenti qualr' perficere dbeat pe
nitentiam ſibi iniunctam: ꝛ q̄ pnia
debeat ſibi dari ſecurior. c.23.
De celatōe ꝯfeſſionis.§.8. c.23.
Pnia ꝯfeſſoris ꝯfeſſionē reuelan-
tis. c.24
Qui teneant̄ ad ſigillū cōfeſſionis
§.9. c.25.
Ad que ſe extēdat ſigillum ꝯfeſſio-
nis.§.fi. c.25
Quid fiēdū qn̄ ꝯfeſſor indiget cōſi
lio ſup aliquo caſu. c.26.
Expliciunt.§.tertie ptis:ꝛ p ꝯ̄ns
tractat' iſte de ꝯfeſſore.
Incipiunt excōicatiōes ſedi apl'i
ce reſeruate:tā a iure ꝗ̄ p pceſſum
ſiue per extrauagantes:breuiter re
collecte p ordinē:deinde ſequuntur
excōicationes reſeruate epiſcopis
vniuſcuiuſqꝫ dioceſis. c.26
Excōicationes papales ꝯcernētes
religioſos ꝛ religioſas c.27
Excōmunicationes epis ex iure re-
ſeruate. c.27
Incipit tabl'a ſup īterrogatorio.
Interrogatoriū qō ē ſcōs liber h'
operis i ordīe diſtiguit i tres ptes
pncipales:quaꝝ pma ē de intoga-
tionib' fiēdis a ꝯfeſſore ſm ordinē
decē pceptoꝝ decalogi: ꝛ habet ca
pitula.24. c.30.
Primū pceptū ꝯtinet tria.c. c.30.
De votis.c.1. c.30.
De voti tranſgreſſione c.31.
De ſupſtitionibus.c.2. c.31.
De incantationibus c.31.
De adoratione creaturaꝝ. c.31

UVA. BHSC. IyR_109_1

De diuinationibus. c.31.
De arte notoria. c.31.
De conſtellationibꝰ. c.31.
De ſortibus. c.31.
De icantationibꝰ c.31.
De breuibus. c.31.
De obſeruatiōe tēpoꝝ. c.31.
De ſomnijs. c.31.
De blaſphemia dei ꝛ ſcōꝝ m̄ltiplici.c.3. c.32.
Scōꝫ ꝑceptū hꝫ.c.duo. c.32.
De piurio.c.1. c.32.
De adiuratiōe.c.2. c.32.
Tertiū ꝑceptū hꝫ.c.duo. c.32.
De obſeruatiōe feſtoꝝ.c.1. c.32.
De auditione miſſe diebus dñicis ꝛ feſtiuiſ. c.33.
De obſeruatiōe ieiunioꝝ.c.2. c.33.
Quartū ꝑceptū ꝯtinet duo.c.
De honore parētū.c.1. c.33.
De gubernatiōe familie.c.2. c.33
Quintū ꝑceptū hꝫ vnicū capl'm.
De homicidio triplici.ſ. corde ore ꝛ opere.c.1. c.34.
Sextū ꝑceptum hꝫ vnicum.c.
De luxuria actuali:ꝛ eius ſpēbꝰ:capitulum.1. c.35.
Nonū ꝑceptum hꝫ.1. ca.
De luxuria mentali:ꝛ eius ſpēbus: capitulū.1. c.35.
Septimum ꝑceptum hꝫ.c.octo.
De vſurpatione rei aliene multiplici.c.1. c.36.
Circa vſuram. c.36.
De ſoccidis aīalium c.36.
De vēditione ad terminum. c.36.
De cambijs c.36.
De mutuantibus ſub ſpe c.36.
De accipientibus ad vſurā. c.36.
De facientibus ſtatuta in fauorem vſurariorum. c.36.
De emptione ipreſtinoꝝ locorum ꝛ mōtium.c.ij. c.36.
De fraudulentia que multis modiſ cōmittit.c.3 c.36.
De falſificatiōe.c.4. c.37.
De iiuſticia q̄ fit i iudicio.c.5. c.37.
De furto.c.6. c.37.
De ſacrilegio qḋ cōmittitur circa res ſacras.c.7 c.37.
De rapina violenta.c.8. c.37.
Decimū ꝑceptum hꝫ.c.vnum.
De deſiderio hr̄di res alienas:capitulum.1. c.38.
Octauum ꝑceptum hꝫ.c.duo.
De mendatio.c.1. c.39.
De detractione.c.ij. c.39.

Explicit tabula ſuper prima pte interrogatorij.

Incipit tabula ſecunde partis interrogatorij:q̄ ē de.47. vicijs capitalibus ꝛ diſtinguitur in.8.titulos.

De auaritia titulus ꝑmus: ꝛ habet capitula.9. c.39.
De ſimonia.c.1. c.39.
De ꝓditione.c.2. c.40.
De acceptione perſonaꝝ.c.3. c.40.
De turpi lucro.c.4. c.40.
De ludo mltiplici.c.5. c.41.
De inquietudine.c.6. c.41.
De inhumanitate retinendi tenaciter.c.7. c.41.
De auaritia amādi res inordinate: capitulum.8. c.41.
De ꝓdigalitate contraria auaritie: capitulum.9. c.41.
De inuidia titulus ſecūdus:ꝛ hꝫ capitula.4.c.1. c.41.
De odio ꝛ filiabꝰ iuidie.c.2 c.42.
De ſuſurratione.c.3. c.42.
De exultatōe i aduerſis.c.4. c.42.
De triſticia in ꝓſperis. c.42.
De ira titulus.3.ꝛ hꝫ.c.2: c.42.
De ira ipſa.c.1. c.42.



UVA. BHSC. IyR_109_1

De filiab⁹ ire: ſcilicet indignatione capitulum.2. c.42.
De timore mentis c.42.
De clamore c.42
De cõtumelia c.42
De blaſphemia ⁊ maledictiõe creaturarum. c.42
De rixa c.43
De ſeditione c.43
De bello c.43
De accidia titulus quartus: ⁊ habꝫ capitula quinq; c.43
De accidia ipſa.c.i. c.43.
De filiabus accidie.c.2. c.43
De deſperatione c.43
De malicia c.43
De puſillanimitate c.43.
De rancore c.43
De ocioſitate que procedit ex tedio. c.43.
De tempore ſeu pigritia bene operandi c.43.
De euagatione mentis c.43
De negligentia ſeu tepiditate: capitulum tertium c.43.
De negligẽtia ↄfeſſoris.c.4. c.44.
De negligentia circa cõiõnẽ capitula quinq; c.44.
De inanigloria titulus quint⁹ ⁊ hꝫ tria capitula c.44
De inanigloria ipſa.c.i. c.44.
De imodeſtia ornatus.c.2. c.44
De filiabus inaniſ glorie: ⁊ primo đ hipocriſi.c.3. c.45.
De iactantia c.45
De ironia c.45
De contentione c.45.
De diſcordia c.45
De pertinacia c.45
De ſingularitate nouitatum. c.45.
De inobedientia. c.45
De gula titulus ſextus: ⁊ hꝫ capitula tria c.45
De gula ipſa.c.i. c.45.
De ebrietate.c.2. c.45.
De inſenſibilitate c.46
De filiabus gule: ⁊ primo de ebetudine capitula tria c.46
De loquacitate c.46.
De currilitate c.46
De inepta leticia c.46.
De choreis c.46
De immundicia ſeu pollutione procurata c.46
De Luxuria titulus ſeptimus: ⁊ hꝫ capitula duo c.46.
De Luxuria ⁊ ptinentibus ad ipaꝫ capitulum.i. c.46.
De delectatione moroſa c.46
De filiabus luxurie.c.2. c.46.
De cecitate mentiſ c.46
De precipitatione c.46
De inconſideratione c.46.
De inconſtantia c.46
De amore ſui c.46
De odio dei c.46
De amore vite preſentis c.47.
De horrore futuri ſeculi c.47
De Supbia titulus octauus: et hꝫ duo capitula c.47
De ſupbia ipſa.c.i. c.47
De filiabus ſupbie ⁊ primo deriſione.c.2. c.47.
De ambitione c.47.
De preſumptione c.47
De temeraria iudicatione c.47.
De curioſitate c.47.
De ingratitudine c.47.
De ſcandalo c.47
De adulatione c.47
De blaſphemia i ſpm̃ ſcm̃ c.48.
De ſciſmate c.48.

UVA. BHSC. IyR_109_1

De infidelitate paganorum ꝛ here/
ticorum. c.48

Explicit tabula ſecūde partis in
terrogatorij.

Incipit tabula tertie partis int/
rogatorij:que eſt de ſtatibus q̄ con
tinet capitula.17. c.48
Ad coniugatos capitulū primum ꝛ
habet.§.23. c.48.
De actu matrimonij:ꝛ peccatis cō/
miſſis in eo c.49.
Interrogationes fiende circa cōiu
gatos. c.50.
De pncipibus rectorib9 ꝛ barroni/
b9.c.2.ꝛ habet.§.55. c.50.
De iudicibus ſeu quibuſcunq̄ hn̄ti
bus auctoritatē.c.3.ꝛ hꝫ.§.19.c. 52.
De aduocatis pcuratorib9 ꝛ nota/
rijs.c.4.ꝛ hꝫ.§.22. c.53.
De doctoribus ꝛ ſcholaribus.c.5.ꝛ
habet.§.15. c. 54.
De medici ꝛ aromatarijs.c.6.ꝛ ha
bet.§.10. c.54
De emulatione ꝗ̄oꝝ ꝛ d̄tractōe quaꝫ
faciunt medici īterrogādum ē put
habes.ſ. .c.55.
De mercatorib9 cāpſorib9 ꝛ pxene/
tis.c.7.ꝛ hꝫ.§.18. c.55
De artificibus ꝛ mechanicis.c.8.et
habet.§.16 c.55.
De lanificibus c.56
De ſetaiolo c.56
De tabernario ꝛ hoſpite c.56.
De macellario c.56
De piſtore c.56
De ſutore pannoꝝ c.56
De aurificibus c.56.
De cerdonibus c.56
De fabris c.56.
De locatoribus equoꝝ. c.56.
De hiſtrionibus c.56.
De cytharicātibus c.56.
De ſeruitorib9 ꝛ laboratorib9.c.56.
De ruſticis ꝛ agricolis.c.9.ꝛ habet
§.2. c 56.
De pueris ꝛ puellis.c.10. c.56
De clericis i communi.c.2.et habet
§.26. c.57
De beneficiatis ꝛ canonicis.c.12. et
habet.§.42 c.58.
De religioſis maſculis ꝛ feminis.c.
13:ꝛ habet.§.35. c.60
De voto paupertatis c.60.
De voto caſtitatis c.60
De voto obedientie c.61
De officio diuino c.61
De exercitio c. 61
De orōe ꝛ ꝯfeſſione c.62
De amore parentum c.62.
De prelatis in communi.c.15.ꝛ ha/
bet.§.15. c.63
De epīs ꝛ prelatiſ ſuperiorib9.c.14
ꝛ habet.§.22. c.64
In iudicando i foro ꝯtētioſo.c.66.
De abſolutione ꝛ penitentie iniun/
ctione.c.16. c.66
De penitentia iniungenda peniten/
ti. c.67
De infirmis ꝛ quid agendum ſit er
ga eos.c.17 c.68.
Forma abſolutionis i articl'o mor
tis c.69
Forma abſolutionis ab excōicatio
ne minori. c.69.
Forma abſolutionis a peccatis mi
noris excommunicationis. c.69.
Forma ſacri baptiſmatis. c.69.
Forma cōſecrationis ſeu chriſma/
tis. c.69
Forma abſoluēdi a pctis c.69

UVA. BHSC. IyR_109_1

Forma extreme vnctionis. c.69
Forma cõſecratiõis corporis Chri⸗ſti. c.69.
Forma conſecrationis ſanguinis Chriſti. c.69.
Forma ordinum minorũ.ſ. forma oſtiarij. c.70.
Forma lectoratus c.70.
Forma exorciſtatus. c.70.
Forma acolythatus. c.70.
Forma ſubdiaconatus. c.70.
Forma diaconat⁹. c.70.
Forma preſbyteratus. c.70.
Forma ſacri mrimonij. c.70.

Explicit tabula ſuper tertia pte Interrogatorij.

Incipit tabula ſup tractat⁹ de reſtitutõib⁹: q i hoc libro ſeu ope tertio loco.ponit: vt pꝫ i ſcda pte ſumme de vitijs capitalib⁹ eiuſdẽ fris Antonini.

Capl'm pmũ de reſtitutõib⁹ in genere: i q ponũtur.xx.man⁹ rapiẽtium: quaꝝ ɋlibet hꝫ.5. digitos ſeu mõs: ꝛ ſic ſũt cẽtũ modi i qb⁹ fit reſtitutio vel erogatio. c.70.
P^a manus feneratoria. c.70.
2^a manus raptoria. c.71.
3^a manus furatoria c.71.
4^a manus bellatoria. c.71.
5^a manus dãnificatoria. c.71.
6^a manus participatoria. c.72
7^a manus ſacrilega. c.72
8^a man⁹ iniuſte iudicatoria c.72.
9^a manus in iudicio iniuſte aſſiſtoria. c.72
10^a manus fraudatoria. c.73.
11^a manus ſatiſfactoria. c.73.
12^a manus pditoria c.73
13^a manus ſimoniaca. c.73.
14^a man⁹ ĩpeditoria. c.73.
15^a manus luſoria. c.74.
16^a man⁹ locatiõis ꝛ conductionis viciatoria. c.74.
17^a man⁹ triplicit lucratoria. c.74.
18^a manu⁹ detractoria. c.74.
19^a man⁹ pſone leſoria. c.74.
20^a man⁹ aiaꝝ pdatoria. c.75.

Incipit capl'm ſm de reſtitutiõibus i quo oñdit qd quãtuꝫ qb⁹ ꝛ q ordine ſit reſtituendum. c.75.

Primũ capl'm eſt de dãno qd ĩfert homini: q ad aiam auferẽdo ei ṽtutes ĩfuſas ꝛ morales: qd cõtigit fieri qtuor modis. c.75.
Scdm capl'm ẽ de dãno qd ĩfertur homini q ad corp⁹ ĩferendo ei leſiones corporales: qd ẽt cõtigit fieri q tuor modis. c.75.
Tertiũ capl'm ẽ d dãno qd ĩfertur homini quo ad famã ꝛ honorẽ p vituparões ṽbales qd etiã fit quatuor modis. c.76.
Quartũ eſt de dãno qd ĩfert hõi q ad ſubaꝫ tẽporalẽ put ptinet ad reſtitutionẽ male ablatoꝝ certoꝝ ꝛ i certorum. c.77.
An clerici teneantur reſtituere fructus voluptuoſe ꝯſũptos. c.79.
Quãtum ad tertiũ pncipale vbi fieda eſt reſtitutio. c.79.
An fideiuſſor poſſit repetere a dbitore vſuras p eo ſolutaſ. c.79
Quantũ ad quartuꝫ pncipale.ſ. per quos fieri debeat reſtitutio incertorum. c.80.
Quãtũ ad ſm p quos fieri dꝫ reſtitutio certoꝝ. c.81.
De damnis datis tempore guerrarum. c.82.
De tutoꝝ ꝛ curatoꝝ vel negocioꝝ geſtoꝝ reſtitutõne. c.82.
Quantũ ad gntũ.ſ. cui fiẽda ẽ reſtitutio. c.83.

UVA. BHSC. IyR_109_1

De illicite acq̃ſitis ſc̃do mõ c.83.
De illicite acq̃ſitis p̱ ludos c.84
Quantum ad ſextum: cur ſi fienda reſtitutio c.85.
Quantum ad ſeptimũ de mõ reſtituendi: ſeu ordine c.89
De reſtitutione certorum c.90.
Quõ fieri debeat reſtitutio vxori concipientis per adulterium. c.92.
Quantum ad octauum. ſ. quando fieri debet de reſtitutio. c.94

Utiliſſima cõfeſſionis ſummula a Reuerẽdiſſimo in Chriſto patre fratre Antonio archiep̃o florẽtino edita: cuiꝰ vtilitatis ꝓtextu Impendio Antonij de ſtrata Cremonẽſis ĩpreſſa. Ad laudẽ dei intemerateq; virginis Marie feliciter explicit. Uenetijs. Anno dñi. Mcccclxxxiij die vo. xx. auguſti. Sixto. iiij. pontifice maximo Rome Petri ſedez regente: ꝛ Joanne Mocenico ĩclyto principe Uenetijs principante.

# Regiſtrum

a
Primum vacat
Incipit
ſibi eligere
q; plus eſt
hyemali
b
ça ba in cle.
de quantitate
eſt conſuetudo
tenetur iterare
c
cẽ multipliciter
peccatorum
in imponendo
alio modo
d
reueletur per
p̱ extrauagãtem
fuerint moniti
ci vt patet
e
cõione auditiõe
rãni. Si vero
ſis modis
poris aduertent̃
f
cellentie ꝛ ſi
ẽ. s̃. p°. precepto
vtilia. Si fuit
ꝛ inanẽgloriam
g
ꝛ p̃cipue in
ſit vel trahendo
tatis cõis
ad eſtimationem

b
pollutionem
plura benefici
archidiaconi
cogitatione
i
ceſim vel
ab illis
nij elemoſynam
ret bene vt
k
vel fructibus
ſuum venatum
ſcie ſibi
facere primo
l
ma vel ex
ab ipſis
inueniretur
ſicut
m
obligat ꝛ
vel quaſi
cui debet
videtur q̃
n
Incipit tabula
de diuinatiõibꝰ

Finis

UVA. BHSC. IyR_109_1

UVA. BHSC. IyR_109_1

UVA. BHSC. IyR_109_1

UVA. BHSC. IyR_109_1